


Art.	2
Serial	14
	239

9

u to

6

~~12~~



15-209

VL-53 54

TRACTATUS

DE SPOLIIS ECCLESIASTICIS


IN QVO ITA COPIOSIS OMNES SPECIES
bonorum per praelatos occasione ecclesie comparato-
rum, per mortem relictorum, Spolia nuncupato-
rum tractantur, ac subtiliter discutiuntur, vt

Dr. D. J. Ph. Diaz nihil amplius eorum, quæ ad hanc
ecclesiasticis materiam spectant, desi-
derari possit, *Dr. Juan Pacheco y Luna*

Auctore Excellentissimo I. V. Doctore
D. GVLIELMO RODOANO, IANVENSI
a Verania,

NVNC DENVO RECOGNITVS ET CORRECTVS.
Index rerum, ac verborum copiosissimus.


H



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 9º C. 65 N. 15.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.
ROMÆ, Ex Officina Bartholomæi Graffi, M. D. LXXXV.

Handwritten signature



MO

ILLVSTRISSIMO ET REVER.
MICHAELI BONELLO ALEXANDRINO
S. R. E. CARDINALI CAMERARIO,

Et RR. PP. DD. Thesaurario Apostolico generali, ac
Camerae Apostolicae Praesidentibus Clericis,
& Cameralibus.

GVLIELMVS RODOANVS I. V. D.
S. P. D.



V M aliqua superioribus annis Illustris. Cardinalis RR. PP. & Magnifici Domini, in materia Spoliorum ecclesiasticorum ex Canonum lectione, Doctorumque dictis collegissem, dum Neapoli apud Reuerendis. Sedis Apostolicae Nuncios causas huiusmodi audirem, eaque, quae collegeram in quaestiones disposuissem, ut mihi met satisfacerem, & mihi in negociorum huiusmodi suscepta prouincia adiuumento essent: Suadentibus amicis, eisque frequenti cohortatione propemodum impellentibus (qui putarunt ex meo illo labore, aliqua ex parte posse negocium ipsum pertractantibus iuuamen afferri) victus, tandem libellum in lucem edere decreui. Sed cum me non fugeret, eum propter doctrinae, atque eruditionis exilitatem, nec libere in publicum prodire, nec inuidorum ictus suis viribus propulsare posse, nisi praesentis alicuius magni protektoris clypeo, auctoritateque niteretur; cuius nomine, tanquam radijs Solis in fronte insignitus, fascinantium oculos perfringeret, ac veluti insigni lorica munitus, ab obrectatorum moribus tutus, maledicorum sagittas irritas redderet; In tuo Cardinalis amplissime, vestroque R. P. & Domini nomine, hoc meum opusculum edere constitui; vestroque, & Camerae Apostolicae praeclearo nomini perpetuo dicare: Consentaneum enim esse existimaui, ut liber Cameralem materiam continens, in rebus Cameralibus, ab officiali Camerae compositus, Cardinali Cameraario Cameraeque Apostolicae dedicetur. Suscipite igitur hilari fronte hoc meum munusculum, quod vobis de venatione mea offero, veluti certissimum quoddam signum meae erga te Cardinalis amplissime, vosque patres, & domini deuotionis, & obseruantiae: Illud quae so benignis oculis respicite, non secus atque ipse dominus ad parua Abel munera respiciebat, libenterque odorabatur, in signum diuinae acceptationis. Equidem non ignoro, munusculum propter sui exiguitatem, minime tantis, tantaeque auctoritatis viris dignum, Sed quod non potest ex sui qualitate esse con-

ueniens, fiat ex offerentis animi sinceritate acceptabile, maxima ego dedissem, si maxima dare potuissem: Confer te igitur libelle hilari fronte, & alacri animo ad Cardinalem amplissimum, tantos patres, & sic magnificos dominos, eisque tui Auctoris nomine supplex, & reuerenter vt decet, Salutem plurimam impertito, eosque, etiam atque etiam rogato, vt te, Auctoremque tuum in clientelam, patrocinium, protectionemque recipiant, perpetuoque scueant.



IOANNES BERNARDINVS PISCINA
CAM. APOSTOLICÆ COMMISSARIVS
GENERALIS

Candido Lectori S. P. D.



Sis plurimum debemus, qui ad communem utilitatem noui aliquid proferunt, vti que nos etiam, atque etiam Gulielmo Rodoano debere fateamur necesse est, qui libellum de bonis clericorum decedentium, quæ passim Spolia nuncupamus, nuper in lucem emisit. Nam cum materia ista, in foro ecclesiastico satis frequens, a nemine hætenus tacta reperiretur, quinimo non deessent Pontificiæ Sedis momi & detractores, qui rem istam maledictis impeterent, & tanquam rem nouissimam improbarent: modo ita erudite Rodoanus noster illorum originem, & rationes est perscrutatus, eaque diligentia frequentiores quæstiones examinavit, ut iam nemo futurus sit, qui illorum institutum improbare audeat, aut tam agendi, quam se defendendi legitimas rationes, dubiorumque resolutiones hoc tractatu duce sit ignoraturus. Accipe igitur candido lector opus antea obscurum, nunc huius uiri summo studio, longaque experientia ita enucleatum, vt ad illius, & in dicendo claritatem, & facilitatem, & in quæstionum resolutione veritatem, & doctrinam, nil penitus addi posse existimes. Vale.

GVLIELMVS RODOANVS I. V. D.
Giosfredo de Franchis nobili Ianuensi
amico. S. P. D.



GREGIA tua in me beneuolentia non modo in officijs, quæ in me plurima contulisti, sed etiam in cõsilijs dandis omni tempore mihi perspecta; meaq; item singularis in te obseruantia postulare visa sunt, vt rationem temporis, quo ab Vrbe absens fui, tibi exponam. Cum me Nicolaus Fliscus Episcopus Saonen. Nuncius apostolicus in Regnum Neapolitan. secum duxisset, ita me in Auditoris officio apud illum, & illustrem Antonium Scarampum Episcopum Nolanum, ac Nobilem Cyprianum Pallaucinum Archiepiscopum Ianuensem successores gessi, vt opera mea, cõ cæteris qui eo in foro versantur nõ improbata, tum ijs ipsis Nuncijs ita grata esset, ut multis illi in rebus, neq; ijs sane leuibus, me in consilium adhibendũ duceret. Qui etiam ita in me honorifici fuerunt, quæ illorum fuit humanitas, vt summa me illis studia debere cõfitear. Quo toto tẽpore quicquid otij mihi a negocijs datum est (quod exiguum sane fuit) omne illud ad scribendũ contuli. Ac primo librũ de Symonia, multo ante inchoatum, ad finẽ perduxĩ, Ac Io. Baptistæ Cicada Cardinali amplissimo nuncupatum edidi, quem laborẽ meũ cum legẽtib; non plane inutile visum sciã, additus est mihi animus, vt ad ea perficiẽda pergerẽ, quæ nonnullis iam annis animo agitauerã. Duos igitur libros scripsi. Alterum cuius subiectum sunt spolia ecclesiastica, Alterum est de rebus ecclesiæ nõ alienandis; in quibus disputationibus de rebus sane nouis, & difficultibus, ita me versatũ puto, vt neq; me laboris in illis suscepti, neq; legentes tẽporis in illis cognoscendis positi, debeat facile penitere. In quibus, vt non omnia, quæ in tam ampla materia, tamq; late patẽte afferri possunt, sum persecutus, Ita summam rei et Capita me amplexũ spero, vt qui scripta nostra legerint, nõ multa desideraturi sint, iteq; illis monstratur, quo ad fontes, vnde hæc hausta sunt, accedere possint. Quem librum spoliõrum Illustrissimi Cardinalis Camerarij, & Clericorum Camera Apostolicæ nomine cõmuniũ, edere constituit: Tum quia nemini magis debetur quã illis; sub quibus ea quæ literis mandauĩ, in Regno Neapolitano tractauĩ, tũ quia tanto nomine ob Inuidorum & maleuolentium calumnijs, eum tutum fore sperauĩ, tibi vero nihil est quod gratias agã pro innumerabilibus in me omniũ tẽporũ collatis beneficijs. tanta est enim animi tui celsitudo, tanta tamq; proluxa in eos qui se in tuã clientelam, & amicitiam conferunt liberalitas, vt tu nullum finem eos fide, officijs, beneficijs iuuandi facias, vixque illos, non modo se tibi obstrictos confiteri, sed ne quidem gratias agere patiaris. Nihil est nisi vt ego te obseruo, ita me tu perpetuo ames, Nobilibusque Io. Francisco, & Lazaro fratribus tuis, & Pelegro Consobrino iuuenibus candidis moribus ornatissimis, commendatum facias. Vale.

NICOLAUS ANGELIUS I. V. D.

Excellentiss. D. Gulielmo Rodoano I. V. D.
amico ac domino suo S. P. D.



EST Doctissime Gulielme, vitæ nostræ recta institutio, ut in ocio negociorum, in negotio ocij nostrorum, semper rationem reddere valeamus, ac in utroque, omnibus semper velle prodesse, idque pro viribus re ipsa efficere. Quod profecto tu recte assecutus es: cum enim per aliquot annos Neapoli apud sedis Apostolicæ Reuerendiss. Nuncios, ac ipsius Iurium Collectores, Assessoris officio functus fueris, quo totius fere Regni illius causæ ecclesiasticæ confluebant, ac eæ potissimum discutiebantur, quæ ad Clericorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum defunctorum, Spolia, quæ vocant pertinebāt: tu eo ingenio, & doctrina, ea prudentia & comitate omnia tractasti, ut & Cameræ Apostolicæ iura semper illæsa seruaueris, ac cum Camera ipsa altercantēs, semper in aliquo subleuaueris. Et quamuis spoliolorum huiusmodi materia apud nostrates Doctores Antiquos & Modernos fuerit pene incognita, ac propterea in earundem causarum decisionibus, Aduocati etiam alias disertissimi, & exercitatissimi dubitarent, ac subsisterent; tu, quæ tua fuerat antea in ocio diligentia (omnia enim Canonum, ac legum abdita perscrutaras, ac fideli memoriæ mandaras) adeo omnia callebas, ut quasi Oedipus, dubia omnia emergentia ere nata enucleares, ac solueres. Modo aliquid ocij nactus, illorum negociorum quasi rationem reddens, ac communi omnium utilitati consulens, luculentissimum Spoliolorum tractatum compilasti, in quo ita docte, & distincte, ita copiose & ornate de illis disputaſti, ut nihil penitus quod dici debuerit omissum, nihil quod omitti potuerit dictum, nihil denique non suo loco positum in eo inuenire quis possit: quem modo, (ut, & alias eruditissimū de Simonia tractatum) typis diligentissime excudi, & publicari fecisti; in quo quantum operis, & studij consumpseris, illorum sit iudicium, qui diu in hac vtriusque iuris disciplina versati, nullos neque Antiquos, aut Modernos Doctores. de hac materia libros, aut tractatus conscripſisse, aut penitus de ijs verba fecisse, iam satis norunt: ac propterea tibi, quasi per ignota antea itinera pererranti, omnia ex intimis ipsorum Canonum penetralibus, exhausta fuerit. Vale.

FRANCISCUS RODOANVS
ARTIVM ET REI MEDICÆ DOCTOR
Gulielmo Rodoano fratri S. P. D.



ERVIT apud antiquos omnes præstanti ingenio præditos consuetudo, frater obseruandissime, ut in hoc totis viribus incumbere, ut quampluribus prodesse, laudabilemque sui memoriam posteris relinquerent: quo in genere cum videam te non sine laude uersatum, tibi, mihi, totique nostræ Rodoanorum familiæ gaudeo, & lætor, quæ cum in ciuitate Ianuæ antiqua fuerit, & nobilis, & propter præclara hominū Redoanorum gesta Illustrata, sæpius primarijs ipsius ciuitatis dignitatibus consularibus insignita, triremiumque reipublicæ præfecturis decorata; modo temporum iniquitate fere collapsa, tuis doctrina, & scientia freta, se suæ pristinae amplitudini posse restitui, quotidieque magis illustrari, in spem venit. Cum enim annis ab hinc aliquibus, Doctissimum de Simonia per te compositum tractatum edideris, in quo simoniæ materiam, per innumerabilia scriptorum volumina vagantem constrinxisti, aptissimeque disposuisti, ac pleraque apud doctores antiquos maxime controuersa, acutissimis distinctionibus aperuisti, nostræ huius familiæ memoria, apud studiosos omnes quàm maxime enituit. Et propterea cum nouissime ad oppidum Spediam ad te, quem iam diu non videram, in ædibus Nicolai Rodoani Io. Mariæ nostri consanguinei viri prudentis, & præcipua animi nobilitate, & morum suauitate ornati, apud quem diuiter ac alacriter conuolassem, & incidissem in tuas disertissimas questiones in materia spoliolorum ecclesiasticorum, & in copiosum eruditumque tractatum de rebus ecclesiæ non alienan. per te compositum, animo statim concepisse, ut propemodum ea in lucem edita, familiam nostram magnopere illustrarent, ac Hieronymo nobili genitori nostro (qui nos Nicolaumque fratrem Vernatiæ Orientalis maritimæ Liguriæ oppido natos) quæ eius fuit prudentis viri, & optimi patris solertia, & bonitas, a teneris annis in eximijs ciuitatibus penes optimos præceptores liberalibus moribus, & artibus imbui curauit, ac post pueriles annos, te quidem ad canonum, legumque scientiam: me ad philosophiæ, reique medicæ studium, Nicolaum vero fratrem ad mercaturam, aliaque regionis nostræ honesta negocia applicuerit, nullis quantumuis maximis impensis parcendo, quousque nostrum quemlibet ad propositum finem perduxerit) maximæ gloriæ, & voluptati futura: quippe patris est gloria, filius sapiens. Et quia audio de spolijs questionibus typis impressas, iam in lucem prodixisse, te vehementer hortor, atque obsecro, ut quamprimum extremam manum tractatui de rebus ecclesiæ non alienan. imposueris, illum ad communem rerum ecclesiarum utilitatem, ad laudem omnipotentis Dei, imprimi publicarique cures. Vale.

INDEX QUESTIONVM
IN OPERE TRACTATARVM.

- Quæ sint spolia ecclesiastica, & ex quibus proueniant. Quæ-
stio prima. fol. 3.
Quæ negocia sint permiffa, aut etiam interdicta Clericis. Quæ-
stio fecunda. fol. 31.
De potestate circa fructus, & res ecclesiæ, Clericis, vel Præ-
latis concessa. Quæstio tertia. fol. 80.
De consuetudine testandi, vel disponendi de fructibus, & re-
bus ecclesiasticis. Quæstio iiij. fol. 144.
An in fructibus inexactis, relictis per Clericum defunctum, suc-
cedat Camera Apostolica; successor in beneficio, an hæres
defuncti. Quæstio V. fol. 153.
An clericus de fructibus beneficij non consumptis, possit pro-
hibito decedendo disponere. Quæstio vj. fol. 168.
De licentia, vel dispensatione testandi, Clericis, vel Prælati-
concessa. Quæstio vij. fol. 179.
De successione Clerici ab intestato, Regularis, vel Secularis.
Quæstio viij. fol. 220.
Ex quibus præsumatur Clericum acquisiuisse. Qd ix. fol. 256.
De debitis Clerici, vel Prælati soluendis, ex fructibus eccle-
siæ, & spolijs. Quæstio x. fol. 288.
De modo procedendi in causis spoliatorum. Quæstio xj. fol. 315.
Quæ actio competat Cameræ Apostolicæ ad spolia. Quæ-
stio xij. fol. 323.
De exceptionibus in causis spoliatorum opponendis, & de præ-
scriptione. Quæstio xiiij. fol. 329.
De exceptione præscriptionis. Quæstio xiiij. fol. 343.
De probationibus, seu præsumptionibus pro capienda posses-
sione spoliatorum faciendis. Quæstio xv. fol. 354.
An quis præsumatur potius sacerdos, quàm Clericus. Quæ-
stio xvj. fol. 379.
De priuilegijs Cameræ Apostolicæ circa spolia. Quæstio
xvij. fol. 386.

ELEGANS
TRACTATUS DE BONIS

PER PERSONAS ECCLESIASTICAS
Intuitu Ecclesiæ acquisitis

POST MORTEM RELICTIS
VVLGO SPOLIA
NUNCVPATIS.

AVCTORE EXCELLENTISSIMO

IURIS VTRIVSQUE DOCT.

GVLIELMO REDOANO.

SVMMARIVM.

- 1 **I**n etymologia vocabuli consistit substantia.
- 2 A diffinitione est sumendum principium.
- 3 Quid sit diffinitio.
- 4 Vnde dicatur verbum spolum.
- 5 Spolia sunt exuuiæ.
- 6 Quid sit spolum numero singulari prolatum.
- 7 Diffinitio spoliatorum Ecclesiasticorum.
- 8 In materia spoliatorum strictè est, non latè interpretandum.
- 9 Applicatio spoliatorum facta Cameræ apostolicæ, est contra Ius.
- 10 Exemptio concessa Curialibus à spolijs per Sixtum Alex. & alios
- 11 Bona acquisita per Clericum defunctum, spectant regulariter ad successo-
rem in beneficio.
- 12 Verba rescripti sunt impropianda, vt alteri non præiudicetur, etiam si re-
scriptum sit in fauorem piæ causæ.
- 13 Prædium emptum de pecunia Ecclesiæ, efficitur Ecclesia.
- 14 Fructus pro pensione assignati, non percepti tempore mortis pensionarij,
remanent ad Ecclesiam grauatam.
- 15 In hæredibus præsumitur continuari dominium.
- 16 Dominium rei legatæ transit recta via in legatarium.

A Fructus


- 17 Fructus percepti debentur hæredibus usufructuarij.
 18 Fructus percepti ex præbenda clerici transeunt ad hæredes.
 19 Fructus pensionum lucrati donari possunt.
 20 Clericus potest testari de fructibus pensionum.
 21 In beneficalibus Papa potest præiudicare sine causa.
 22 Papa potest sine causa imponere pensionem in beneficijs.
 23 In redditibus Ecclesiasticis Clerici habent illud ius quod est sibi à Papa, & Canone concessum.
 24 De redditibus Ecclesia Clerici disponunt pro victu tantum.
 25 Decima fructuum datur pro alendis Clericis, & pauperibus.
 26 Clericus expendens male fructus Ecclesie tenetur restituere de suo.
 27 Distributiones quotidianæ acquiruntur percipientibus etiam quoad dominium.
 28 Distributiones quotidianæ in aliquibus locis distribuuntur in potu, in pane, & pecunia, & bladis.
 29 In distributionibus quotidianis bene possunt succedere hæredes.
 30 De distributionibus quotidianis disponit Clericus, veluti laborator disponit de operis diurni denario.
 31 Fructus pensionum, etiam non exactarum transmitti possunt ad hæredes.
 32 Est sancitum à Papa de quanta parte fructuum Ecclesie disponat Clericus.
 33 Clericus in testamento non potest disponere de rebus occasione Ecclesie acquisitis.
 34 Res emptæ de pecunia aliena nomine suo est ementis.
 35 Papa est dominus omnium beneficiorum.
 36 Diffinitio pensionis.
 37 Papa pro necessitatibus Sedis apost. solet reseruare fructus beneficiorum.
 38 Papa vitur prouentibus beneficalibus, uti vult.
 39 Dominium rerum Ecclesie est proprie apud Christum.
 40 Papa Christi Vicarius cum omnimoda potestate.
 41 De fructibus Ecclesie sunt quatuor partes.
 42 Papa potest tollere ius quasitum ex lege sua.
 43 Papa concedit, & concedere solet monachis licentiam testandi de fructibus Ecclesiarum.
 44 Clausula Motu proprio facit præsumi Principem uelle.
 45 Clausula ex certa scientia idem operatur.
 Item facit præsumi, uti absoluta potestate.
 Item supplet defectum solemnitatum.
 Item æquiparatur clausula de plenitudine potestatis.
 Item supplet defectus inductos à iure positivo.
 Item plus operatur, quàm clausula Motu proprio.

46 Clausula

- 46 Clausula de plenitudine potestatis includit defectum solemnitatis, & æquiparatur Clausula ex certa scientia.
 47 Clausula non obstan. facit præsumi velle prout in rescripto continetur
 Item si sit omiſsa facit præsumi de contrario
 Item facit præsumi contra Ius commune.
 Item facit valere rescriptum contra testamentum.
 Item tollit Ius tertij.
 48 Romani Curiales exempti à spolijs.
 49 Papa potest reuocare gratiam post Ius alteri quasitum.
 Clericus in distributionibus quotidianis, & pensionibus acquirit dominium.
 50 Iura prohibentia Clericum testari de fructibus beneficij loquuntur indistincte.
 51 Reprobatio glosæ in c. præsent. de off. ordin. quæ distinguit inter fructus simplicis beneficij, & habentis administrationem.
 52 Papa solet eximere à nexu spoliatorum etiam collegia, etiam vniuersitates, imo Ciuitates & regna.
 53 Bulla Pij Quinti edita super spolijs.

Quæ sint spolia ecclesiastica, & ex quibus proueniant.

Q V Æ S T I O. I.



V M superioribus Annis in regno & Ciuitate Neapolit. apud Illust. & R. D. Nicolaum Fliscum bonæ mem. Episcopum Saouen. Sedis apostolicæ Nuhtium, & spoliatorum, decimarum, ac Iurium Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Collectorem, causas spoliatorum ecclesiasticorum cognoscerem, & iudicarem: à doctissimis causarum patronis summis precibus rogatus fui, ut quæ in eo genere actionis collegissem, in cõem omnium utilitatem disse-

rere, & certo quodâ ordine disponere vellem. Qua in re & si præclare intelligebam id opus, tamquam ab alijs, quos tamen viderim non tactum, difficile fore: spe tamen auxilij diuini quod iunctis manibus precor, amicorum preces, ac desiderium cõis utilitatis difficultatẽ omnem, quæ mihi offerebatur, tandem vicerunt: meq; ad istas quõnes paucas pertractandas absq; vlla inanis gloriæ spe, vel intentione quodammodo compulerunt, in quibus, si cui forsân prolixior, quàm par erat videbor, boni amabo consulat, cum enim materia noua sit ut dicebam, operæ pretium esse putauì, si rem ipsam altè repetendo, quæcumque in vtramque partem dici pos-

A 2 sent

4 sent proponerem sequendo Baldum dicentem, Ferro viam aperit, qui per contraria transit: vt ex multis hinc inde deductis res ipsa patefacta, & illustrata legentium oculis proponeretur.

Quare opus ipsum aggrediendo, vnde nomen istud spolia traxerint, quæ vere sint, ex quibus rebus proueniant, primum discutiam cum in etymologia vocabuli substantia consistat, vt ait Bart. & Paul. de Castr. in principio. ff. de Instir. & Iur. vbi Bart. quia in etymologia vocabuli ait Paul. de Castr. ibi, consistit substantia, per tex. quem allegat. in l. tugurij de verb. sig. & pro intelligentia illius, de quo tractatur, semper ad definitionem illius deueniri solet, à qua est semper sumendum principium, vt inquit Cicero in principio officiorum, vt quid sit illud, de quo disputatur intelligamus, quia definitio est, quæ ipsius rei, quæ definitur, qualitatem, & essentiam demonstrat. Iul. in l. nemo potest, de leg. 1. sec. lect. num. 17. Idem in l. si quis pro emptore, mihi num. 88. ff. de vsu cap. vbi dicit quòd bona definitio habet ponere substantiam definiti. Videtur igitur quòd nomen spolij sit dictum, seu denominatum à verbo spolio, quod significat exuere, vt spoliare se: pro exuere se bonis, vt in l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. §. fin. Instir. de actio. & l. fin. ff. de his, quæ in fraudem. Et spolia sunt exuuiæ, dicit Cicero pater proprietatis vocabulorum, & latini sermonis, in oratione pro Sexto Roicio, si spoliatorum causa vis hominem occidere, &c. & ibi cruenta spolia cuiuspiam detrahere. Idem pro Pomp. cum hunc locum nobis maiores nostri exuuijs nauticis, & Classium spolijs ornatum reliquerint. Idem in officijs aliorum spolijs suas opes augere, &c. Idem pro Curione, an ne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit? Idem in Tusculanis quæstionibus, nec quisque è nobis spolia cepit laudibus. Idem in officijs, Salmacida spolia sine sanguine, & sudore.

Vnde spolia possunt dici vestimenta, & indumenta, quibus quis vestitur, induitur, & contegitur. Guido Papa Decif. Gratianopolitan. q. 110.

6 dicit, quod est aduertendum circa istam materiam, quia de isto verbo spoliium, prout vulgariter mortuis Prelatis accipitur, non reperitur in Iure ciuili, nec Canonico, sed bene reperitur in Iure diuino. Psalmo. 138. ver. lætabor super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa: addo item in Psalmo incip. exurgat Deus, vers. Rex virtutum dilecti, & speciei domus diuidete spolia. Ita dicit dominus Petrus in suis notabilibus, & super facto spolij de quo loquitur dudum de Anno 1423. fuit facta transactio inter Priores, & Vicarios perpetuos diocesis Gratianopolitan. circa modum vtendi dicto spolio, vt constat Instrumento &c. Sed id quod dicit Guido Papa, non videtur verum, quinimo id habetur in tex. in cap. sicut dignum. §. eos. ibi. post mortem eius spolia occupasse

passè &c. de homici. Itē tex. in l. diuus ff. de bo. damnat. Idē habetur in gl. in c. si. extra de pactis. in ver. Cesare. ibi si solus hoim spoliare nō possit, inueniat sociū, cū quo paciscatur, & simul id faciāt, & diuidant spolia. Verū est quòd apud canones, vel leges in significato nostro, verbū istud non reperi, vnde difficillimū esset eiusdē veram tradere definitionē, quæ de sui natura in iure satis periculosa esse solet. l. oīs definitio. ff. de reg. iur. Verum non definiendo, sed describendo potius, spolia dici possunt bona quæcunque, a quibusuis personis ecclesiasticis, etiam regularibus, intuitu ecclesiæ acquisita: iuraque, & actiones, ac fructus inexacti, tempore obitus eorundem relicta: a Ro. Pont. Cameræ apostolicæ referuata.

Hanc descriptionem supponunt verā dñi de Rota decif. 855. de probat. in antiq. & decif. mihi 37. in vltimis. de solutio. ambæ incipiunt. Cum Camera apost. vbi habetur, quòd per Papæ specialē referuationē, Camera recepit spolia decedentiū prelatorum, ac in bonis, & spolijs per prelatos relictis, Camera in locum successoris succedit, & debita soluit predecessoris.

Quam descriptionē etiam sequi & approbare vñ Bertran. in cōl. 21. vol. 3. viso casu. vbi in casu spolij Archiepi Ebredunensis, disputando quid veniat appellatione, & noīe spolij, dicit: de spolio esse videtur quæcunq; bona, quæ superferunt tēpore mortis Archiepi de bonis ecclesiæ Ebredunensis, & intuitu illius acquisita, etiam debita, & quæ peti poterant tempore huiusmodi, vt fructus percepti, & alia bona intuitu ecclesiæ, & bona acquisita ex his vel pecunijs inde redactis, vt ibi per eum.

Et tēpore Pauli iij. super spolijs est facta quādam extrauagās, antiquas memorās referuaciones, & cōsuetudines super spolijs. Sub Dat. Romæ anno 1541. 3. Non. Ianuarij Pōtifi. anno viij. quæ est in fi. descripta, & loquitur de bonis, & rebus spolijs nuncupatis, & sic per verba, quæ oīa comprehendunt. Et quoad fructus inexactos comprobatur descriptio, per constitutionem Iulij iij. publicatam die 18. mensis Iulij ann. 1551. pont. ann. ij. incip. Regula siue constitutio perpetua &c.

Ceterū ius spoliatorū fuit ab antiquissimo tēpore introductū, & pro exactione, & perceptione spoliatorū, in varijs prouincijs, & locis noīe Cam. Apost. varij fuere deputati collectores per Ro. Pont. vt idē Paulus iij. in d. sua extrauag. attestatur. variæ diuersorū Ro. Pontificū desuper emanarunt literæ, & noīe Cam. Apost. ab antiquissimo tempore citra, ad oīmodam Roma. Pontif. dispositionem fuerunt collecta, & exacta, ut affirmat Cardinalis in c. nisi cū pridem. §. intueri. de renunciat. vbi dicit, quæ mos spoliatorū prelatorū decedentiū, est ab antiquo seruatus. Sequitur Sarnen. in tracta. breuiū. §. facultas. nu. 17. affirmatur per Rota. decif. allegatas, & per scripta Io. Calder. in d. suo conf. 1. de pecul. cler. qui scripsit ante Conciliū Viennen. vñ refert. D. Anto. Massé. in libello de Annatis vbi dicit, quòd vsus spoliatorū est antiquissimus, & quòd pro spolijs exigendis habuerunt Ro. Pontifices in prouincijs Collectores, prout adhuc habent.

Et habet in decif. Egid. decif. 755. Et per dicta illius in c. nō liceat xij. q. ij. ibi Papa recipit spolia decedentū prelatorū &c. facit decif. Boer. 224. vbi disputat ad quē peruenire debent spolia Monachorū morietūm, pp̄ auctoritatē quam in reb. ecclesiarum & in beneficialib. Ro. Sedes seu Pontifex habet maximā, cum bona & fructū ecclesiarum cuiusmodi sunt spolia, sint oīno ad Papā dispōtionē & administrationē & in illis Papa sit principalis dispensator. per verba S. Thomę secunda secundę q. 100. per Gaetan. ibidē per Turre. cremata. in summa de ecclesia. lib. 2. c. 113. per eundem sanctum doctore. 4. d. 25. q. 3. ad fm̄ ibi bona ecclesie sunt Papę aliquo modo &c. Et dicit Bernardus (fm̄ q̄ refert Gemin. c. fidei de rescrip. in vj.) q̄ Papa est dispōsitor & administrator honorū ecclesie, & illius sunt vti dispensatoris & administratoris, Et idē Bernardus dicit q̄ bona ecclesie sunt Papę vt administratoris principalis, vt refert Abb. in c. constitutus. 3. col. nu. 13. de relig. dom. habet etiā in cōcil. Lateranē. nouissimo sel. 9. c. de reformatione curie, q̄ fructū beneficiorū & ecclesiarū plenaria administratio & dispositio pertinet ad Rom. Pontificem. Hinc est q̄ Papa fructus beneficiorū, pro tpe vacantium cōcedere solet cui libet pro libito voluntatis. c. tua. de verb. sig. vbi pro releuatione onerum & debitorū, Honorius Papa III. concedit Ep̄o Tolonen. fructus beneficiorum quę in sua diocesi per biennij spatium vacare continget. Et Tex. in c. si ppter. de rescrip. in vj. vbi propter debita soluēda Bonifacius viij. cōcesserat fructus primi anni beneficiorum qui vacassent per quinquennium per quem tex. ponderatum apparet, q̄ tales fructus possunt deberi etiam per statutum, cōsuetudinem vel priuilegium vt ibi, vbi Pet. de Anchar. not. q̄ fructus beneficiorum vacantium p̄nt concedi ex priuilegio Papę alicui & nō futuris successoribus seruari, vbi etiam per Doct. & per Io. cap. in tracta. de fruct. c. iij. de fruc. sacerdotum tit. 3. nu. 1j.

Item & Papa concedit licētiam & facultatem testādi & disponendi de reb. & fructibus ecclesie, saltim ex fructibus acquisitis fac tex. c. relatum el secundo de testa. per Dec. conf. 512. vbi dicit, an Papa id possit non esse disputandū, quia q̄ potest est cōis opinio cōiter approbata, per eundē cōf. 157. vbi late per Hostien. in summa. de penit. & remis. §. cui consistend. ver. cui Cardinalis per Angel. & Imol. in l. si feruus. ff. de stip. ser. Bal. in l. si quando. C. de inof. testa. & in authen. nisi rogati. C. ad Trebel.

Et rursus mos vel consuetudo Ro. Pont. dandi & concedendi tales. testandi & disponendi indulgentias est, vsque ab antiquissimo tempore serua ta, vt colligitur ex licentia episcopi Portuen. tempore Innoc. tertij concessā, ex registri. eiusdem Innocentij quę est in q. de licentia testandi, ceterum Innocen. electus fuit anno Domini, 1198.

Itē Papa cuilibet quo adie super fructib. quorūcunq; bñficiorum reseruat pensionē, pro sua libito voluntatis, id quod potest auctoritate quā habet in beneficiorū fructibus & in beneficialibus, in quibus tm̄ potest quan-

tum vult. d. clem. vt lit. pend. Doct. in c. quę in Ecclesiarū de cōstit. Dec. conf. 436. vbi dicit q̄ Papa ē sine causa sed sola sua voluntate sup fructibus beneficiorū pensionē imponit, quia (inquit) in beneficialibus stat Papę pro ratione voluntas. late p̄ Gig. Cacialup. & Paul. de Ro. in eorum tractatibus pensio. vnde si de fructibus & bonis ecclesiarum, oībus istis narratis modis distribuit & dispensat Papa, ad cōmodum & vtilitatē personarum, videt dicendū q̄ in sui quoq; sustentationē, suarumq; ac sancte sedis apostolicę. & Rom. ecclesie necessitatum sustentationē, disponere & distribuere possit per doctrinam fratris August. de Ancona theologi eximij secunda q. art. 8. in si. dicētis q̄ Papa habet potestātē rerum temporaliū ecclesiarum, quantum ad sui & ministrorū ecclesie sustentationē, necessitatibus, ēt vnus ecclesie subuenit & subuenire potest Papa de redditibus alterius, p̄ Sanctū Thomam 2. corint. c. xj. lect. ij. in si. vbi dicit q̄ papa pro necessitate vnus patrię potest accipere subsidiū ab alijs partibus mundi, & est (inquit) ratio quia ecclesia est sicut vnus corpus, videmus. n. q̄ in corpore naturali qñ virtus deficit in vno membro, natura accipiens ab alijs mēbris, subministrat eidem honores & virtutes vt ibi & p̄ eundem clarius ad Philipen. c. 4. lect. 2. circa si. vbi & hoc inquit est arg. q̄ Papa pōt ab vna ecclesia accipere in subsidiū aliarū, & p̄ Gaetan. 2. 2. q. 187. 4. art. ad primū ex Aug. auctoritate dicentis, omniū christiana norū, vnā rempublicā esse. vbi dicit q̄ Papa a quātumcunq; remotissimis partibus ecclesie auferre pōt & distribuere in alias ecclesie partes remotissimas. & dicit Anto. de Butr. in d. c. constitutus quę sequitur Abb. ibi n. 15. vers. aut quærīt. q̄ de reb. vnus ecclesie pōt Papa alteri ecclesie concedere ēt cum graui praiudicio, & ēt sine causa, & Ep̄s de fructibus beneficij vacantis & anteq̄ conferat pōt. disponere. vt p̄ tex. in c. vnico vt eccles. beneficia &c. vbi Abb. dicit q̄ id pōt ex causa rationabili puta pro soluendis debitis p̄ ecclesia cōtractis, & habet p̄ eundē sanctū Doct. sub q. 100. art. 4. ad primū in si. vbi dicit q̄ Ep̄s pōt ex aliqua causa aliquid trahere de fructibus beneficij conferendi, vnde si Ep̄s, multo magis Papa qui princeps & ī bñficialibus dñs. vbi Gaetan. dicit quod Papa vel p̄ viā vnionis vel charitatiui subsidij pōt prouentus vacātis ecclesie sibi applicare, & post alienare, put op̄ fuerit & rō sua fuerit ecclesiasticę pietatis. Pręterea Romana ecclesia mater est aliarū ecclesiarū & alię dicunt eius filię c. 1. 2. 3. 1. 2. dist. & pro vtilitate illarum inuigilat, laborat, noctes in somnes ducit, eisq; in earum necessitatibus subuenit tanq̄ mater filiabus, de postul. prela. c. seq. quo fit vt ita illę tanq̄ filię matri cum opus hēt, ei debēt subuenire. l. cū nō solū. §. ipsum. C. de bon. quę lib. quia vt caput subuenit mēbris ita mēbra subuenire debent capiti qñ indiget, p̄ doctrinam Paul. de Cast. qui hoc dicit conf. 414. j. vol. vbi ēt dicit, quod Papa potest obligare & alienare bona inferiorum ecclesiarum p̄ vtilitate & necessitate Ro. ecclesie. Idē tenet Bal. in c. 1. in prin. nu. 5. qui. feud. da. poss. sequitur

Prob. ad Io. monach. in additio. c. si eo tēpore. de rescrip. in vj. Paris. cōf. 103. lib. 4. pro eodē facit, quia princeps secularis potest rem priuati auferre ex causa, & alienare l. Lutiū. ff. de euictio. ergo multo magis Papa, quā disponendo de re ecclesiæ particularis, potius dicitur disponere sup vsu, quā super dominio, vt per Paul. d. conf. vbi subdit, q̄ si Papa contractū factum per prælaturam super rebus ecclesiæ, sua auctoritate validat, multo fortius hoc dici debet quando per seipsum, & pro seipso contrahit. Adde etiam quod si vult Papa, bona occasione ecclesiæ acquisita, (quæ sunt spolia) ad se pertinere, pōt, aliās non, quia liberā hēt in beneficialibus auctoritatē c. 2. in fi. de p̄ben. Clem. 1. in fi. vt lit. penden. Anto. de Butr. Abb. & alij in d. c. constitutus. de relig. dom. sunt verba Dec. conf. 157. Pro subuentionibus, et sedis apost. Sanctaq; Rom. ecclesiæ, & suis, Papa sibi reseruatur percipiēdi fructus aliarū ecclesiarū pro tpe vacatiū, extrauag. postulasti. & Cū nonnullæ, la prima, & la sc̄da extrauag. cōmu. de p̄b. dicit gl. Cle. vnica. de supplen. in ver. reuocari. decis. Egid. 755. idem in c. non licet. 12. q. 2. sequitur Bellenci. in tract. de charitat. subsidio. q. 107. & id pp̄ auctoritatē, & præminentiam quam secundū omnes cōiter habet in fructib. & bonis ecclesiarū per But. & alios in c. constitutus. allega. per Archi. in trac. de hære. quod in reb. ecclesiarū, & fructib. tantā Papa hēt præminentiam, quod in talib. est dñs quā ad vsu, quia eis vti pōt sicut placet, & decet suā potentiam, & statū 12. q. 2. bonę. c. per priuilegiū. 9. q. 3. per Egid. bellamer. 24. q. 1. 26. queritur. vbi dicit, q̄ Papa rerū sp̄alium ecclesiarū, & clericorū est dñs, & illis vtitur vt decet suū statū, & potentiam: & vterius secundū Innoc. c. vt sup. de causa poss. & propr. dñium rerū ecclesiarū proprie loquendo, non est apud aliquā ecclesiā, sed apud Christū, cuius Papa est Vicarius, cū oīmoda p̄tate in terris, vnde cum Papa auferat rē alicui particulari ecclesiæ, dī potius auferre administrationem, quā dñium c. 2. de donat. quia ipsum dñium est potius penes Papam cū sit apud Christū, cuius ipse est Vicarius, vel apud ipsam ecclesiā catholicā, quæ est vnica, cuius ipse est princeps, p̄ Feli. in c. quæ in ecclesiarū de const. col. 13. nu. 40. vers. prima gl. & doct. d. c. constitutus. Dec. d. conf. 414. Et per Petrū de Anch. conf. 305. quod licet Papa sup reb. & bonis ecclesiæ, habet plenissimā p̄tatem, tñ est verū, vbi apparet quod rē ecclesiæ, nō alienā sed suā vendit, q̄ res ecclesiæ suæ sunt, quoad liberā dispōnē, p̄ Abb. c. cū venissent. de Iud. q̄ Papa q̄diu viuit, dñs est rerū ecclesiarū, fm Host. ibidē, & pōt oīa disponere tanq̄ dñs. Fac. qd̄ dicit Paul. de Cast. d. cōf. 414. 1. vol. quod cōsiliū fecit in cā castri Berberanæ ecclesiæ Auinionē. q̄ Papa obligauit cuidā d. Georg. p̄ expēsis factis p̄ Ro. eccl. quod dñium rerū ecclesiarū est penes Xp̄m, cuius Immediatus vicarius est Papa, q̄ ipse facit, ab ipso dño factū v̄, quia ipse dñs solus fundauit ecclesiā Ro. aliarū ecclesiæ particulares fuerūt fundatæ nō a Xp̄o, sed a Pe-

tro, & eius successorib. & oīm q̄ habent auctoritatē ep̄i in alienatione rerū ecclesiæ, habuerūt a Papa, subdēs, si d. Georg. expēdisset p̄ ecclesia Auinionen. Ep̄s Auinionen. potuisset obligare. d. Castrū, & illud totaliter alienare, Ergo multo fortius Papa p̄ debitis Ro. ecclesiæ, quia dñium est penes Xp̄m, & Papa est illius Immediatus vicarius, & Papa maiorē sibi auctoritatē reuinit, q̄ ep̄is cōcessit, p̄ iura q̄ ibi late adducit, quia dicit Barr. Soc. conf. 163. v̄sa bulla quod Papæ volūtati nō est resistēdū, cū de factis ipsius dubitare sit sacrilegiū, & est (inquit) vnicus sol fori iustitiæ, fugās te nebras, & in eo præsumuntur illa tria concurrere, quæ in actibus hoīum considerantur. s. bona voluntas, modi congruitas, concessa potestas. Merito igitur ex predictis negari nō potest, quam possit Papa fructus, & bona (spolia nuncupata) decedentium, clericorum, siue prælatorum suæ dispensationi & dispositioni reseruare. Notandū est p̄terea quod acquisita p̄ Clericos illicite & cōtra formā sacrorū Canonū, vt spolia, noīe Cam. Apost. per collectore post eorū obitū p̄cipiunt per Constitutionē Pij Papæ iij. ad deterrēdos clericos ab illicite negotiando, & contractando editā, sub datum Romę Anno 1560. Non. Nouembris Pontif. anno primo incip. Decens. in seq. quæst. descripta. Eiusdēq; Pij iij. cōstitutione edita Anno 1564. 17. kal. Nou. Anno v. cōtra quoscūq; bñficia, & ecclesias in cōfidētiā recipiētes, & retinētes in execratione, & detestatione criminis simoniæ, & cōfidētiæ, p̄ eosdē Collectores Cam. colliguntur, & p̄cipiuntur, noīe eiusdē Cam. oēs fructus, iure phibitarū cōfidētiarū, in qb. bñficia in cōfidētiā, seu eorū fructus retinētes sunt cōdēnati, vel declarati: put̄ et noīe eiusdē Cam. colliguntur, & p̄cipiuntur fructus vacātes bñficioꝝ reseruatorū, a die vacationis, vsq; ad p̄uisionē, vel collationē de illis factā, per cōstit. eiusdē Pij sub dat. die vij. decēbris an. 1560. Pōtif. anno pri. eidē Cam. pro eius subleuādīs necessitatib. applicati, iuxta antiquā Rom. Pontificū hmōi fructib. consuetudinē, vt in extrauag. postulasti. cū nonnullæ, la prima, & la secūda glo. in Cle. vnica de supplen. negli. in ver. reuocari. & per Egid. in alleg. decis. 755. si rector. & in c. nō liceat xij. q. ij. Ex quib. oībus manifeste apparet, spolia prædicta, ex fructibus beneficiorū, ac ex acquisitis ex eis nasci, ac provenire. Sed res, & bona qualia sunt Calices, Cruces, paramēta, ornamēta, quæ quis vel in vita, vel in morte destinauit, aut assignauit cultui diuino, vel bona mobilia, aut immobilia, quæ quis vel dedit, aut assignauit Ecclesiæ, vel loco Pio, licet prouenerint de reb. quæ faciunt spolia, tñ semper obseruauit quod talia nō colligerētur vti spolia, nec vti ad Camerā spectātia, sed vidi illa remanere sēper loco Pio, put̄ Pie fuerant disposita. Sed hodie est per Bullā S. D. Pij. PP. V. expresse declaratū, vt per eā, q̄ est edita anno. 1567. iij. Septēbris, q̄ incip. Pius & c. Romani Pōtificis & c. quæ est in calce descripta & c. fac. quod hētur per Io. Calder. in conf. 1. de pecul. Cler. vbi dicit, quod verba reseruationis Papæ in materia spoliōꝝ sūt strictē nō largē-

interpretanda, quae reservatio talis apostolica est contra Ius, & omnia bona Ecclesiarum dicitur, quae intuitu Ecclesiarum, aut de facultatibus Ecclesiarum acquisitum defuncto, ut in c. 1. de testa. i. tex. & i. gl. a qua reservatione sunt excepti curiales. Roman. cu. a Xisto & Alex. & alij et in si. pntis. jónis. & i. bulla Pij iij. fo. 459. Sed opponi potest, quod ista spolia debent de iure pervenire ad successorem in beneficio vel Ecclesiam ad Camera, quae fructus beneficiorum et collecti, non tamen consumpti, ac bona per intuitu Ecclesiarum acquisita, mortuo clerico beneficiato transferuntur in successorem in beneficio nam successor in beneficio est quasi heres mortui c. cōue-
 11 nior. 23. q. 8. ita dicit gl. c. 1. de solut. & gl. in c. hac xij. q. 2. in vers. conseruari. vbi dicit quod omnia conseruanda sunt successori à morte predecessoris, & quod mobilia predecessoris pertinent ad successorem, & gl. in c. illud eodem in vers. successor. Spe. in tract. de mod. Generalis Concilij 2. parte, & successor in beneficio succedit et in acquisitis intuitu Ecclesiarum, ut habetur in c. relatum per tex. & Doctor. de testa. dicit. n. tex. Ibi autem loco defuncti vult tantum ordinandus, & ea bona sicut & alia ipsius Ecclesiae in Dei timore dispenset. Hic est quod clericus de his testari non potest d. c. relatum vbi not. Abb. post alios col. 2. ver. nota, & tenemur fecunda lect. vbi dicit quod acquisita per Canonicum intuitu Ecclesiarum, vel prebendam non cedunt successori in prebenda, sed capitulo ipsius Ecclesiarum, & decimas debitas Canonico predecessori non potest exigere Canonicus successor, quia non dicitur proprie successor, sed habebit illas Capitulum. Fel. c. quoniam Abbas. n. vj. de off. delega. Idem habet in gl. in c. illud. xij. q. 2. vbi autem beneficiatus non est de congregatione aliqua, sed habet beneficium omnino separatim, puta quia est Rector Ecclesiae parochialis, vel Praepositus, vel archidiaconus non beneficiatus a capitulo. tunc bona acquisita intuitu beneficij cedunt successoribus, non capitulo, vbi et ponit rationem diuersitatis, ad idem est tex. in c. cum vos. de off. ord. in si. cum ibi gl. & optima gl. quae iura allegat in c. 1. extra de solutio. in vers. predecessoris. ibi est. n. quasi haeres ipsius & c. optimus tex. in c. presenti de off. ordinar. in 6. vbi cauet, quod morientibus rectoribus Ecclesiarum, vel ministris, bona in ipsis Ecclesijs, dignitatibus, personatibus, prioratibus inuenta, siue vacationis ipsorum tempore obuentientia, ex quo in utilitatem ipsarum Ecclesiarum expedi debet, vel futuris reservari successoribus, nemo superiorum occupare presumat, aut in suos versus conuertere quoquomodo, nisi de speciali privilegio, & moriente Episcopo vel sacerdote successoribus bona reserventur, & res decedentium Clericorum ponuntur in manu economi, si ad sit, si non ad sit, erunt in potestate maiorum Ecclesiarum, si illi non sunt idonei, erunt in potestate aliorum Clericorum, omnibus deficiuntibus in manu Metropolitanis, nisi ad sit visitator, quia si ad sit, habebit ille, Mat. de afflictis, decis. Neapol. 390. & si in cathedralibus, regularibus, ac collegiatis Ecclesijs Vacantibus, si collegia conuentus, aut singularis persona occupat bona relicta, vel tempore vacationis obuentientia sunt suscipi ab off. & benef. vsq. ad restitutionem, quae debet reservari successoribus c. quae saepe de electio. in vj. late. Rui. col. 156. li. 4. & c. ergo nec est a Camera apostolica occupari, vel percipi debet, quoniam iure stet cautum in quos

quos versus conuertere, & ad quos pervenire habeat, est Consilium Bar. Cepol. col. 51. inci. in Christi nomine, quia ius acquisitum nemini auferri debet, vel tolli, nec est Iudex, vel infideli per Papam, nec tolli presumitur per Abb. in c. quae in Ecclesiarum de constit. post Innoc. in c. super his. de voto, & si contingeret aliquo casu Papam ius tollere presumitur hoc per Circumventionem, & Importunitatem potius
 12 quae voluntate fecisse per Fel. in c. cum olim 3. & 4. col. de re. Ind. adeo quod tali casu verba rescripti potius sunt impropianda, quam proprie intelligenda, ne alteri iudicetur trad. Rom. q. 334. circa primam. Deci. col. 11. col. 5. Ias. in l. ex facto 4. no. ff. de vulg. & pupil. Immo potius debent interpretari, quod nihil operetur, quod indebite quis datum patiat, ut not. Ias. post gl. Bar. & alios in l. si. In coputatione col. si. C. de Iur. delib. & hoc procedit, et si rescriptum Papae emanaret in fauorem pie causae, ut in casu nostro in fauorem Camerae apostolice, ut probat Ias. in l. si. col. vj. ff. de Constit. princip. post Alex. in l. pactum quod dotali col. 2. C. de pact. nam licet viduis pupillis, ac alijs pijs causis multum debeamus, non tamen adeo, ut alijs iudicium inferamus. d. tex. in c. ex tenore de for. comper. & in c. nup. de dona. iter vir. & vxor. Et adeo est verum, quod acquisita per prelatum de bonis ac facultatibus Ecclesiarum
 13 vadunt ad ecclesiam, vel in ea successoribus, quod procedit, siue emat res nomine proprio, vel fraudulenter nomine alieno per Abb. in c. 1. de testa. vers. not. 4. quia prelatum emptum de pecunia prebendam, vel Ecclesiam, adeo efficitur Ecclesiam, vel successoribus
 14 foris in ea quod amplius non potest illud prelatum dari per emptorem alicui, etiam intuitu pietatis, licet pecunia potuisset dari, quia statim fit Ecclesiam, licet emerit nomine Ecclesiam, siue suo, siue alieno, Ang. in summa in 5. emptio. §. vtrum emptum per tex. in c. 1. & c. inquirendum de pecul. cler. fac. quia Iulius Papa III. sanctae memo. per suam constitutionem, quae ad dirimendas lites, tollendasque controversias inter haereses prelatorum defunctorum, ac successores in beneficijs edidit dispositioni Iuris comitis adherendo, & ex mente Canonum sanciendo, statuit fructus inextos per prelatos defunctos non ad haereses, sed ad successores in ecclesijs, aut beneficijs pervenire aut pertinere debere. id quod fuerat per prius sancitum per test. 1. c. quia saepe & c. statutum de electio. in 6. Et allegatur c. presenti de officio ord. d. lib. 6. dicit Io. Copus. in suo tract. de fruc. lib. 4. tit. 3. c. 2. & si fructus beneficij, super quibus fuit assignata, aut reservata pensio, non sint precepti tempore mortis pensionarij, imo penderent, remanent apud Ecclesiam tali pensione gravata, & sic ad successorem
 15 per Alex. conf. 157. 2. vol. incip. Reverendissime domine, per ea quae volunt Abb. & Anto. de Buttr. in c. si. ne prela. vic. suas. vbi concludunt, quod si moriatur Praelatus, qui beneficium locaverat, fructus percepti post obitum locatoris, & pensio debita ratione fructuum post obitum perceptorum, debeantur successoribus in prelatura, de quo et per Doct. in d. c. presenti. Cacialup. in tract. de pensio. q. 25. & Gig. eo. q. 53. Sec. loco potest opponi de alio: quod fructus beneficiorum recolecti tamen, ac spolia huiusmodi vadant non ad Camera apostolicam, nec ad successores in beneficijs, sed ad haereses defuncti

maxime si beneficiatus decedat testatus, quia fructus beneficii Prælati, vel beneficiatus videtur facere suos dicit optima gl. in c. presenti de off. od. in. 6. in ver. reservari: vbi distinguit, quod vel beneficiū habet administrationē, vel quis est simpliciter, & psonaliter beneficiat⁹: quia pri. casu de illius fructibus quāmdiu vivit, & sanus est, pōt aliquid dare, moderate tñ: quia cōparatur usufructuario, cuius ius morte finit: vnde vivēs pōt suā volūtātē facere moderate. Incipiens vero infirmari cōparatur usufructuario: & tunc nihil habet nisi vsum, & dicuntur Clerici nō habere administrationē, qñ nō habent beneficiū cui sit assignata dos: vt per Geminianū d. c. presentis: & simpliciter beneficiati dicuntur, vt sunt Canonici, & similes, quibus id quod habent obuenit sibi ratione personæ, non quod habeant præbendam in Ecclesia distinctam, quia sic haberent administrationem.

Si vero Clericus sit nō habēs administrationē, sed psonaliter, & simpliciter beneficiatus, in morte cōparatur usufructuario, quantū ad faciendū fructus suos, & usufructuarius fructus iā quæsitos ad hæredes transmittit p tex. in l. defuncta. ff. de usufruct. & de ipsis pōt testari; Ecclesia tñ succedet ei in istis, si decedat sine testō, & hæc est quasi cōis cōsuetudo, subiūgēs ibi dē d. gl. & qd dicitū est: quod clericus simpliciter beneficiatus, faciat fructus suos intellige, inquit, de fructibus pceptis, & recōditis, alij vero p iura allegata, pñēt ad ecclesiā: vñ si in fructibus acquiruntur dñium; si Prælati illos facit suos, trāsmituntur illi ad hæredes, in quibus psumitur cōtinuatū dñiū l. siue possidetis, & ibi Bald. ff. de acquirenda poss. l. si forori, & ibi Alex. C. de iure deliberadi, aut in legatariū, in quē pariter statūti recta via rei legatæ trāsīt dñiū. l. a Titio. ff. de sur. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. tol. cū similibus, & hæredib⁹ usufructuarij, cū diximus Prælatum cōparari, debentur fructus, si erāt pcepti tenet Alex. cōf. 157. 2. vol. p. tex. in l. defuncta præalleg. et l. Iulianus. §. si fructus, & ibi Bal. ff. de actio. ep. Gig. i tract. de pēf. q. 33. Et habere administrationē dicitur, qui habet beneficiū ēt simplex q̄ habeat dorē: administrationē habere dī Papæ, Patriarchæ Archiep̄s, Ep̄s, Abatia sēcularis, & parochialis: sine administratione dī canonicus, & alij Rebuff. in pract. in ver. seculare quonuplex.

Fac. optimus textus in c. vnico de Cler. non residen. lib. vj. vbi beneficiatus in fructibus beneficiorum acquirat dñiū, et facit illos suos, ibi rerū sic receptarū dñiū nō acquirat, nec faciat eas suas, Facit, qd dicit Bar. in l. diuortio. ff. sol. matr. ver. opp. vt sup de usufru. vbi dicit quod Canonicus fructus pceptos, & percipiēdos trāsmitit ad hæredes pro rata anni, quo stetit in beneficio Canonicatus. non enim, inquit, p̄cipit fructus, tanq̄ simplex fructuarius, sed pp onera Ecclesiæ, quæ sustinet. Idē dicit Imol. ibidē & glo. ac Bart. in l. j. C. de anno. ciuil. vbi dicit gl. quod ille tex. & adducta ibidē sunt argumēto, quod fructus pcepti ex præbenda Clerici, trāsēūt ad hæredes dicit Doct. in c. statutū. §. assessorē de rescrip. i. 6. Archid. i. c. cōsuetudinē i sine de Cler. nō resid. dicit, quod ille tex. benefacit pro sententia

tentia illorum, qui dicunt, quod Clericus facit fructus beneficii suos, Sed ipse credit, quod non faciat suos, sed bene habeat eos, quoad vsum, & dispensationem.

Facit quod dicit Specu. in titu. de actio. §. primo ver. Rector. & de fructibus, & interes: ver. pone Prælati, & in tit. de statu Monac. ver. 53. quæritur. vbi dicit, quod fructus beneficii à solo separati tempore mortis Prælati, debentur eius hæredibus, vel legatario, & sufficit fructus esse à solo separatos, non teconditos, ad hoc quod debeantur mortuo, est communis opinio Doct. in d. cap. presentis. de off. ord. per Franc. in cap. si propter num. 5. de rescript. Tiraquel. de retract. tit. i. §. v. glo. iij. num. 1. Fac. quia fructus pensionum super aliqua Ecclesia, vel beneficio reservatorum maturati, & non exacti per pensionariū, cui debebatur pensio transmittuntur ad hæredes, quibus ius exigendi præteritas pensiones non solutas competit, per ea quæ dicit Alex. conf. suo 4. Incip. per spectis his in fi. 3. vol. Paul. de Roma. in tracta. pensio. viij. quæst. ver. primo ecclesiastica vbi dixit, quod pensionis fructus lucrati per pensionarium dicuntur proprij, & in illius dominium transeunt, & ab eo donari possunt: per tex. in l. ædibus. §. vltimo ff. de donatio. ponit Gig. in suo tracta. de pensio. quæst. 52. vbi ad id probandum multa adducit. Subdens, quod acquisitum ex pensione non dicitur acquisitum ex beneficio Ecclesiastico, & de pensionibus decursis Clericus testari poterit, de quo nil mirum, quia fructus Ecclesiæ possunt vendi, & alienari: vnde etiam ad hæredes transmitti cap. si. ne Prælati Vic. suas & Clem. prima. §. fin. de rebus eccles. non alien. Feder. de Senis. conf. 133. quæritur an Constitutio. in Specul. de hæretic. in principio.

Item fructus contingentes, & obuenientes tempore Sedis vacatis debentur Ecclesiæ vel futuro successori per verba tex. c. presentis de off. ord. in vj. siue vacationis tempore obuenientia, idem in ca. cui vos. eo. & c. quia sēpe de electio. in vj. & clem. statutum eo. tit. & dicit Filipp. Fran. ex mente Doctor. in d. cap. presentis, q̄ si beneficium habet bona distincta, tunc in illis ac in fructibus succedit successor, secus si nō habet bona distincta, licet ratione dignitatis plus p̄cipiat, quā alij Canonici: tunc enim succedit capitulū, & si sit Canonicatus succedit in bonis capitulū, & fructus interim capit per d. Filip. Franc. est decis. Boer. decis. 340. Et videtur adeo verum, quod fructus pendentes spectant ad successores in Ecclesia, q̄ si Sede vacante capitulū, aut cathedralis, vel collegiatæ, aut regularis Ecclesiæ illos occupat, est capitulum, & alij occupantes excommunicati, quousq; restituant, d. c. quia sēpe. in quo tex. & ibi glo. apparet q̄ fructus, & emolumenta iurisdictionis obuenientes tempore Sedis

dis vacantis non pertinent ad capitulum, licet ad ipsum spectet iurisdic-
tio, sed ad successorem.

Imo si heredes Prælati defuncti recollectissent fructus immaturos, ne ad
successorem peruenirent Prælatum, tenentur ei ad interesse. not. per
Doct. in l. pen. ff. de usufr. legat. fac. Tiraquel. 2. tit. glo. 4. num. 15.
de retract.

Facit Calder. conf. ij. de pecul. Cler. vbi posita questione de fructibus dicit,
q̄ in fructibus contingentibus post mortem, puta quando decedit cleri-
cus ante fructus recollectos, succedit ecclesia.

Et dicit Io. Copus in trac. de fructibus lib. 4. tit. iij. c. ij. q̄ tam fructus à
Prælato percepti, qui in bonis eius esse ceperunt, quàm etiam ij, qui tem-
pore vacationis obuenerint, debent futuro referuari successori.

Et dicit Ruin. in conf. 156. lib. 4. nu. 3. q̄ non licet nec legato de latere nec
archiepiscopo accipere fructus, vel bona sedis vacantis, quæ debent futu-
ro referuari successori.

Item pro rata temporis fructus transmittuntur à Canonico ad successores
Bar. in l. diuortio in fine principij sol. mat. vbi Alber. dicit communè,
quòd seruatur idem, quòd in usufructuario scilicet, quòd collecti fiant
defuncti & heredis, pendentes remanent successori per Dida. Couarruina
variarum resolut. lib. 1. cap. 15. num. 12. licet ipse à dicta communi opi-
nionem recedat. Vt ego habui, & collegi, ex doctissime notatis, & reportatis
per Reuerend. d. d. Filesum de Citadinis nobilem ciuitatis Interamna-
tis, Episcopum muranum multæ lectionis, summæ doctrinæ, & iudicij,
ac singularis probitatis virum præclarissimum mihi vinculo amicitia
antiquitus coniunctum.

Verum oppositis non obstantibus descriptio spoliatorum, seu diffinitio est
vera, & firma remanet, quia ad Cameram spectant, non ad succes-
sorem, non ad heredes, nisi in casibus, & per ea, quæ dicuntur infra,
nam ista, cum sint beneficialia à beneficialibus dependentia, & intro-
ducta de Iure positio, sunt omnino ad Papæ dispositionem liberè &
ei manualia per Abb. in cap. constitutus de religiof. domib. per eun-
dem in sua disputatione, quæ incipit Episcopus col. ij. in quibus Papa
potest attenda potestate sua magna sine causa præiudicare per Doctor.
21 in cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. sequitur Cacialup. in suo tracta.
pension. quæst. 19. col. iij. num. 17. quia Papa concedit beneficia
lia ad nutum, ad tempus, & sub conditione cap. si gratiose de rescrip.
in vj. cap. veniens de filiis presb. cap. quamuis cap. petiisti. vii. q. 1. di-
ctum Abb. notabile. cap. inter quatuor de maior. & obed. vbi dicit,
quòd licet Papa non possit procedere, & sententiare contra non cita-
tum, & contra non vocatum, est secus in beneficialibus, in quibus
habet

habet plenariam potestatem. ita etiam notatur in cap. cum olim de re.
iud. quæ cum sint introducta à Iure positio, & supra tale ius sit va-
pa, merito suo modo de illis habet posse disponere: quia Papa vti
dominus beneficiorum potest etiam sine causa imponere pensionem
22 super fructibus beneficiorum, cum de talibus fructibus possit ad bene-
placitum suæ voluntatis disponere per Doct. in cap. quæ in Ecclesia-
rum. de constit. Sequitur Decius conf. 436. col. ij. iij. vol. & in his red-
ditibus ecclesiasticis id iuris habent, & habere debent Clerici, quòd
23 à Papa, & à Canonibus expressim est sibi concessum, & concedi-
tur. Innocen. in cap. indecorum. de ætat. & qualit. glo. in cap. res Ec-
clesiæ 12. q. 1. Archid. in cap. statutum. §. assessorem de rescript. in vj.
pulchrè Card. conf. 110. col. ij. & quidem res Ecclesiarum subiacent ad
ministratiōi Romani Pontificis, & Prælatorum, à quibus ipsa Ca-
tholica Ecclesia regitur, sic & Canonibus ecclesiasticis ipsum eccle-
siæ patrimonium commissum est, quia bonorum ecclesiasticorum ad-
24 ministratio Romano Pontifici, & eius Canonicis constitutionibus
commissa esse videtur. c. videntes cap. præcipimus xij. quæst. 1. quibus
quidem Canonibus separatim ab Ecclesiæ Aerario conceditur Episco-
pis, & Clericis Ecclesiarum ministris certa portio ex redditibus Ec-
clesiasticis c. de redditibus c. cognouimus c. mos est. c. sancimus xij. q.
ij. S. Tho. secunda secundæ quæst. 185. artic. vij. & quolibet. vj. artic.
xij. refert Couarr. in cap. cum officijs de testa. vers. ultimo hinc po-
test. Quia Canonibus diligenter consideratis colligitur clericos be-
neficia habentes, ex eorum redditibus eos tantum expendere posse,
quantum ad eorum victum, vestitum, caterosque vsus congruos, &
necessarios sufficiat. cap. fin. 12. quæst. 1. & c. videntes ea. caus. & quæst.
& in principio. 44. dist. tibi d. Sacerdos, inquit Hieronymus, viuere
de Altari permittuntur, non luxuriari, bona etenim Ecclesiarum sunt
proprie Christi patrimonium. cap. cum ex eo de elect. in vj. notat Fel.
& Decius in cap. constitutus de rescrip. Hinc Dirus Bernardus epistola
secunda scribit. denique quicquid præter necessarium victum, ac sim-
plicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrile-
gium est. Secundo clericis omnino permissum est antiquis Canonibus,
redditis ecclesiasticis, qui ad præfatam congruam sustentationem
necessarij non sint, in optima, vel aduersa valetudine, in pios erogare
vsus, iuxta illud Lucæ primo, quod superest dare pauperibus. cap. fi.
16. q. 1. cap. Casellas. cap. Episcopi x. q. ij. noua etenim lex de dandis
decimis Ecclesiæ ministris ex eo iustitiam præferret, quod pro con-
25 grua Ministrorum sustentatione, & pro pauperibus alendis datur
ipsa decima fructuum pars. Caetan. 2.2. q. 87. artic. primo & q. 185.
articulo

articulo 7. cap. decimæ & cap. fin. 16. q. j. Tertio clericus habens beneficium potest liberè disponere de illis redditibus, qui sunt necessarij ad eius honestum sumptum inspecta cuiusque qualitate, si eos præcipuos is habeat, qui aliunde victum, & necessaria sibi ministravit, id est, quòd licet aliunde, puta ex patrimonialibus victum habeat, potest nihilominus de fructibus beneficij pro rata sui victus iuxta suam qualitatem sibi concessam disponere. Hæc etenim pars bonorum ecclesiasticorum ministris per Canones antiquos constituitur. cap. Ecclesiasticas. 13. quæst. 1. tex. & ibi Abb. in cap. de his. de Ecclesijs ædificand. vel reparand. Sanct. Thom. 2.2. q. 185. artic. vij. in resp. ad ij. Io. maior in quarto sent. dist. 24. q. 17. & q. 20. & idem ipse dicerem in his redditibus Ecclesiæ, & beneficij, quos dignissima mercede industriæ, & laboris impensi in Ecclesiæ regimine recipit ipse, qui Ecclesiæ curam gessit ex Bolognino in Anan. conf. 87. vbi ipse Ananias hoc ipsum probat.

Et non desunt, qui opinentur Clericum habentem beneficium ultra sibi necessaria, de redditibus illius in profanos, & voluptuosos vsus expendentem, mortale peccatum committere, & ad illorum reddituum, ita expensorum, & consumptorum restitutionem teneri: ex verbis Hieronymi dicentis, Aliena rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur. §. ordinandus 42. distinct. sensit hanc opinionem S. Thom. q. 43. articu. vij. assent. Alex. Hales. 3. p. q. 36. membròs; Ricard. à media villa in 4. sent. dist. 45. articu. iij. quæst. 1. Io. maior dist. 24. quæst. 17. dicit hanc opinionem esse communem, quam tandem probat Plaud. in 4. dist. 24. q. iij. artic. ultimo, qui bus suffragatur tex. optimus in cap. Episcopus 12. q. 1. & tex. in cap. primo 12. q. iij. pulchrè diuus Bernardus epistol. 42. col. iij. Clamant, inquit pauperes nostrum est, quod effunditis nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis. huic opinioni accedunt Abb. in. c. cum secundum de præb. prima col. Archid. & Dominic. de Sancto Gemin. in summa 44. dist. Fel. in cap. postulasti de rescrip. Ant. Butr. cap. primo, num. 28. de emptio. Sed hæc, atque alia à dictis Doctor. adducta eò tendunt frequentius: vti sit illicita hæc ecclesiasticorum reddituum in profanos vsus distributio, non tamen, vt sit restitutio necessario facienda. Præterea redditus Ecclesiastici, qui supersunt ultra ministrorum victum, alieni dicuntur, non proprij, sed ex quadam metaphora: eò quod essent pauperibus erogandi, quod auctoritate Hieronymi comprobatur; is etenim scribit bona Ecclesiarum dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, neque quoad proprietatem: per Card. à Turre Cremata in cap. videntes num.

numero secundo 12. quæst. 1. Et licet Canon. prius 12. quæst. iij. prober; quod acquisita ex fructibus, & redditibus beneficiorum spectent ad Ecclesiam, id quod nemo negat, non tamen ex eo sequitur, ergò Prelatus fructus sibi designatos malè consumens tenetur restituere, quia licet Thom. & Gaet. secunda secunde quæst. 185. art. 7. dicant hanc consumptionem non posse fieri absque peccato mortali, negant tamen restituendi obligationem, Prepos. in summa. 44. dist. col. 5. sanctus Thomas in sexto quolibet. art. 12. Silvester in summa in ver. Clericus quarto 20. quæritur vbi post distinctiones idem tenere videtur: & in verbo restitutio iij. quæst. 5. Adrianus. in 4. senten. cap. incipientem pro clario 4. conclusio. Quorum sententia licet benignior sit, & nostris hisce temporibus admittenda, ex totius orbis Christiani consuetudine, quia plurimum iuuatur, vide tamen, & cogita non ne alia opinio forsan esset magis salubris animæ, & corpori, Clericis nostri temporis: quia Abb. in d. cap. cum secundum. nimis affirmatiue dicit, quod Clerici tenentur restituere de suo Ecclesiæ illud, quod male expenderunt de illius redditibus: & propterea cogita bene, quia anima est cunctis rebus præferenda.

Uterius Canones permittunt, quod distributiones quotidianæ, quæ dantur ministris Ecclesiæ ob laborem, & ob illud seruitium, & ministerium, quod diuino cultui, ac diuinis officijs impediunt, acquirantur & acquisitæ sint, percipientibus, etiam quoad dominium per tex. qui dicit in cap. vnico de cler. non resid. in 6. ad fin. dicunt Domin. à Sancto Gemin. & Franc. ibidem, idem dicit Barba. in cap. fin. col. fi. de pecul. cler. vbi, dicit illum tex. esse singularem. notat. glo. Gulelmi in extrauagan. prima ne sede vacante in extrauagan. communibus in verbo consueuerit, idem dicit Decius conf. 280. col. prima: quorum opinio est communis, quam sequitur Paris. conf. 33. vol. 4. col. 2. conceduntur enim istæ distributiones à Canon. Clericis ob illud ministerium quod exhibent altari, & diuino cultui, id quod etiam notatur per Bolognin. in Anan. conf. 87. quia dictæ distributiones aliquando, & in aliquibus Ecclesijs consistunt, & distribuuntur in potu, in pane, in pecunia, & in bladijs extrauag. postulasti. & cum nonnullæ de præben. & dignit. extrauag. commun. vnde sic perceptas, & acquisitas, potest Clericus ad libitum suæ voluntatis distribuere, ac de eis disponere, & ad heredes transmittere, quia consanguinei ipsius Canonici bene succedunt in istis distributionibus, nam quotidianæ distributiones non augent Corpus Præbendæ. Sed debentur propter operam personæ arg. l. 1. sec. resp. si mens. fals. mod. dix. l. si duobus. ff. pro soc. §. si in coeunda, & in cap. licet nobis. de præben. videtur

tenere lau. in Clem. fin. de præben. dicens: quod talis seruiens fideliter diuino officio facit fructus suos: & potest sicut laborator de diurno denario disponere: prout refert dominus Florian. ibi, faciunt adducta per Oldra. conf. 118. incipit ex virtute gratia dicit Domin. in d. Clem. quod Clericus potest testari de quotidianis distributionibus. Ita dicit tenere Guliel. in extrauag. Io. 22. Incipit suscepti maxime glo. in ver. consuevit quæ dicit quod distributiones quotidiane de iure sunt fructus liberi à decimis, & ita assignantur ut lucrantur, & de istis testare potest Clericus. vltra prædicta faciunt omnia iura: quæ dicunt. Clericum; maxime non habentem dignitatem, administrationem, vel curam, prout est præbendatus, æquiparari fructuario: de quibus habetur in cap. fin. de pignor. in cap. requisisti de testamentis: sed clarum est, quod fructuarius efficitur dominus fructuum iam recollectorum ff. quibus mod. usufru. amit. l. si usufructuarius, & eò mortuo non spectant ad proprietarium, sed ad hæredes fructuarij vt ibi not. Ergo idem videretur de fructibus præbendarum, & multo magis de quotidianis distributionibus: in quibus præbendatus habet maius ius, vt patet ex iuribus supra allegatis, refert Nicol. de Vbal. in tract. de success. cler. ab intestato. §. finita tandem vers. sexto quæro. vbi multa in contrarium adducit: quod videlicet in distributionibus quotidianis Clerici vel sacerdotis succedere habet Ecclesia, non heredes defuncti sed dicit quod adducta in contrarium; sunt adducta causa disputationis, non causa decisionis, quia sententia illorum, quia dicunt in distributionibus, & huiusmodi succedere consanguineos, non Ecclesiam in via iudicij magis preualet, & tenetur, sed de his dicimus infra in q. de facultate prælati in rebus Ecclesiasticis, & facientibus spolia, & in q. de successione Clericorum ab intestato. sed de distributionibus vide quæ dico in q. de potestate Cleric. & in quæst. de successio. Cleric. secula. suis locis.

Idem etiam videtur in fructibus pensionum decursarum, etiam non exarctatum: vt in eis acquiratur dominium, & transmitti possint ad hæredes, immò quod ius exigendi præteritis pensiones, non solutas, competat hæredibus clerici defuncti: cui dicta pensio erat reseruata, per ea quæ late aducit Gig. in suo tracta. de pensio. quæst. 52. & 53. vbi questionem ponit, & examinat late.

Item videtur etiam sancitam, & constitutum a Pontificibus, & Canonis quantum, & in quanta quantitate, possint Clerici disponere de bonis: ac redditibus Ecclesiæ, quia probatur in cap. ad hæc de testa. quod Clericus in ægritudine constitutus, potest causa donationis inter viuos, redditus Ecclesiæ in piam erogare causam modo in donatione

vtatur

vtatur moderamine, si ex ea infirmitate decedat, sed si est sanus, & in bona valetudine, si in pios vsus velit aliquid expendere de bonis mobilibus Ecclesiæ, id potest libere facere, nulla per finita, vel taxata quantitate, id, quod probatur, in cap. quia Io. vbi glo. 12. q. 5. dicunt, & notant Abb. Anchar. Imola, & Barba. d. ca. ad hæc, & secundum eundem Barba, ibi sec. col. oportet, quod sequatur traditio rei donatæ viuente ipso Clerico, qui donat.

Et quod Clericus beneficium Ecclesiasticum habens, proprio testamento non possit disponere de rebus occasione Ecclesiæ acquisitis, est tex. aper tus in cap. cum in officijs de testamen. idque procedit etiam si illa bona acquisierit occasione redditus ipsius beneficij per tex. in cap. relatum, vbi Abb. & alij, sed melius per eundem Abb. & lauius in cap. cum esse in secunda lect. nam. 23. cuius opinio est communiter recepta, & omnium consensu approbata; licet Palud. in 4. sent. dist. 15. q. 3. arg. vj. permittere videatur Clericis libere testari de redditibus beneficiorum, quod manifeste conuincitur per dicta iura, & communem sententiam, quæ procedit non solum in redditibus, & fructibus collectis ex beneficio: sed & in rebus emptis de pecunia redacta ex eiusdem fructibus, per Barba. in cap. inquirendum de pecul. Cler. num. 7. Bertran. conf. 258. vol. sec. id quod probatur in dicto cap. relatum, & d. c. cum in officijs, vbi passim Doctores idem dicere videtur Angel. in summa in ver. emptio vers. vtrum emptum, vbi postea; vtrum emptum pecunia aliena sit ementis: respondit, quod sit, si nomine suo emit l. si ex ea C. de rei vend. fallit in emptio pecunia Ecclesiæ cap. pri. 12. q. 3. & sec. q. ver. fixum: quod adeo est verum, inquit, quod si Clericus habens pecuniam de præbenda, emerit prædium, amplius non poterit illud dare, etiam intuitu pietatis, licet pecuniam potuisset dare: quia statim prædium fit Ecclesiæ, siue emerit nomine Ecclesiæ, siue suo, siue alieno cap. 1. de pecul. cler. & cap. inquirendum.

Per quæ satis constat, quod Prælati, & Clerici, siue sint defuncti, vel successores in beneficijs, quam habent, aut habuerunt potestatem, & facultatem, in bonis, ac redditibus Ecclesiæ, vel beneficiorum, eam habent a Papa conditore Canonum, & a Canon. & eo modo, forma, qualitate, & conditione, integre, vel limitate, qua Papa, & Canones concesserunt, & concedunt, & non alias, vel alio modo eadem facultate, seu potestate, vt debent. Vnde nihil mirum, si Papa, qui fructus beneficiorum, ac redditus, concedit Prælati, ac Clericis, ad sui, & suorum sustentationem, & deducto victu reliqua de fructibus secundum canones distribuere, & dispensare eorum vita durante acquisita, & relicta per eundem ex dictis fructibus, remansa canonice

B 2 non

- non dispensata, aut, vt ius erat, non distributa, veluti eorum spolia, ac fructus inexactos, vel pro aliquo tempore decurrendos, Camera Apostolicæ, vel pro supplenda negligentia prælatorum in distribuendo, & dispensando, aut pro seruanda canonum ordinatione, aut pro Sanctæ Sedis Apostolicæ, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subuentionibus reseruat, cui beneficia totius mundi illorumque fructus sunt manua-
- 35 lia, & ei obedientialia, cap. constitutus de relig. dom. qui illa ad nutum, & sub conditione concedit cap. si gratiose de rescript. in 6. in quibus potest Papa, vt in re sua esse moderator, & arbiter. cap. de his de sepult. & qui potuit concedere totum, partem bene reseruare potuit: quia, qui potuit illud, quod est plus, est etiam dicendum, quod possit illud, quod est minus l. Claudius Felix. ff. qui pot. in pign. hab. Bal. in l. conuenticula C. de Episcopis, & cler. Et si potest reseruare partem alicui de fructibus beneficij, veluti est reseruare pensionem, quæ est portio certa dependens a fructibus beneficij, a quo extrahitur, inuenta a
- 36 Romanis Pontificibus ex rationabili causa: vt per Cacialup. & Gig. in eorum tracta. de pensio. in principio. Item, & partem quoque dictorum fructuum reseruare potest Camera Apostolicæ pro necessitatibus
- 37 Ecclesiæ Romanæ, & Sedis Apostolicæ: extrauag. cum nonnullæ de præben. & dignitatibus extrauag. commu. la prima, & la secunda & extrauag. postulasti eod. vbi Papa pro necessitatibus Romanæ Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ, applicat fructus beneficiorum vacatorum, & vacaturorum ad certum temporis spacium, Camera Apostolicæ, qua Papa fructus Sedis vacantis concedit Episcopo diocesis pro exonorando Episcopatu debitis. cap. si propter debita de rescript. & ibi glo. quia dicit Archid. in tracta. de hæresi. incip. sanct. in Christo Patri. vers. & quia tanta, quod in talibus Papa est dominus quantum ad vsum, quia eis vt
- 38 potest, sicut placet, & decet suam potentiam sine statim per tex. in cap. bonæ rei. 12. quest. 2. cap. per principalem. 9. q. 3. &c. nunc vero eadem cau. & q. quia dominium rerum ecclesiarum proprie loquendo non est apud aliam ecclesiam: sed apud Christum, secundum Innocen. in c. cum
- 39 super de causa poss. & proprie. cuius Papa est Vicarius cum omnimoda potestate in terris, vel apud Ecclesiã catholicam, quæ est vnica cap. loquitur 24. q. 1. cuius ipse est Princeps. glo. & Doctor. in cap. constitutus de relig. dom. vbi dominus Anto. dicit quod de rebus Ecclesiasticis potest
- 40 disponere Papa vt vult etiam sine causa, & Papa de fructibus beneficiorum disponit aliquando, vt debeantur, etiam personæ non habenti in eis titulum cap. si propter de rescript. in 6. cap. si tibi de concess. præben. in 6. extrauag. Ioan. 22. suscepti cum similibus, & secundum antiquos
- 41 Canones de fructibus beneficiorum fiebant quatuor partes, vna Episcopo:
- alia

alia fabricæ, tertia pauperibus, quarta sacerdoti, facit illud quod dicit Io. And. in cap. inter cætera extra de off. ordinarij, quem refert Abb. vbi optaret: quod Ecclesia Romana perciperet vigesimam partem reddituum Clericorum, ad sustentationem Papæ, & Cardinalium, & abstineret a communibus seruitijs, & a fructibus primi anni, quos recipit a prælatis promouendis. Et nescit, quod de hoc alijs fuit factus Sermo in Cœcilio Viennensi & Papa pro suis necessitatibus applicat fructus sedium vacantium Camera Apostolicæ per extrauag. nonnullæ la prima, & la secunda de præben. extrauag. commu. glo. quæ dicit in Clem. vnica de supplen. negligen.

- Facit: quia siue habeas beneficium a Sede Apostolica immediate: siue ab ordinario: omnino a Papa habes, quando autoritate, quam sibi concedit Papa ordinarius confert. cap. vt animarum. de constitu. in sexto clem. ne Romani eo. 27. quæstio. 2. institutiones. Et quando Princeps ex voluntate sua fuit causa vt quis acquireret aliquid, ipse illud idem acquisitum potest sola autoritate auferre, secundum Angel. in l. Antiochensium. ff. de priuileg. cred. vbi dicit: quod princeps sine causa potest alicui auferre rem, quam ipse illi donauit, quia per eundem Angel. in l. lutijs. ff. de edilitio. Imperator potest sine causa auferre rem quæsitam ex præscriptione, vel vtiucapione, quia talis modus acquirendi fuit inductus ab eo, & ab eo auferri potest sine causa: per Felin. vbi multa allegat cap. quæ in Ecclesiarum de constitu. colum. 16. vers.
- 42 v. declaratio, & Papa potest tollere ius quæsitum ex lege sua. Paul. de Cast. conf. 216. incipit quomodo. Felin. in cap. nouit. viij. colum. de iud. facit, quia Papa solet concedere quotidie ius testandi: etiam monachis de rebus, ac fructibus per ecclesiam acquisitis. Stafil. de litteris gratiæ & Iust. colum. 1. potest enim Papa licentiam Testandi religiosi
- 43 concedere arg. l. si quando in principio C. de in off. testa. Socinus conf. 13. vol. 1. Franc. in rubrica de testamentis in vj. colum. I. af. & alij in authentica ingressi sec. col. de sacr. lan. Eccle. C. Baldus in d. l. si quando Barba. in cap. cum in officijs de testa. col. penul. Cacialup. de pensio. quest. 19. in fi. Idem Barba. in tracta. de præstan. Card. prima parte quest. 4. vbi dicit licentiam hanc testandi, a Papa concessam clericis, de redditibus beneficiorum testandi, esse intelligendam ad pios vsus: non alios. Dec. conf. 512. sec. col. vbi dicit hanc opinionem esse communem: & Paulus Tertius in sua constitutione, in materia spoliatorum facta, de qua supra attestatur spolia ab antiquissimo tempore citra, nomine Camera Apostolicæ exacta fuisse, & inter iura ipsius cam. connumerata, & prædecessores Rom. Pontifices, ac ipsum prælibatum Paulum, de spolijs disposuisse donando, transigendo, & alias diuersimode contra-
- Quando,

Quando, ac collectores in varijs prouincijs, & exactores, pro illis colligendis constituisse, & deputasse, ac multas literas sui, ac prædecessorum, super exactione spoliatorum emanatas, in quibus continebatur spolia ad Cameram Apostolicam spectare, & pertinere.

- Per que: cum late constet: quod Papa in casu nostro optime potuerit ista acquisita, ista relicta, ista spolia, & istos fructus, Cameræ Apostolicæ referuare, appropriare, incorporare, & applicare est etiam dicendum quod id voluerit, & expresse mandauerit, vt cum de potestate dixerimus, dicamus de voluntate, quia ista duo perficiunt omnes actus, & si alterum desit, nihil dicitur actum per Bal. in l. omne verbum C. communia de lega. Alexan. conf. 52. num. 27. lib. 4. Nec de Papæ voluntate in hoc est in aliquo dubitandum, tum quia Constitutiones, & leges desuper factæ, id clare dicunt, vt ex illorum inspectione cuilibet constare potest intuenti, tum, etiam: quia in dictis constitutionibus stat clausula motu proprio &c. Quæ de sui natura importat, quod facit principem præsumi velle: per ea quæ notat Bal. in l. omnes in principio C. de quadrien. præscrip. Item facit præsumi rite factum a Papa Card. in Clem. 2. quæst. 4. de off. ordin. Item stant constitutiones si gnatæ, cum clausula ex certa scientia, quæ facit præsumi Principem vel-
 45 le, etiam si deficiat clausula non obstante tali lege, secundum Bald. in l. omnes præallegata. Item facit præsumi, vt absoluta potestate. per glo. in cap. ad hoc in ver. elegerint in fin. de rescrip. Item supplet defectum solemnitatum Rot. decis. 234. Papæ in nonis: Item æquiparatur clausulæ de plenitudine potestatis: per Innocen. in cap. innotuit de electio. Bal. in l. eos in principio C. de appell. Barba. in conf. 103. & clausula ex certa scientia tollit omnes defectus inductos a iure positiuo, & plus operatur, quam clausula Motu proprio, vt per Fel. in cap. causam quæ el ij. in quarta colum. vers. quinto nota. de testibus. Item constitutiones stant cum clausula, de Sedis Apostolicæ potestatis plenitudine, quæ includit defectus solemnitatis Specul. in tit. deleg. §. nunc ostendendum est, vers. & nota quod si clausula. Et ibi Bal. in additionibus vers. clausula supplentes: per Alex. conf. 16. col. penul. vol. v. Deci. conf. 116. col. 2.

Item stant cum clausula non obstan. quæ operatur, quod princeps præsumatur sic velle, vt in rescripto continetur: quæ ommissa faceret præsumi de contrario: per Bar. in d. l. omnes in principio C. de quadrien. præscrip. & in l. Idem Vlpianus. §. sunt & alij. in princip. ff. de excusat. Tuto. per glo. in l. fin. vers. quod si dixit Imperator C. si contra Ius. Item contra Ius commune facit præsumi Principem facere de plenitudine potestatis, & facit valere rescriptum contra testamentum l. si

non

non speciali per Bal. in 2. col. vers. Item dixit Oldra. C. de testam. Item tollit ista clausula ius tertij, & operatur, q. clausula de plenitudine potestatis, & ex certa scientia per Alex. conf. 101. vol. primo 6. col.

Sed ab huiusmodi generali Canonum dispositione, ac particulari extrauagantium constitutione, super spolijs clericorum, vel Prælatorum aditarum per Romanos Pontifices, Iulius sanctæ mem. Papa iij. per suam quam desuper edidit constitutionem, omnes incolas, & Curiales Urbis Romæ exceptauit, ac non comprehendi, nec comprehensos esse declarauit. Et ante eum Sixtus iij. Alex. Sextus Leo x Idq; fuit confirmatū,
 48 & approbatum a Pio iij. per suam quam fecit constitutionem, sub tali rubrica Bulla cōfirmationis, & Innouationis, priuilegiorum incolarum, & curialium Urbis, super libera facultate dispensandi de bonis suis, edita Anno MDLXI. nonis Februarij: per quam Curiales, & incolæ Urbis, sine aliquo timore, & securè viuunt, quia de illorum bonis quomodocumque acquisitis liberè in testamento, aut alia sibi bene visa voluntate, contractu, aut dispositione, possunt pro libito disponere omni tempore, & in euentum etiam quod sine dispositione decedant, ad hæredes ab intestato venientes transmittunt. In qua etiam constitutione Pius, Papa iij. declarat eosdem incolas, & Curiales non ligari nec comprehendi, à constitutione per eum adita, super bonis ex illicita negotiatione, aut alias contra sacros Canones acquisita, cuius tenor ad cautelam erit in calce præsentis tractatus descriptus.

Et ad contraria pri. & sec. loco adducta deuenio: quia non obstant pri. adducta de successore in beneficio: qui succedit in fructibus non re-colectis, non exactis, & pendentibus, ac in acquisitis per defunctum occasione Ecclesiæ, sunt vera, & regulariter procedunt ex dispositione iuris communis, sed cessant in casu nostro in quo sunt factæ constitutiones, & extrauagantes in contrarium, per Romanos Pontifices, iuris antiqui in casu præsentis derogatorie, quia quotidie cernimus oculis, quod Papa beneficium concedit vni, alteri vero spolia defuncti: per cuius obitum beneficium vacauit, & successor gratia beneficij sibi concessi contentus, super iure sibi vt i successori ad spolia competenti, conquiescit, vnde noua Iura debent attendi, in eo maximè in quo corrigunt, limitant, reformant, & tollunt ius antiquum l. idè ff. de legibus.

Nec obstat illud pari modo, quod diximus: quod Papa non præsumitur tollere Ius tertio acquisitum: quia illud procedit: quando esse-mus in dubio de mente, & voluntate Papæ: quocasu semper fit interpretatio vt non ledat: vt non præiudicet: aut lædat, vel præiudicet minus quàm fieri possit, toto titulo: si contra ius: vel vtilitatem publicam

publicam l. digna vox C. delegibus. Sed quando sumus in casu, in quo Papa scribit expressè cum intentione prejudicandi, & ius questum tollendi: prout in casu presenti: tunc est secus per Corn. consi. 81. col. penultima in lib. 4. vbi multa allegat: quia bene id Papa potest: si vult cum simus in beneficialibus: in quibus habet absolutam potestatem vulga. cap. sec. de preben. lib. 6. Cald. consi. 12. Alex. consi. 101. lib. pri. 5. col. quia in beneficialibus tanta est potentia Papæ, quod potest Episcopus pro libito voluntatis de suo Episcopatu ad alium transferre: quia omnia beneficia mundi sunt, manualia, & obediencia respectu Papalis potestatis. dicit Bal. in l. rescripta colum. 2. & sequen. C. de precibus Imperatori offeren. & ideo potest gratiam reuocare post ius alteri questum, vt dicit idem Bal. in l. qui se patris colum. penul. C. vnde liber. Socin. consi. 156. pro fundamento in sec. col. & consi. 164. vifa bulla in vij. col. nec obstat pariter constitutio Iulij, quia, vt diximus ipsemet illam reformando corrigendo, & tollendo declarauit nolle habere locum in locis: vbi adessent spoliatorum, & iurium R. Camerae, collectores, vt per constitutionem illius publicatam sub die octaua Iulij 1551. Anno sui Pontificatus Secundo.


Ad contraria verò sec. loco adducta: quòd fructus inexacti, & spolia relicta per defunctum vadunt ad hæredes suos: non autem ad successorum in beneficio: neque ad Cameram, respondentur, quod id est verum, & procedit in illis casibus: in quibus Clericus facit fructus suos, & quorum dominium acquirit, & in quibus, & quando habet usufructum, veluti diximus in distributionibus quotidianis, in fructibus pensionum, & huiusmodi: in quibus diximus clericum equiparari usufructuario, & acquirere dominium in illis, de quibus habetur in cap. fin. de pignor. in fin. in cap. requisisti de testamen. per Hieronymum Gig. in tracta. de pensio. quæst. 52. & 53. Item de bonis acquisitis ex fructibus simplicis beneficii: de quo per glo. in cap. presenti de off. ordin. in vj. in verbo referuari: quæ dixit Clericum posse libere testari de bonis ex simplici beneficio acquisitis: cuius opinionem tenuit Otien. in cap. fina. de pecul. Cler. ex cap. requisisti in fine de testa. hanc opinionem dicunt esse receptam, & approbatam in practica Anto. & Imol. d. cap. fin. quod verò non sit bona opinio, & quod non sit vera illa glo. videtur esse tex. in cap. Episcopus 14. quæstio. 1. vbi probatur Canonicos, qui simplex habent beneficium, non habere bona Ecclesie, vt propria: sed habere potius ad dispensandum. Item iura quæ prohibent Clericum testari de fructibus beneficii, loquuntur generaliter, & indistinctè, nec obstat text. in cap. requisisti de testamentis, vbi solum probatur: quòd relictum Canonico alicuius Ecclesie

Ecclesie acquiritur Canonico, nec præsumitur ei legatum factum fuisse ex causa Ecclesie, ex quibus non videtur, quod glo. opinio procedat, & ita eam reprobat Abb. in cap. cum esses num. 23. in repetitione, & cap. cum in off. de testa. Idem in cap. sec. de deci. & cap. fin. de pecul. Cler. Archid. in cap. statutum. §. assessorem de rescrip. in vj. Innocen. in cap. indecorum de etat. & qualir. Dom. de S. Gemin. & Franc. in d. cap. presenti colum. 5. Barba. in tractatu de prest. Card. parte 1. quæst. 5. num. 80. Idem Barba. in cap. requisisti num. 34. de testa. Idem in cap. fin. nu. 14. de pecul. cler. Et hanc opinionem dicunt esse veriorum Imol. in d. cap. fin. Beltran. consi. 288. Iaf. consi. 75. vol. 3. Sequitur Didacus Cauaruias in cap. cum in off. de testa. super quo cogita: quia dicit Abb. in cap. fina. præallegat. de pecul. cler. quod illa glo. nunquam sibi placuit, nec est fundata in aliquo Iure, vbi etiam respondet ad iura per eandem adducta, & dicit Cardinalis Zabarella in cap. fina. de pecul. cler. quòd tales distinctiones glo. Iure non probantur. Idè dixi, cogita, quia Gemin. in d. cap. presenti de off. ordin. in vj. dicit quòd Clericus non habens administrationem: sed simpliciter, & personaliter beneficiatus, in vita, & in morte comparatur usufructuario, quantum ad faciendum fructus suos, & de ipsis perceptis testari potest, & ei Ecclesia succedit, quantum ad hos, ab intestato. quam glo. inquit quidam sic intelligunt, quod quilibet habens beneficium simplex testari possit, quod dicunt falsam esse, & contra Capitulum relatum quòd loquitur in Canonico, & consequenter in habenti beneficium simplex, qui tamen vt ibi patet, testari non potest, & hoc inquit fateor. sed glo. recte intellecta est verissima, & id non dixit. Sed ad hoc, quod beneficiatus possit testari, tria requirit, primo quod non habeat administrationem, secundo, quod beneficium sit simplex, tertio, quòd illud obueniatur sibi personaliter tantum, & consequenter tales fructus sint concessione stipendij personalis, quibus concurrentibus potest testari, & aliàs vt ibi per eum. Sed hodie in fructibus, & in acquisitis ex simplici beneficio, testari non valet Prælati, nisi obtento priuilegio Apostolico, seu ex consuetudine loci, legitime præscripta, per breue Pij iij. directum Franc. Odescalco sub Datum Romæ die 6. Martij 1560. anno primo. & per aliud eiusdem Pij directum Matthæo minimali sub die xxx. Iulij eiusdem Anni 1560. Anno primo: sed ego ex quo iura allegata pro glo. distinctionem probare non videntur, adhærerem opinioni Abbatis, & aliorum sequacium, quia magis æqua, & fauorabilis Ecclesie videtur, pro qua in dubio semper est facienda interpretatio ad not. in cap. in præsentia de probatio. Felin. in cap. fin. de iudic. huius opinionis esse videtur Did. Conaru. variarum re-

solatio . cap. xv. vers. prius tamen. Istæ mihi occurrunt dicere ad definitionem vel descriptionem spoliatorum ecclesiasticorum, sed ad quæ constitutiones in hac materia editæ, se non extendant, & quænam sint personæ, quæ illis non comprehendantur, aut ligentur, dico in quæstione de potestate Clerici, & in quæstione de licentia testandi, & de successio. Clerici ab intesta. secula. ubi in multis locis videbis, tam personas particulares, quàm Collegia officialium Rom. cu. 52 & vniuersitates, quæ sint exemptæ, priuilegijs, & concessione Papæ, & debitis, & solutione spoliatorum, quia Romani Pontifices, quæ eorum solet esse erga fideles, & Sedis apostolicæ deuotos liberalitas, seu benignitas, soliti sunt, & solent ab huiusmodi nexibus, & debitorum solutionibus multos, etiam vniuersitates, immo Ciuitates, & regna in totum, vel in partem absoluere, & liberare, prout in præallegatis locis videre est, & meis temporibus vidi motum proprium Iulij Tertij concessionis gratiæ factæ regno Neapolis: per quem mandatur, in regno Neapolitano spolia exigi ab hæredibus prælatorum, & Clericorum defunctorum: si quidem Clerici, vel prælati habuerint in annuis redditibus Ecclesiasticis, computatis etiam distributionibus quotidianis, annuum valorem ducat. centum auri de Camera, Et si spolia, & bona per defunctum relicta, ascenderint ad summam, & valorem ducatorum mille similiarum. declarando, quod qui non habuerint in beneficijs, & bonis prædictam annuum valorem, non comprehendantur, nec comprehensi intelligantur, in constitutionibus super spolijs editis, nec eorum hæredes occasione spoliatorum, per Collectores Cameræ apostolicæ molestari possent, cū expressa addita declaratione, quod in constitutionibus spoliatorum, comprehensi intelligantur omnino Clerici, vel Prælati prædicti modo per triennium continuum, vel interpellatum, habuerint in eorum vita, vltra annuum valorem ducatorum centum similiarum, licet tempore obitus talem redditum non obtinuerint, prout ego sæpe vidi in copijs, & simplicibus scripturis, licet non in authentica, aut forma probante mihi præsentatis, Sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo piscatoris Die x. Augusti anni 1550. Pontifi. sui Anno primo. Et alium similem motum vidi felicitis recordationis Pauli iij. eidem Regno, quo mandatur tantummodo spolia exigi, si Clerici defuncti in redditibus Ecclesiasticis habuerint valorem annuum scutorum quinquaginta auri, & relinquere in bonis tempore obitus, scuta similia ducenta, sub Datum Romæ sub eodem Anulo die xvj. Martij anni 1558. sui Pontificatus anno iij. eodem modo, & forma in causis spoliatorum exhibitum mihi, & præsentatum, quibus gratijs, & concessionibus per obitum prædictorum Pontificum

Pontificum expiratis, vigore breuium Pij iij. cum clausulis derogatorijs signatorum, & expeditorum, meis temporibus spolia indistincte absque præfatis limitationibus exacta, & recollecta indistincte fuerunt semper, & vbique in dicto Regno, dictis concessionibus in aliquo non obstantibus. Et id pari modo fuit generaliter statutum per S. D. Pium PP. V. per suam bullam hoc præfenti anno 1567. 53 mense Septembris editam, per quam declarat, & statuit, quod bona beneficiati relicta, qui in beneficijs, aut in pensionibus non habuerit exceedentem valorem XXX. annuorum. Ducat. auri de Cam. non comprehendantur sub spolijs, nec in eis aliquid nomine spoliatorum prætendi possit. quæ incip. Romani Pontificis, &c. quæ est in calce præfentis laboris descripta.

SYMMARIVM.

- 1  *Lericum negotiatorem, veluti pestem fuge.*
- 2 *Clericus Mercator Deo placere non potest.*
- 3 *Clericis est consilium exercere manualia.*
- 4 *Clericis agricultura permessa,*
- 5 *Clericus artificulo, & agricultura sibi victum paret.*
- 6 *Quæ venatio sit permessa, & interdicta Clericis.*
- 7 *In Scripturis sanctis piscatores inueniuntur sancti, non venatores.*
- 8 *Artificia sunt licita Clericis pro sui sustentatione.*
- 9 *Clericus potest incumbere artificijs, dummodo non se subtrahat a diuinis.*
- 10 *Quando liceat Monachis conducere terras, & habere ad firmam,*
- 11 *Ratio quare Clerici seculares possunt necessitate instante habere res conductas, eorum nomine, monachi vero non.*
- 12 *Licet Clerici non possint conducere, possunt tamen in conductis, in qua succedunt remanere.*
- 13 *Clerici possunt conducere possessiones recolendas ad sui sustentationem.*
- 14 *Clericus potest locare animalia, & emere eadem, ad depascendum pascula: quæ ipse habet, ad sui sustentationem.*
- 15 *Clericus potest emere aquum pullum nutriendum, & rem, vt melioratam vendat carius.*
- 16 *In casu necessitatis est licitum Clerico negotiari.*
- 17 *Clerico iniusta tantum negotia sunt interdicta.*
- 18 *Ratio quare non liceat Episcopis, aduocare.*
- 19 *Sacerdotes in multis casibus licite aduocant.*
- 20 *Quæ sint personæ miserabiles.*
- 21 *Clerici seculares de consuetudine Eccle. possunt exigere pro patrocinijs.*

- 22 Hodie sacerdotes per contrariam consuetudinem possunt petere salariū.
 23 Clericus habens beneficia ad sui sustentationem, prohibetur aduocare: se-
 cus si non habeat.
 24 Clerici in minoribus; si non habent beneficia ad victum, indistincte aduo-
 care possunt.
 25 Clerici in minoribus possunt aduocare: ne dum ad sui sustentationem: sed
 & ad lucrandum.
 26 Clericus de acquisitis ex aduocatione disponit, vt de patrimonialibus.
 27 Quæ concurrere habeant, vt Religiosus, vel monachus aduocare possit.
 28 Clericus potest esse Iudex, etiam in causa criminali, licet generalis officia
 lis esse non potest.
 29 Tabellionatus officium vile.
 30 Clericus: siue in minoribus: siue in sacris constitutus; si non habet benefi-
 cia ad sufficientiam, potest esse Tabellio.
 31 Clericus habet cauere a negociatione de qua in cap. fin. de vsu.
 32 Clericus negociator pestis.
 33 Dominus eiecit mercatores de templo.
 34 Clerici est interdicta negociatio sub anathemate.
 35 Clericus tertio monitus, vt a negocijs abstineat, perdit priuilegium Cleri-
 cale, quoad bona, si non desistat.
 36 Differentia inter negociationem, & artificium.
 37 Quid sit artificium.
 38 Quid sit proprie negociatio.
 39 Licet Clericus possit facere artificium, tamen non potest, si Ecclesia ei suffi-
 cit ad victum.
 40 Quid sit mercator.
 41 Clerici non indigentes, non possunt exercere etiam honestas negociationes.
 42 Vide, quæ honestæ, & inhonestæ negociationes.
 43 Negocia causa lucri, vel cupiditatis, sūt Interdicta monachis, & Clericis.
 44 Religiosus non habet neque velle, neque nolle
 45 Negociatio, quæ non sit lucri causa, non est prohibita.
 46 In casu necessitatis, est licitum negociari.
 47 Clericus potest vendi facere vinum in domo, dummodo ipsemet non exer-
 ceat Tabernam, aut vendat vinum, sed alter.
 47 Clericus potest emere victualia pro abundantia tempore famis, pro se, &
 alijs.
 49 Emens pro suo vsu, potest vendere propter aliquam necessitatem, pro ma-
 iori pretio.
 50 Quicquid plus iusto pretio appetit homo, turpe lucrum est.
 51 Quibus modis negociatio licita sit illicita.

52 Negocium

- 52 Negocium sæculare non potest diffiniri, quia multiplex.
 53 Peccatum tale est: qualis est finis; per quem fit.
 54 Negocians, intendens principaliter ad lucrum, eijcitur de templo paradisi.
 55 Vide multas circumstantias quæ faciunt negociationem illicitam.
 56 Vide casus, quibus licet vendere carius.
 57 Quatuor requisita ad validitatem contractus emptionis:
 58 Persona, quibus creditur: quod leuitate: notius quā liberalitate vendant.
 59 Negocia sæcularia, prouenientia ex carnis concupiscentia, sunt prohibita:
 60 Clericis in minoribus, non beneficiatis, non prohibentur negocia licita.
 61 Clerici in minoribus possunt redire ad sæculū, & apostasiam non faciunt.
 62 Clericus in minoribus habens beneficium, est apostata, si dimittat habi-
 tum & tonsuram.
 63 Bulla Pij III. super illicitis negociationibus comprehendit Clericos, etiā
 in minoribus.
 64 Quilibet præsumitur negociari causa cupiditatis, non causa necessitatis.
 65 Vita hominis est prona ad malum.
 66 Pœna Clerici negociatoris.
 67 Omne peccatum; quod est contra præceptum legis naturalis, & diuinæ
 mortale est.
 68 Non est curandum de verbis: quia accomodanda materia.
 69 Nullus nisi pro peccato mortali excommunicatur.
 70 An, & quando contrafaciens legi, incurrat peccatum mortale.
 71 Cum mortali peccato, nemo introibit in gloriam Dei.
 72 Clerici eo ipso quod contrahunt matrimonium, sunt privati priuilegio Cle-
 ricis circa bona concessio.
 73 Clerici ordinati sine beneficio, possunt agere contra promouentem pro vi-
 ctu.
 74 Clericus negocians monitus, non cessans, spoliatur clericatu, & beneficio,
 & traditur curiæ sæculari.
 75 Peccatum mortale notorium inducit suspensionem, vt quis non exerceat
 officium suum.
 76 Paria iudicantur non fieri, & non recte fieri.
 77 Occultus peccator non tenetur restituere fructus medijs temporis.
 78 Male acquisita prudenter facimus si in eleemosynam damus.
 79 Acquisita ex illicita negociatione tenemur i pauperes, & pios vs^o erogare
 80 Nihil tam naturale, quam rem acquirere, de voluntate domini tradentis.
 81 Licet clericus, non residens priuetur beneficio, non tamen tenetur restituere
 fructus.
 82 Verbum, aliàs, est aduerbium qualitatis, & ibi videt, quod habet plura
 significata.

83 Contra

- 83 *Contra illud, quod lex iubet, aut prohibet, nihil est faciendum.*
 84 *Canon multipliciter sumitur.*
 85 *Bulla Pij iij. in presenti materia edita, est iuris antiqui declaratiua.*
 86 *Negotiationes sunt interdictæ clericis omni iure.*
 87 *Illicite acquisitum dicitur tripliciter.*
 88 *Datum ex causa Simonie non restituitur danti, sed in eleemosynam erogari potest.*
 89 *Mulier acquisitum ex meretricio, retinere potest.*
 90 *In quibus casibus tenetur ludo lucrans restituere.*
 91 *Tractus ad ludum lucrans, non tenetur restituere lucrum.*
 92 *Vide remissine, quomodo, & quando illicite acquisitum restituatur.*
 93 *Bulla non comprehendit acquisita: quæ sunt parti restituenda.*
 94 *Verba rescipit sunt potius impropianda, quàm intelligenda in præiudicium tertij.*
 95 *In rescipit Papæ semper intelligitur apposita clausula, dummodo non sit alteri Ius quæsitum.*
 96 *Lex debet conuenire tempori.*
 97 *Fiscus, saccus male ablatorum.*
 98 *Turpia, & illicita lucra fiscus aufert.*
 99 *Bulla auferens male acquisita clericis, eos punit in eo: in quo delinquent.*
 100 *Verba Bullæ, viamq; contra sacros canones, sunt sublata per aliam bullam Pij quarti.*
 101 *Intentio papæ non præsumitur de eo: quod verba non important.*
 102 *Papæ, & Imperator non potest disponere: quod stetur dicto vnus Testis in præiudicium tertij.*
 103 *Constitutio contra ius naturale non seruat.*
 104 *Vide casus, in quibus illicite acquisitorum, sit restitutio.*
 105 *Illicite acquisita restituenda, non comprehenduntur in bulla.*
 106 *Bulla comprehendit clericos cuiusuis ordinis.*
 107 *Vide quod veniat appellatione clericorum,*
 108 *Bulla est male vitæ correctiua, & excitatiua virtutis.*
 109 *Bulla comprehendit acquisita cuiusuis temporis.*
 110 *Bulla impedit clericum testari de illicite acquisitis.*
 111 *Licentia testandi a Sede Apostolica obtenta, habet clausulam de licite acquisitis.*
 112 *Quod illicite acquisita spectent ad Cameræ, id declarat Bulla Pauli iij.*
 113 *Bulla Pij iij. qua eximit curiales, Cardinales, Prælatos, & officiales, & habentes facultatem testandi a generalitate bullæ editæ super illicitis negotiationibus.*


Quæ

31
 QVÆ NEGOTIA SINT PERMISSA,
 aut etiam interdicta Clericis.

QVÆSTIO. II.



ANCTISSIMVS D. D. Pius diuina prouidentia Papa Quartus, curam habens gregis dominici sibi commissi, & præsertim clericorum, & Ecclesiasticarum personarum, quæ uti personæ ad aliorum regimen, & gubernium deputatæ, magis quàm alij, à scâdalis cauere, & à peccatis, & delictis magis abstinerere debent: quia religiosi, qui nomen sanctitatis habent, peruersè agendo, plus nocent in Ecclesia Dei, quàm alij, 85. dist. nemo, & clerici deprehensi in aliquo crimine, plus peccant, quàm laici, per Archid. cap. Arianus. 1. quæst. 1. nu. 33. qualitas enim personæ auget atrocitatem delicti. Arbitrans esse valde malum, ac scâdolosum, quod clerici causa acquirendi, vel lucrandi, sese implicarent mercaturis, mercimonijs, ac sæcularibus negocijs, de quibus scriptum est, nunquàm de manu tua, vel oculis tuis liber psalterij discedat, dicatur ad verbum oratio tua sine intermissione &c. cap. nunquàm de consec. dist. v. & vita clericorum debet versari circa vitam contemplatiuam, non autem de rebus mundanis habere curam, nisi quatenus sunt necessaria ad corporalem vitam 1. quæst. iij. si quis obiecerit. quia dicit tex. in cap. negociatorem. 88. dist. negociatorem clericum, & ex inopediuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge, quia teste Cicerone officium mercatoris non est officium apti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non boni viri. Sed verituti, obscuri, astuti, fallacis, & callidi, & ut ait Augustinus, nullus mercator sine fraude ditescit, & lucrum habere non poterit: nisi fraudem fecerit. Et Carthaginenses Mercatoribus distincta statuerunt diuersoria, nec ea illis cum ciuibus volebant esse communia, nec aspectus quidem, concedebatur eis ad secretiora vrbis loca. Græcia autem nequaquam eos intra vrbes recipiebant. Plato vituperat Mercatores: qui optimos coinquent mores, apud plerasque respub. antiquas lex erat, ne quis mercator Magistratum gereret, nec in senatum, nec in consilium admitteretur. Et ait Crystostomus clericus Mercator Deo placere non potest. Aug. quoque ait Mercatores, pariter ac milites, veram pænitentiam agere non posse. Quòd tamen est intelligendum, quandiu hanc artem iniuste voluerint exercere, quia legitime & canonicè mercaturam facere, non est interdictum, idque eo est deterius



nus in clerico: de quo scribit Apostolus, nemo militans Deo impli-
cat se negotijs secularibus, id est temporalibus, & mundanis, quan-
tuncunque illa laicis liceant, per Abb. in rub. ne cler. vel monac. ra-
rus inquam prelibatus, sanctissimus, malum esse, & scandalosum, per
sonas Ecclesiasticas, quæ alijs exemplum probitatis, & religionis, &
sanctitatis præbere habent, in hoc vitium prolabi, Simulque ad offi-
cium suum spectare: qui gregis, & pactorum curam habet, vniuersali
malo huic prouidere Sanctissimam super hoc sub Datum Romæ No-
nis mensis Nouemb. anni 1560. Anno sui pontifi. 1. Constitutionem
edidit, qua decreuit, & declarauit quæcunq. acquisita per Clericos,
& personas Ecclesiasticas, ex illicita negotiatione, vel alijs contra for-
mam sacrorum Canonum, esse, & intelligi debere spolia, & vti spolia
Reu. Cameræ apostolicæ applicanda, & incorporanda, ac applicari,
& incorporari recolligi, & percipi debere, accommodatum profecto
morbi, & mali qualitati medicamen, & remedium, quia abstinerebunt
omnino a negotiaturis causa lucri, vel acquisitionis clerici: quando
sciant, quod illa quæ suo labore in huiusmodi, & industria parauerint,
post obitum non ad commodum, & beneficium suorum consanguini-
neorum, & hæredum, pro quibus libenter laborant, sed in Cameræ
apostolicæ beneficium, & vtilitatem cedent, & erunt profutura alijs,
potius quam suis, cuius constitutionis tenor subsequitur in hunc mo-
dum videlicet Pius &c,

Bulla Sanctissimi D. N. D. PII diuina prouidentia Papæ iiii
super declaratione Spoliorum.

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei Ad perpetuam Rei memoriam:



DE CENS Esse censentes, & æquum, vt nos, qui a-
lios in sua iustitia confouemus, Cameræ apostolicæ
iura non negligamus, quinimo, ne prætextu incer-
titudinis, illa ab aliquibus vsurpari, aut super eis,
dubia aliqua oriri contingat, ita nostræ declarationis
remedium prouideamus, quod a nemine desuper du-
bium aliquod deduci possit. Cum itaque, sicut accepimus, a non-
nullis vertatur in dubium, an res, & bona, per clericos, etiam in sa-
cris ordinibus constitutos, ex negotiatione illicita, aut alijs contra
factos canones acquisita, vti spolia, vel alijs ad Cameram præfatam
iure legitimo spectare, & pertinere debeant. Nos omnem desu-
per hæsitatiõni materiam submouere, ac cauillationibus, & alterca-
tionibus

tionibus, ac litibus viam præcludere, & denique malitijs eorum, qui
iura dicta Cameræ vsurpare fatagunt, obuiare, aliasque in præmissis
opportune prouidere volentes: Motu proprio, & ex certa nostra scien-
tia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, decernimus, & declara-
mus, omnia, & singula, res, & bona, cuiuscunque qualitatis, & quanti-
tatis existentia, ac in quibusuis rebus, & Regnis, ac dominijs, tam ci-
tra, quam ultra Montes, & Maria consistentia, per quosuis Clericos,
tam sæculares, quam quorumuis, etiam mendicantium ordinum, ac
militiarum regulares, etiam in sacris ordinibus constitutos, cuiuscun-
que status, ordinis, & conditionis fuerint, ac Archiepiscopali, Epi-
scopali, vel alia maiori dignitate, præfulgeant, ex negotiatione illicita,
aut alias contra sacros Canones, quomodolibet acquisita, quæ pro tem-
pore post obitum eorum, qui etiam ex facultate, quam habuerint te-
standi, condito testamento, vbiuis locorum decesserint, & decedent,
aut quibus illos, etiam eis viuentibus, priuari, & eis destitui, contin-
gerit, & præsertim quondam Andreæ Iapiro de Sancto Ioanne Rotun-
do presbyteri, seu religiosi, extra Romanam Curiam, ad illam forsân
veniendo defuncti, hætenus, remanserunt, remanent, & remanebunt,
ad eandem Cameram, & non alios, etiam in quibusuis Cathedralibus,
etiam Metropolitan. & Collegiatis, ac alijs Ecclesijs, Monasterijs, Ho-
spitalibus, militijs, ceterisque beneficijs ecclesiasticis, cum cura, & sine
cura Sæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque
qualificatis, successores illa in titulum, commendam, administratio-
nem, commissionem, ac alias quomodolibet pro tempore obtinentes,
etiam si ad illa, vigore prioris tituli, ius regrediendi, seu accedendi, &
ingrediendi, aliquibus concessum fuerit, spectasse, & spectare, ac sub
nomine Spoliorum venire, illaque, vti spolia ad Cameram ipsam per-
tinentia, perpetuo colligi, & recuperari potuisse, & posse, ac debere,
& ita per quoscunque Iudices quauis auctoritate fulgentes, in quacun-
que instantia, sublata eis quauis, aliter iudicandi & interpretandi, fa-
cultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum
& inane quicquid secus, super his a quoquam, quauis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contingerit attemptari. Mandantes dilecto filio
nostro Guidoni Ascanio, Sanctæ mariæ in via lata, Diacono Cardina-
li, de Sancta Flora nuncupato Camerario nostro, & eius in Camera-
riatus officio successoribus, Quatenus spolia ipsa, prout alia ipsius
Cameræ iura, exigi, & recuperari, ac præsentibus inuiolabiliter obser-
uari faciat, nec permittat Cameram ipsam, vel pro eo, eam Agentes, de
super, modo aliquo, molestari, perturbari, aut inquietari. Contra-
dictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & penas ecclesiasticas,
D appellatio-

appellatione postposita compescendo. Necnon legitimis, super his, habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggrauando. Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fel. record. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: nec non ecclesiasticarum, monasteriorum, ordinum, militiarum, & beneficiorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, & dilectis filijs illorum capitulis, conuentibus, superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu, & scientia similibus, concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut, si aliquibus, communiter, vel diuifim, ab Apostolica sit sede indultum. quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostri decreti, declarationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo. Non. Nouembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

Vnde pro intelligentia materiæ, iudicauit facere ad propositum, aliqua in medium adducere, per quæ apparere posset, circa quæ licitè clericis, & personæ ecclesiasticæ sese possent exercere, & à quibus abstinere, sicque de negotijs permissis eis, & interdictis eisdem quæstionem facere, circa quod per contraria procedendo dico nulla, vel pauca esse negotia, quæ sint clericis, vel personis Ecclesiasticis interdicta, immo videri ea esse concessa clericis: quæ laici facere possunt.

Nam

Nam primo videtur, quod personis Ecclesiasticis sit licitum quæcunque negocia, & artificia etiam manualia facere, etiam quæ personis vilissimis liceant, ac manibus proprijs operari, imò non solum videtur eis licitum, vel permissum, sed præceptum ac præcepto iniunctum per text. in cap. nunquam de consec. distinct. 5. ibi enim legitur facito aliquid operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum, exemplo Apostolorum, qui manib. laborabant, & victum manu quærebant. Fiscellam 3 texe iunco, vel canistrum lentis plecte viminibus, seratur humus, areole æquo limire diuidantur, in quibus cum olerum iactata fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ. Sic pulcher- rimorum versuum spectator affitas, Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet, scatebris- que arentia temperat arua. inserantur fructuosi arbores, vel gemmis, vel surculis, vt paruo post tempore, laboris tui dulcia poma decerpas. apum fabrica aluearia, ad quas te mittunt Salomonis proueria, dicentis, vade ad apem, & discce: quo modo operatrix sit, & castum opus faciat, texantur & lina capiendis piscibus. Scribantur, & libri, vt & manus operetur cibum, & anima saturetur lectione, & ibi dicit glo. quod in Aegypto nõ recipitur Monachus in monasterium: nisi in aliquo opere sit peritus.

Et operari manibus est in præcepto clericis, & religiosis, primæ ad Thessalonicens. operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & Aug. lib. de operibus Monachorum, cæterum quis ferat homines contumaces, Id est religiosos, non operantes, de quibus ibi loquitur saluberrimis Apostoli monitis resistentes, non sicut Infirmiores tolerari, Sed sicut fortiores prædicare. Et Apostolus 3. ad Thessalo. si quis nõ vult operari, nec manducet, & Infra vult seruos Dei corporaliter operari, vnde viuant, & dicit Aug. præalleg. loco quid agant: qui operari corporaliter nolunt, scire desidero, orationibus inquit vacamus, & psalmis, & lectionibus, & verbo Dei, & dicit glo. Luc. 12. super illud, veditate quæ possidetis: non tantum cibos vestros communicate pauperibus: sed etiam vendite, quæ possidetis, non tantum cibos vestros communicate pauperibus: sed etiam vendite possessiones vestras, vt omnibus vestris simul pro domino spretis, postea labore manuum operemini, vnde viuatis, vel eleemosynam faciatis. & ad Corint. 4. Laboramus operantes manibus nostris, Ergo videtur, quod ne dum sit licitum, & permissum clericis, & Religiosis manibus operari. Sed & quod eis sit in præcepto commissum. Et est text. in cap. clericus el primo & il secundo 91. distin. ibi legitur Clericus victum, & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura absque officij sui duntaxat detrimento parer. Clericus quilibet verbo Dei erudi-

tus artificiolo victum quærat. Item omnes clerici, qui ad operandum valedidi sunt artificiola, & literas discant &c. est glo. in cap. ad reatum 81. dist. vbi sanctimoniales otiosè esse non debent, & debent facere calatos &c. sequitur glo. in cap. qui venatoribus lo primo 86. dist. quæ dicit, quòd venatio oppressiua, & venatio arenosa est illicita. Item venatio saluosa quæ fit in syluis, non est licita clerico, etiam, si pauper sit secundum quosdam vt 34. distin. quorundam: quia, inquit, potest aliàs victum quærere. 91. dist. clericus: nam inquit faciat cistas, calatos, & retia de conse. di. 5. nunquam: ponere autem laqueum, vel retem sine strepitu, & clamore, & canibus licet etiam clericis, cum liceat Monachis etiã texere linum pro capiendis piscibus, quia dicit tex. & ibi gl. in cap. Esau. ea. distinc. quod in sanctis scripturis inuenimus piscatores sanctos, venatores non, & dicit glo. in cap. Canonum 14. q. 4. quod clerici possunt emere, rudem materiam, corium, & cartas, & inde facere sotulares, & libros, & huiusmodi vt sic lucrentur victum, quod eis est licitum, allegat tex. in cap. primo 21. q. 1. & 91. dist. quia artificia sunt licita clericis pro sui sustentatione, & legitur in cap. presbyter. 91. distin. quòd presbyter peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit ad opus rurale exeat ieiunus, vt iterum necessitatibus peregrinorum, & infirmorum succurrere possit.

Fac. quòd dicit Abb. in capitulo clerici officia. de vit. & honest. cler. vbi dicit: quòd clericus potest necessaria sibi ad victum quærere ex honesto artificiolo fac. text. capitulo primo de celebratione missarum, & hoc verum per glo. in summa 91. distin. dummodo per hoc clericus, aut sacerdos non se subtrahat a diuinis officijs, & dicit eleganter glo. in cap. fina. 86. distin. quod monachi non reprobantur conducere, & habere terras ad firmam cap. dilecti extra de decimis. Sed id eis licitum, quando eis sua non sufficiunt, vt leg. & not. cap. sec. ne cler. vel 10 monach. & 21. quæst. 3. placuit, vel cum ipsimet excolunt non vt inde plus lucrentur, sed vt de fructibus viuant, & dicit Abb. in cap. cum secundum ne cler. vel mon. quod clerici sæculares, possunt suo nomine necessitate instante, res conductas habere, Monachi verò nomine proprio non possunt, & est ratio, quia clerici sæculares possunt habere propria, Monachi verò non, nomine vero Monasterij, possunt habere pro eorum necessitatibus, sicut clerici, vt in glo. & probatur cap. dilecti de decimis, cum similibus, subdens paulò post idem: quod clerico possunt locari omnes obuentiones Ecclesiæ, vbi etiam assignat rationem, quare eadem locatio non possit pari modo fieri laico, dicit enim, laico autem non potest huiusmodi locatio fieri ratione spiritualium obuentionum, ne Ecclesia subijciatur regimini, vel dispositioni laicorum, instante

stante tamen magna necessitate posset fieri talis, vel consimilis concessio laico, non tamen, vt ipsam regat Ecclesiam, sed vt per alium eam faciat gubernari.

Et dicit glo. in cap. primo ne cler. vel mon. in verbo conductores, quod licet clerici non possint conducere: tamen si succedunt conductori in re conducta, possunt remanere in conductione, & conductam exercere vsque ad præfinitum tempus, arg. l. de Curia. ff. de decur. vbi text. not. quod si decurio, qui conducere prohibebatur quædam Iure successit in conductione, remanet in ea: quod etiam est in omnibus similibus feruandum, quòd est bene notandum ad similia bon. text. in l. 2. vers. sed. si iure. ff. de Fal. conductione enim prædiorum prohibetur clericis propter cupiditatem.

Et dicit Siluester in sua summa in verbo clericus 3. nu. 2. quod Clericus post recipere possessiones excolendas ad quartam: vel quintam partem, & huiusmodi, seu ipsas conducere ad sustentationem sui, & suorum arg. d. c. peruenit vbi hoc idem sentit glo. in verbo auaritiæ causa & in cap. clericus 91. dist. & satis concordat Hostien. & Abb. in cap. secundum ne Cler. vel Monach. potest etiam clericus locare animalia, vt oves, & boves, scilicet si habet ex decimis: vel successione: aut alias sibi data, aut si 14 habes pascua multa, emit eadem animalia, vt illa depalcerent ad sustentationem sui, & suorum, & pauperum, non autem sit emit, vt traderet ad incrementum, vel aliud ageret in fraudem negotiationis secundum glo. Ray. & sum. const.

Imò potest etiam emere rem clericus: vt eam melioratam, vendat carius, puta equum pullum nutriendum, vel tabulam vt imaginem faciat, quia 15 in talibus non est negotiatio, sed artificium not. 14. q. 4. Canonum. cap. nunquam de consec. dist. 5. & de his summa const. lib. 2. tit. vij. q. 41. & tit. 8. q. 2.

Et dicit notabiliter glo. in summa 14. quæst. 3. quod clericis in casu necessitatis est permittum negociari, vt extra ne. cler. vel monach. cap. primo. licitum tamen est clericis emere aliquam rem, & rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, si eis sua non sufficiunt, vt 91. dist. cler. victum & 21. q. 1. cap. primo, & tunc non acquiritur lucrum eis ex negotiatione, sed ex artificio, talia enim lucra licita erant Apostolis 21. q. 1. cap. primo.

Et dicit tex. in cap. primo ne cler. vel Monach. quod clericis tantum iniusta non iusta negotia sunt interdicta, ibi enim habetur, nec tamen est iustum negotium eis interdictum, propter necessitates diuersas: quia legimus sanctos Apostolos negotiatos fuisse, & in regula beati Benedicti præcipitur prouideri per quorum manus negotia Monasterij

proca-

procurentur.

Et licet Episcopi, & alij superiores non possint aduocare, & in causis pro alijs aduocationem exercere, neque coram Ecclesiastico, neque coram seculari Iudice 1. quæst. 1. te quidem 88. distin. perlatum ca. Episcopus el primo 14. quæst. 5. denique. 2. 1. q. 3. per totum, & ratio potest esse, ne persona Episcopi vilis reddatur coram alijs, d. cap. perlatum, & ne verbum Dei, ad quod Episcopus tenetur, impediatur, & quia aduocatus proponit stando l. quisquis C. de postulando, & id esset parum conueniens Episcopo, tamen sacerdotes in multis casibus licite, & iure non repugnante aduocant: in causis pro se ipsis, pro sua Ecclesia, pro personis sibi coniunctis, quando non possunt habere alium Aduocatum, vel non æque bonum cap. si. de postulando cap. sacerdotibus 15. quæst. 2. cap. vnico. glo. 14. quæst. 5. in cap. denique. Innocen. in cap. primo de postulando: & personæ coniunctæ, pro quibus possunt aduocare, intelliguntur vsque ad quartum gradum, authentica licentia. C. de Episcopis & cler. l. petitionem C. de Aduoca. diuer. Iud. & dicit Abb. in d. cap. fin. 2. col. de postulan. quod pro stricte coniunctis, & miserabilibus personis poterit clericus contra Ecclesiam, à qua habuit beneficium aduocare, quia magis tenetur quis adiuuare coniunctum: quam eum, à quo habuit beneficium.

Item potest aduocare sacerdos, etiam pro personis miserabilibus, intelligendo miserabiles personas, omnes illas, quæ per se proprias causas non possunt ministrare, vel Ecclesiastico auxilio indigentes 86. dist. cap. fin. in fin. & 87. dist. defensionis & C. quando Imper. inter pu. & vi. per totum.

Et non sufficit, quod miserabilitas sit in habitu, sed est opus quod sit in actu, per text. cap. primo de postulan. qui permittit non indistincte pro miserabilibus personis, sed pro illis, qui causam administrare non possunt: vt quia sunt viduæ pauperes, orphani, & pupilli, ad quorum defensionem Ecclesia tenetur. 87. distinctio. per totum. per Abb. in cap. primo & cap. significantibus de offi. deleg. Diaconi vero, etiam in iudicio seculari possunt aduocare pro causa sua, vel Ecclesiæ suæ, vel miserabilium personarum. d. cap. primo de postulan. per Speculatorem in titu. de aduo. vbi allegat d. capitulum primum vnde apparet, quod in omni casu possunt aduocare, in quo possunt Sacerdotes coram mero Iudice Ecclesiastico, quod videtur eis indistincte permisum, per Innocen. in d. cap. primo de postulan. vbi dicit in sacris autem ordinibus constituti: & beneficiati non prohibentur coram Ecclesiastico Iudice litigare, nihil tamen quærent pro salario. Sed oblatum 21 sponste recipient 15. quæst. 2. cap. vnico; vbi glo. dicit q. seculares clerici

rici de consuetudine Ecclesiæ pro impensis patrocinijs, munera exigere possunt. Fac. quia nemo militat stipendijs suis. cap. cum ex officij de præscrip. facit cap. dilectus de Simonia, & cap. non licet. xi. quæst. iij. vbi habetur quod aduocatus potest vendere suum iustum patrociniuum: pro quo vide glo. in summa xv. quæst. ij. in verbo impensis, quæ dicit post multa in materia, quod Episcopi, & sacerdotes non debent indifferenter aduocare, ne vilescat dignitas ipsorum. 88. dist. perlatum & 14. quæst. v. denique: sed coram Ecclesiastico Iudice, licite possunt omnes aduocare. sed non possunt petere salarium: si sunt in sacris ordinibus constituti, vt infra eodem cap. primo: derogatum tamen est huic Canoni per contrariam consuetudinem, nemo enim cogitur de suo facere beneficium. x. quæst. ij. precarie. Item dignum est, eum recipere emolumentum qui præstat obsequium cap. caritatem. 12. quæst. 2. Item nemo cogitur stipendijs suis militare d. cap. dilectus de Simonia, cum sit in parte decisa, imo est expressum extra de præscrip. cum ex officijs, religiosi verò, & Monachi, vel regulares, non nisi pro sua Ecclesia debent aduocare, & superiore suo præcipiente. 16. quæst. 1. monachi. Ioan. quod dicit de sacerdote hodie corrigitur extra de postulan. cap. vltimo. Et quia dicimus, quod coram seculari Iudice possunt aduocare pro causa Ecclesiæ, & Ecclesiastica, est sciendum: quod res, & causa Ecclesiastica, potest dici altero de tribus modis, aut ratione personæ, vt quia persona ecclesiastica sequendo forum rei litigat coram seculari, aut ratione delicti, vt quia pro sacrilegio Ecclesia voluit conuenire laicum coram Iudice seculari, id quod potest cap. cum sit generale de foro compet. aut ratione rei de qua agitur: vt quia res est Ecclesiæ per Abb. in cap. primo. de postulan.

Et dicit Abb. in d. cap. primo de postulan. quod clericus potest esse Aduocatus in iudicio seculari pro persona Ecclesiastica ibi litigante de delicto, seu de rebus Ecclesiasticis, vbi ergo litigantes negocia secularia sunt, debet existens in sacris tunc omnino abstinere: nisi in casibus ibi exceptis, & hoc procedit, si constitutus in sacris habet beneficia, ex quibus possit sustentari, si non habet, licet glo. dicat: quod non potest aduocare, sed habet agere contra Episcopum qui eum promouit, vt sibi prouideat: dicit Hostien. & melius, quod si iste clericus de facto egeret, quod sibi licet ex tali aduocatione victum quærere arg. cap. clericus victum 91. dist. Et si dicas quomodo potest egere, cum teneatur Episcopus ei prouidere: respondetur, quod forte hoc ab Episcopo obtinere non potest, vel propter impotentiam, vel propter indigentiam Episcopi vel aliam causam, nam si propter indigentiam clericus licite exercet opus rurale cap. primo de celebr. missar.

missar. Et licite emit materiam aliquam rudem, vt illam redigat in formam arg. eorum, quæ notat. glo. in cap. Canonum 14. quæst. 4. quæ glo. dicit quod potest emere corium, & inde facere scolares. fortius debet sibi licere, aduocationis officium exexcere: cum magis conueniat dignitati: & aduocati dicuntur defendere Rempublicam, sicut milites armata militiæ l. aduocat. C. de aduoc. diuers. Iud. faciunt verba Abb. in cap. conquerente extra de cleri. non residen. vers. sed quero quare, vbi dicit: quod imputandum est sibi, si clericus acceptauit beneficium: tunc subdens, quærat ergo sibi victum aliqua industria 91. dist. clericus victum.

In minoribus vero constituti: si sunt beneficiati, non possunt aduocare nisi sunt coram Ecclesiastico Iudice, quod limita. secundum Abb. & Hostien. quando habent beneficium sufficiens ad eorum sustentationem, quia si non habent, possunt per aduocationem acquirere sibi, etiam si sunt Diaconi, vel Subdiaconi. Si vero non sint beneficiati possunt indistinctè, tam coram Ecclesiastico, quam seculari in causa ciuili aduocare. vt per Abb. d. cap. primo de postulan. vbi dicit si clericus est in minoribus: & habet beneficia sufficientia idem dicendum, quod de constituto in sacris, quia isti æquiparantur: vt in tex. aut non habet stipendia sufficientia, & potest licite in vtroque foro aduocare. & dicit Abb. in cap. sicut te. ne cler. vel Monac. num. 4. quod clericus in minoribus, non perdit clericatum suscipiendo aduocationis, uel procuratoris officium, & non solum videtur clericus licitum aduocare, & procurare ad sui, suorumque sustentationem: sed etiam ad lucrandum: per ea quæ dicunt Abb. & alij in cap. ut unus de pecul. Cler. ubi ad acquisita per clericum habetur consideratio ad lucra: quæ facere potuit ex doctrina: puta cum clericus esset doctor. & ex doctrina multum lucraretur, in legendo, aduocando, & iudicando. Vbi de taliter acquisitis clericus dispicit: vt patrimonialibus vt per eisdem ibidem; faciunt quæ diximus in hac materia in questione ex quibus præsumatur clericus acquisisse, & dicit Abb. in cap. sacerdotibus ne cler. vel monac. quod clericus potest, & procurare negotia laicorum, si redudant in vtilitatem Ecclesiæ: & si clericus negotia laicorum exercet, valet iudicium: si non excipiat, per eundem ibi num. iij.

causis vero criminalibus, nullo modo possunt clerici aduocare coram Iudice seculari cap. sententiam ne cler. vel monac. 23. q. 8. his acquisitis si dist. aliquantos, quidam tamen dicunt eos posse pro reis postulare, & appellare; & appellationem prosequi. arg. 23. qua st. v. cap. in eos. sed est tutius in totum abstinere quia dicit in d. cap. primo de postulan.

postulan. quod in causis criminalibus, vbi venit imponenda poena sanguinis, debet clericus omnino abstinere, vt in d. cap. sententiam, & not. in cap. primo si dist.

Et hoc indubitanter, cum vult esse aduocatus ex parte actoris: quia non posset petere reum puniri sine metu ac periculo irregularitatis, ex quo agit ad poenam sanguinis quia præstaret auxilium cap. si quis viduam. 30. distinct. Sed dubium est: nunquid possit esse aduocatus ex parte rei, & videtur primo quod sic, quia etiam Ecclesia defendit reos, & pro eis supplicat, ne mortis poenam patiantur, vel membri abscissionem, vt cap. nouimus de verb. signifi. In contrarium facit, quia forte propter imperitiam suam accusatus posset succumbere, vel propter astutiam, seu malitiam posset reus iniuste absolui, & sic condemnaretur actor ad poenam Talionis. vnde quia lingua est nimis facilis &c. l. famosi ff. ad l. Iul. maiestat. tutius est vt clericus abstineat, etiam pro parte rei &c. & alias vt ibi per eum. Religiosus etiam potest aduocare: & procurare duobus concurrentibus, videlicet si vtilitas monasterij exposcat: Et si Abbas mandet, vel imperet per Abb. in cap. ex parte extra de postulan. vbi dicit Abb. ex solo ergo imperio Abbatibus: vel ex sola vtilitate Monasterij, non potest Monachus exercere officium aduocati, vel procuratoris, sed requiruntur ista duo coniunctim, & intelligo quod illis concurrentibus poterit esse aduocatus: ne dum in foro Ecclesiastico, sed etiam seculari, & subiungit ibi Abbas: quod vtilitas Monasterij intelligitur, si causa quæ aduocatur, vel procuratur sit Monasterij: si vero causa quæ aduocatur, non sit monasterij, sed causa sit alterius, & eam procuret, vel aduocet Monachus causa lucrandi: & lucrum in vtilitatem monasterij conuertendi, puta in soluendo debita Monasterij ære alieno grauati, tenet secundum Ioan. And. quod non sit licitum, tamen Abb. contrarium seruauit. Et pro hoc contrario facit notabile dictum Innocentij in cap. cum 1. & a. de re. iud. quod monachus potest esse aduocatus, & procurator in causa vnus amici monasterij, & pro amico monasterij Abbate mandante, quia in consequentiam tractatur de vtilitate Monasterij: quia per amicos Monasterij, promouetur vtilitas ipsius, primum tamen dictum, quod videlicet non sit licitum in tali casu aduocare monacho, videtur honestius, & securius. vnde crederem, inquit, quod pro amicis Monasterij posset religiosus esse aduocatus superiore imperante, per dictum Innocen. Sequitur Idem Abb. in cap. sacerdotibus ne cler. vel monach. vbi dicit, quod monachus de licentia Abbatibus potest procurare negotia laicorum amicorum Monasterij: & in consequentiam potest redundare in vtilitatem, & beneficium Monasterij,

E quia

quia bene etiam Clericus secularis potest esse procurator vel aduocatus in causis laicorum, si redundat in utilitatem Ecclesie, per eundem ibidem.

Et ne dum clericus potest esse aduocatus, vel procurator in causis, sed etiam Iudex: & Iudex deputatus a Principe seculari, etiam in causa criminali, videlicet ad vnam causam tantum, per ea quae dicit Abb. in cap. sed nec. ne cler. vel monac. vbi pro casu allegat text. in cap. in Archiepiscopatu de rapt. vbi clericus, vel Praelatus potest esse delegatus Principis secularis etiam in causa criminali: licet generalis officialis esse non potest. Et dicit idem Abb. in cap. clericus: quod si praelati sint in consilijs principum, & quaeritur ab eis de imponenda poena in delicto grauissimo pro quo forte venit imponenda poena mortis, aut membrorum detruncatio, quod si reus est in causa absolutionis, possunt consulere illum absoluendum, si autem in causa damnationis nullo modo consulant, ex quo casus imminet de praesenti: nisi veniret imponenda poena corporalis leuis. si autem non imminet casus, tunc bene possunt Praelati de Iure respondere, per Iura quae ibi adducit. Subiungens ibidem, nota, quod Praelatus potest esse consiliarius Principis secularis, licet non debeat esse officialis iustitiae exercendae, vt ibi per eum: nec praelatus, vel clericus incurrit irregularitatem, si suis officialis, cui iurisdictionem demandauit, inflixerit poenam sanguinis iustitiam exequendo, vt per Abb. in cap. clericis ne cler. vel monac. vbi dicit: quod Praelatus, qui habet iurisdictionem, debet aliquid facere commissionem vt faciat iustitiam, immo, quod etiam possit casum occurrentem delegare, vt inquirat, & iustitiam faciat: vbi vide num. 13.

Item quod videtur plus: clericus, licet officium tabellionatus sit vilissimum in se, & sit officium extraneum ab officio clericorum, cum sit quoddam genus negociationis, & cum tabellio seruus publicus dicatur, seruendo omnibus, quod videtur officium saeculare, a quo officio debet clericus abstinere, qui debet intendere circa rem publicam Ecclesiasticam, & spirituales, non circa mundanam, tamen siue clerici sint in sacris constituti, siue in minoribus, si non habent competentia beneficia, aut indigent, possunt exercere officium tabellionis, & tabelliones fieri: tam coram Papa: quam in alia curia: per eundem Abb. in cap. sicut te, ne cler. vel monac. col. iij. & Zabarelibidem vbi vide per Abb. etiam in num. 7. an omnes clerici dicantur esse in sacris, & per eundem Abb. in cap. clericis num. 7.

Et clerici admittuntur etiam ad officia, & munera publica, puta ad munera tutelae cap. peruenit §6. dist. vbi glo. opponit de tex. in autem,

de

de sanctis. Episcopis. §. Deo amabiles: vbi prohibetur Episcopo, & Monacho, etiam volenti, suscipere onus tutelae: cui authenticè est preiudicatum per illum Canonem, vnde hodie non statur dispositioni illius, & concludit, quod licet personae ecclesiasticae, non admittantur ad datiuam tutelam, & testamentariam, tamen admittuntur ad legitimam: & ad tutelam miserabilium personarum omnes clerici, siue monachi tenentur. §8. distinctio. cap. primo & cap. Episcopus gubernationem. vnde cum per supradicta appareat, quod Clerici possint exercere artificia, opus rurale, facere conductas, aduocare, procurare, iudicare, tabellionatum exercere, onus tutelae suscipere, & alia negotia pro suo vsu facere, & gerere, videtur clericis indistinctè concessum libere posse negociari, & quaecunque negotia, tam publica, quam priuata exercere. Id quod videtur innuere Io. And. cap. primo ne cler. vel monach. per illa verba: caueat ergo clericus a negociatione de qua in cap. fina. de vsur. quae negociatio est vsuraria vt ibi: vnde videtur, quod si cauere tantum habet ab illa specie negotiationis, quod ab alijs abstinere non debeat: imò quod aliae ei sint permittae, quia qui in vno prohibetur, in alio videtur permittus, & habitatus l. ait praetor vbi Bart. ff. de iudi.

Verum contrarium esse videtur, quod immò sit interdum Clericis quod nullo modo, & nullo quæsito colore possint negociari: & negotia cuius generis exercere, quia dicit text. in cap. fornicari distinctio. §8. negociari antequam quis sit ecclesiasticus, licet, facto autem Ecclesiastico iam non licet, quia id dicunt Apostolica verba, nemo militans Deo implicat se negocijs saecularibus, & cantat psalmista David: quoniam non cognoui negociationes: introibo in potentias domini, & subiungit text. in cap. 2. §8. distinctio. proinde huiusmodi, aut ab indignis post haec quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio, cupiditateque cessandum, aut in quocunque gradu sint positi, mox a Clericalibus officijs cogantur abstinere, quoniam domus Dei, domus orationis & esse, & dici debet, ne per officia negociationis potius sit spelunca latronum, & dicit text. cap. Episcopus. Ead. distin. Episcopus, sacerdos, aut diaconus nequaquam saeculi curas assumant, sin aliter deiciantur. Et in cap. Episcopus el. ij. eod. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, & verbo praedicationis tantummodo vacet. Et clericus negociator est veluti pestis fugiendus. per text. in cap. negociatorum eod. ibi enim legitur negociatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge, & dicit text. in cap. eiciens eod. quod dominus eiciens vendentes: & emen-

tes de templo: significauit quia mercator nunquam Deo placere poterit. Et Idem nullus Christianus debet esse mercator, aut si esse uoluerit, proieciatur ab Ecclesia, dicente propheta: quia non cognoui negotiationes: introibo in potentias Domini: hoc tamen cum moderate intellige, ut dico supra, quia mercatores Christiani nostri temporis legitime, & canonice negotiantes, non debent istis notis appellari. Subiungens ibi text. sed substantia talium stabilis esse non potest, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim, si triticum, aut aliud tale cernas in cribro, dum, huc, & illuc iactatur, omnia grana paulatim deorsum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus, sic de substantia negotiatorum, nouissime nil remanet, nisi solum peccatum. fac. text. in cap. primo ne cler. vel monach. ubi multa negocia secularia enumerantur: à quibus clericos abstinere præcipitur. Et in cap. sacerdotibus eod. interdicitur clericis, ne laicorum res ministrent, vel procurent, cum interminatione quod si fecus faxint, eis non subuenietur ab Ecclesia, & in cap. secundum eod. sub interminatione anathematis prohibetur clericis, ne negociantur. Et in cap. sicut te eod. dicit quod clerici in sacris, compelli debent per subtractionem beneficiorum, ut desistant ab officio Tabellionatus, veluti ab officio seculari, & in text. in cap. fin. de vit. & honest. cleric. dicitur, quod si clericus tertio monitus, à negocijs secularibus non abstinet, quoad bona perdit priuilegium clericale, facit cap. 1. 2. & 3. 21. quæst. 3. cap. mollicijs cap. hi qui ea. caul. & quæst. ubi dicitur hi, qui in Ecclesia Domini ad ordinationem Clericorum promouentur, in nullo ab administratione diuina aduocentur, nec molestijs, & secularibus negocijs alligentur. & dicit text. in cap. Canonum. 14. quæst. 4. canonum statutis firmatum est, ut quicumque in clero esse uoluerit, emendi uilius, & uendendi carius studio non utatur, quod si exercere uoluerit, cohibeatur a clero, & notat Abb. in cap. primo ne cler. vel monach. quod clerici non debent exercere negotiationem aliquam, etiam iustam, per iura quæ ibi adducit.

Quid dicendum ergo in tanta uarietate, & diuersitate iurium pro concordatione contrariorum, & intelligentia eorum in materia: dicit Innocen. quem sequitur Ioan. And. in rub. ne cler. vel monach. quod tribus modis seculare negotium sumitur: primo enim seculare negotium sumitur pro quolibet actu rerum seclarium, prout in enumeratis cap. primo eo. à quibus actibus turpibus est abstinendum secundo pro iudicio de rebus secularibus, quod clericis non licet, nisi inter clericos tantum: tertio dicitur seculare negotium, quod est inter seculares homines, quod non licet clericis nisi de his, quæ pertinent ad iudicium Ecclesiæ

Ecclesiæ, puta de causis decimarum, iurispatron. & similibus. glo. in summa 21. quæst. 3. aliter distinguit, tripliciter, inquit, quis dicitur exercere negocia secularia, uno modo, si aliquid ematur, ut carius vendatur, Et hoc non licet, & hæc est materia distinct. 88. per totum, quandoque idem est: quod exercere causas seculares, & illud etiam non licet clericis: nisi pro certis personis cap. primo extra de postul. quandoque idem est quod esse procurator rerum seclarium, siue administrator, nec illud licet clericis cap. 2. ne cler. vel Monac. Quandoque idem est, quod conducere possessiones a laicis, hoc non est interdictum clericis: quando indigent, quia hoc etiam licet Monachis cap. dilecti extra de decim. Hostien. distinguit aliter, quia seculare negotium tertio modo est hominum seclarium, & inter seculares: & horum aliqua sunt ciuilia, aliqua criminalia: ubi agitur de sanguine; sunt clericis interdicta: in quibus nec etiam uti aduocati pro parte rei comparare possunt: Ciuilia, aliqua spectant ad forum Ecclesiæ tantum, sicut causa matrimonij, legitimationis, iurispatron. & talia tractant clerici iudicando, & non alij, aliqua sunt fori principaliter seclaris, de his se non intromittunt clerici, nisi in casibus: ut not. sup. de foro comp. cum sit generale & cap. ex tenore & quæ notat. in cap. primo causa exempli. Abb. in rubrica ne cler. vel monach. distinguit: quod negotium seculare potest sumi strictè, & large: quia potest dici quicquid peruenit ex carnali concupiscentia, non subiecta freno rationis, & dicitur tunc seculare, quia per illa omnino uidetur seculare, id est secundum seculum, mundum, seu carnem, non secundum Deum, & spiritum agere, & tunc prohibetur etiam laicis: & multò fortius clericis: secundo potest sumi magis strictè, ut comprehendat negotium pertinens ad rempub. mundanam, & seculares homines: quod licet sit permixtum laicis: tamen clericis est interdictum, ut negociari. 88. distinct. fornicari & l. placet. C. de Episcopis, & cler. ubi dicitur quod clerici nihil debent habere commune cum publicis actibus, quia debent clericis attendere circa rempub. spiritualem, & uita clericorum debet uersari circa uitam contemplatiuam, non autem de rebus mundanis habere curam, nisi quatenus sunt necessaria ad corporalem uitam, &c.

Ego ultra istas distin. doctorum, puto quod in hac materia pro faciliiori intelligentia sit aduertendum ad terminos, quibus utuntur Doctores in materia ista, ut uidelicet consideretur illud quod agit clericus: an sit artificium, an negociatio, an causa lucri faciat, an causa necessitatis, an sit clericus in sacris; an in minoribus tantum, an beneficiatus: an sine beneficio competenti, & istis consideratis: credo quod materia melius

melius intelligitur, & procedit magis de plano. Nam dicit Abb. in cap. fina. de vit. & honest. cler. in fin. quod est differentia inter negotiationem, & artificium, quia artificium non est prohibitum clericis, 36 negociatio sic, per ea quæ habentur 88. distinctio. per totum, & maxime in cap. eiciens. & cap. quoniam non cognoui. quia artificio clericus potest, & debet sibi victum, & sustentationem quærere cap. clericus 91. distinctio. cap. nunquam de consec. distinctio. 5. dummodo non se subtrahat per hoc a diuinis, & diuinorum celebratione, per glo. quæ hoc dicit 91. distinctio. in summa: dicit enim ibi: vbi autem clerico non sufficit Ecclesia, proprijs manibus sibi quærere victum debet. Iuxta Apostolum, non tamen, quod subtrahatur ab ecclesiasticis officijs, quia clericus non potest per totum diem operam suam locare, cum non debeat officio deesse. 54. distinctio. si seruus, & secundum Abb. dicto loco artificium est; quando quis emit aliquam materiam: & per artificium reducit ad aliquam formam, vt si forte emat vimina, vt fa- 37 ciat canistra, vel emat cartas, & scribat libros, vel emat aliquod lignum: vt faciat aliquam domum: vel emat filum, vt faciat retia: corium, vt faciat sotularia, nam secundum d. Antonium tales non dicuntur mercatores, vel negociatores: sed potius artifices stricte sumpto vocabulo: quia negociari proprie dicitur in commercijs, cap. forus de verb. signifi. Id quod clericis est licitum deficiente stipendio Ecclesiæ, vt per dictam glo. declarat hoc text. in cap. eiciens 98. distinctio. per illa verba quicunque rem comparat, non vt illam integram, & immutatam vendat, sed vt materia sibi sit aliquid inde operando, ille non est negociator, & per Barba. in additio. ad Bar. in l. legatus de leg. tertio vbi dicit: quod differentia est inter negociatorem, & artificem, quia 38 negociator est ille, qui emit vnã rem, & non mutata forma illam vendit, vt lucretur: artifex, est ille, qui rem emit, & mutata forma vendit, vt qui emit ferrum, & facit enses, cap. paratum 88. distinctio. & not. ad statuta loquentia de mercatoribus: quia isti appellatione mercatorum non continentur, quia mercatores proprie dicuntur à merce, & idè emptores seruorum, & aliarum rerum, quæ non veniunt appellatione mercis non dicuntur mercatores, vbi vide ad longum pro ista materia, vbi dicit mutuans pecuniam quandoque dicitur negociator, not. Bal. in l. prima C. de exercit. subdens Barbatia, de differentia inter mercatorem, negociatorem, & artificem vide per Feder. de senten. in conf. 197. incipit In Christi nomine, & de artifice vide quod scripsi inquit post Bart. infra eod. l. ornatricibus, & an appellatione artificum veniat notarius vide Ang. conf. 33. & quis dicatur mercator vide Bart. in tractatu de test. in ver. de mercatore. Idem in l. mariti. C. ad l. Iul.

l. Iul. de adulter. & in proemio digestorum Paul. de Cast. conf. 67. viso puncto sup. sequitur specul. in tit. de cler. coniuga. vers. sed quam dices: vbi ponit negocia quæ sint permilla, & licita clericis, & Bar. in l. seruis legatis de leg. 3. & licet clericus Iure permittente possit vti artificio, & artificium facere, debet hoc facere, si Ecclesia ei non sufficiat, & non propter lucrum principaliter. Clem. pri. de censu. & cap. quam 39 quam eo. tit. lib. 6. fac. quod dicit Abb. in cap. clerici officia. de vit. & honest. cler. tex. in cap. primo de celeb. missa. pulcra glo. in cap. Canonum 14. q. 3.

Negotiari vero est, quando res empta non mutata materia alteri venditur, hæc negociatio appellatur, & videtur prohibita clericis per Abb. in d. cap. fin. de vit. & honestate cler. probat optime tex. in cap. eiciens. 88. dist. per verba text. Qui vero rem comparat, vt integram, & immutatam vendendo lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eicitur & 40 Item per text. in cap. pen. eod. vbi quid est aliud negocium, nisi quæ possint vilius comparari, carius velle distrahere, negociatores vero illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minime considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum: polluant merces suas plus periculis onerando quàm pretijs, tales eiecit dominus de templo dicens, nolite facere domum patris mei domum negotiationis, facit lectura text. in cap. quoniam non cognoui eod. & hic dicit Abb. d. loco negociari proprie dicitur in commercijs, cap. forus de verb. signi. A quibus habent cauere: quia dicit text. in cap. clerici officia de vit. & honest. cler. clericus officia vel commercia secularia non exercent vbi Abb. tertio nota. dicit: quod clericus non debent exercere negotiationes: maxime inhonestas. Idem Abb. conf. 6. 2. lib. Alex. conf. 62. quarto lib. & inquit Abb. d. cap. clericus per illud verbum, maxime: Videtur quod etiam honestas negotiationes non possunt exercere, & intellige hoc; quando clericus non indigent, si vero indigeant, bene possunt vti honestis negotiationibus, & quærere inde victum manibus 91. distin. clericus victum & cap. primo de celeb. missarum.

Et quis proprie dicatur negociator honestus, seu inhonestus: vide pulchrã text. in cap. eiciens 88. distinctio. & contra clericum negociatorem vide tex. elegantem in cap. negociatorem clericum ea. distinctio. vbi dicitur: quod est fugiendus tamquam pestis, est etiam text. in cap. prouenit 86. distin. vbi dicitur: quod causa lucri non debent conducere possessiones aliorum. Et dicit in materia specul. 5. sed quam dices de cler. coniuga. sed quam dices honestam, vel inhonestam negotiationem respon. inhonestum, & interdictum eis est publicas tabernas tenere, vt 44. distinct. nulli licet, sed contra C. de Episcopis, & cler. l. 2. sed illud potest

potest intelligi: & concedi propter necessariam, & honestam negociationem, vt per glo. in cap. negociatorem 88. distinct. quæ dicit. Sed dicimus, quod licet lex concedat clericis tenere tabernam, Canon tamen non permittit xv. quæst. iij. §. Cum autem, vel dic: quod potest habere tabernam propter necessariam, & honestam negociationem, ex qua etiam causa possunt clerici præesse ergasterijs, seu agastarijs, seu stationibus operarum, vt in eisdem iuribus. Item est eis interdictum
 42 vsuras exercere. vt 46. distinct. seditonarios, & cap. seq. extra de vsuris. Item inhonestum reputo si sit dilatio, seu carnifex, vel publicus faber, vel si pelles, vel coria parat, & huiusmodi vilia, & immunda exercet. Clerici autem sordida tractare non debent, quæ dedecent Ecclesiæ in prophanis extra de custod. Eucharist. cap. 2. in fin. vel si publicè locat operas suas ad arandum, fodiendum, nauigandum, & similia sordida, vt in præd. §. nouarum. Quæ autem munera sordida dicantur habes multa ff. de mun. & hon. l. munerum vsque ad patrimoniorum. Veruntamen non prohibeo ipsos vineas proprias putare, vel fodere, vel domos suas reficere, & quodlibet iustum negocium decens eum exercere, propter diuersas eorum necessitates, nam legimus Apostolos negociatos fuisse, & manibus proprijs victui necessaria quæsiuisse, cap. primo ne cler. vel monach. 11. quæst. 3. cauendum, & 91. distinct. §. primo cap. nunquam de consec. distinct. 5. potest canistos facere, seminare, plantare, rigare, arbores inferere, apum alucaria fabricare, retia texere, libros scribere, & similia in dicto cap. nunquam, licet ibi monachi non clerici instruantur, vt ibi patet in fin. possunt etiam honestam mercaturam exercere. C. de Episcopis & Cler. l. 2. 1. resp. & emere honestè, & vendere, dum tamen Ecclesias non negligant 91. distinct. clericus 2. & ex artificio honesto victum quærere cap. 2. ead. distinct. inhonestum ergo negocium, & turpe lucrum eis inhihetur. 88. distinct. cap. 2. 91. distinct. §. primo 23. distinct. his igitur, honestum vero negocium conceditur, vt patet ex præmissis: & dicit Cardinalis Zabarella in cap. fin. de vita & honesta. cler. quod illæ negociationes sunt prohibitæ Clericis: quæ sunt conuenientes laicis tantum, pro quo vide Ioan. de Anan. in cap. 3. 2. col. de rap.

Causa ergo lucri: aut cupiditatis: nec monachis, nec Clericis negotia secularia gerere licet, causa verò charitatis se negotijs secularibus cum debita moderatione ingerere possunt, secundum superioris
 43 licentiam in ministrando, & dirigendo. Secundum Sanctum Thomam secunda secundæ quæst. 187. §. ad secundum: vnde, inquit, dicitur in decretis, decreuit sancta Synodus nullum deinceps Clericum, aut possessiones conducere, aut negocijs secularibus se permiscere, nisi

nisi propter curam pupillorum, aut orphanorum, aut viduarum, aut si forte Episcopus Ciuitatis Ecclesiasticarum rerum sollicitudinem eum habere præcipiat, eadem autem est ratio de religiosis, & clericis, quia vtriusque similiter negotia secularia interduntur, ibi Gaet. interpretando text. Sancti Thomæ dicit. Sed diligenter aduertat ad actus licitos, ad conditiones quatuor in littera appositas, prima conditio est quòd non ex cupiditate, idest propter lucrum, aut emolumentum aliquod temporale, pro se, vel pro alio hoc faciat, & ratio huius est, quia sic sunt prohibita clericis, secunda conditio est, quia ex charitate, hoc est propter amorem, quo proximus in deo diligitur hoc fiat, & ratio est: quia sic spectat huiusmodi opus ad finem religionis: quæ est perfectio charitatis. tertia est: quod licentia superioris hoc fiat, Et est ratio, quia religiosus non habet neque velle neque nolle, & sic inuenitur statutum ab Ecclesia quo ad actum ministrandi. quarta est: quòd cum debita moderatione hoc fiat. non enim omnis modus ministrandi, aut dirigendi decet religiosos, non enim decet religiosos sic dirigere proximorum negotia, aut eis inferuire, vt personaliter sint exactores, & quasi negociorum gestores, secularibus tumultibus sese immisceant, sed ita oportet dum necessitas charitatis vrget, vt & ipsi non se implicent secularibus negocijs, quamuis tractent illa, & nomen domini in religiosis non blasphemetur, &c. Quia negociatio, quæ fit ex cupiditate, & non ex necessitate non est licita, & lucrum quod prouenit ex ea, turpe lucrum appellatur bonus text. in cap. quicumque 14. q. iij. quicumque tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, verbi gra. de duobus nummis comparat modium vini, & seruat vsque dum vendatur denarijs quattuor, aut amplius hoc turpe lucrum est. Et dicit Barbat. in apostil. ad Bar. l. legatis de leg. iij. quòd qui emit possessiones vt fructus vendat, dicitur negociator per d. Anto. in cap. fin. de vita. & honest. cler. pro quo dicit esse text. in l. si cum villico de instito. Quia dicit Innocen. in cap. magnus in fin. de oblig. ad ratioci. quòd clerici non possunt esse conductores 21. quæst. 3. cap. ij. inquit publicorum vectigalium, vel vbi conducunt vilium, vt locent carius, quòd non licet. C. loca. milites, alias vnã possessionem pro opere manuum suarum licitum est conducere miserabilibus personis, subdens sed non credo: quòd possint conducere villarum redditus, sed solummodo quòd pro suis manibus operetur, alias autem cadit in vitium cupiditatis, & questus, ab ecclesia tamen dicit non est prohibitum conducere. Et vidi sæpe in bannimentis, & ordinationibus Cardinalis Vicarij Papæ & præsertim in editis per Illustriss. Cardinalem

dinalem de Sabellis modernum Vicarium sub die xxx. Octobris 1566. statutum: clerici mercaturam non exercent, prædia ne conducant, non aduocent, non procurent, artem medendi, & maxime chirurgiam non exercent. Et alia vt in bulla dictorum bannimentorum, sub die 30. Octobris 1566. incip. Iacobus. in calce descripta, & licet possit opponi, quod non sit sanctio generalis quæ vbiq; liget, vt pote quia facultas Vicarij Papæ sit sub certis finibus restricta, tamen actio est Romæ Curia, quæ esse habet vniuersalis instructio, quia actus Romanæ Curia est vniuersalis instructio. Quia dicit Abb. in cap. secundum ne cler. vel

45 monach. quod negociatio quæ non fit lucris causa non est prohibita clericis, possunt enim vendere, & emere, vt eorum necessitas exigit, non tamen principaliter propter lucrum, ad hoc Clemen. præsentu de censu. & cap. quamquam eo. titu. lib. 6. & dicit ibidem Innocen. quod etiam lucrum non est clericis prohibitum, quando prouenit ex opera seu rebus clericorum. Et Hostien. ibidem subdit: si lucrum proueniat, quasi mercimonium exercendo, non licet, nisi ex causa, secus si necessitas immineret, quia tunc liceret, quia dicit Abb. ibidem, intelligo inquit verum, quod lucrum proueniens, vel ex opera, vel rebus clerici non sit clerico prohibitum, quando clericus operatur propter lucrum suadente necessitate, aliàs autem non debet clericus, vel monachus taliter negociari, & sic inquit in causa necessitatis intelligo loqui glos. in summa 14. quæstio. 3. quæ dicit: quod clerici in quantum possunt debent abstinere ab emptione, & venditione, quia illud non facile fit sine

46 peccato, tamen in casu necessitatis permissum est clericis negociari, licitum tamen est clericis aliquam rudem materiam emere, & inde aliquod artificium facere, si eis sua non sufficiunt, & tunc non acquiritur lucrum ex negotiatione, sed ex artificio, talia enim lucra licita erant

46 Apostolis cap. primo 21. quæstio. 1. & per alia iura, quæ ibi adducit, quia Ioan. Andreæ, Domin. & Philipp. Fran. in cap. vnico de vit. & honesta. cler. in 6. volunt clericos posse tenere tabernas, & etiam vendi facere vinum in domo, dummodo ipsimet non exercent tabernam, aut vendant vinum, sed alter, & per Doctor. in cap. indecorum & in cap. clerici de vit. & honest. cler. etiam refert, & sequitur Lamber. de iure patro. lib. secundo. 26. articu. 9. quæstio. principali pri. partis, Et dicit Bernard. diaz de Luco Hispanus in practica crimi. Cano. in cap. 50. q. negociari clericis causa lucris est prohibitum cap. secundum ne cler. vel monach. vnde in Concilio Chartaginen. 6. ca. 17. sancitum est quod clericus aliquid excogitans turpis lucris gratia, abijciatur à Clero, ac a communione alienus sit.

Et dicit Abb. secundum Innocen. in cap. primo ne cler. vel monach. quod

quod clericus potest licite emere victualia, vt abundet tempore famis, exemplo Ioseph. Gene. 41. vbi emit frumenta pro abundantia multorum annorum, quia ei licitum est, id quod procedit etiam, si emat non pro se solum: sed vt tempore famis alijs quoque vendere possit eo pretio, quo tunc venditur ab alijs, quod intellige dummodo faciat bono animo, puta, ne homines terræ suæ, & terra sua deficerent in victualibus, puta quia videbat homines propter abundantiam illa victualia consumere, vel ad extraneos deferre, vel non habere circa illa debitam curam, & diligentiam: si autem nulla utilitate pensata emat, vt carius vendat, dicit eum peccare, & grauius clericus, quam laicus. 14. quæstio. 4. quicunque, & cap. primo de empt. & vendit. Colligo inquit ex prædictis conclusionem, quod non est licitum emere rem, vt alio tempore illa carius vendatur, si hoc principaliter fit propter lucrum, secus si emptio fit principaliter propter publicam utilitatem: subdens, sed ego hunc articulum latius exordiendo: dico, respectu clericorum indubitanter non est licitum emere rem causa negotiationis, vt integra vendatur cap. negociatorem cap. fornicari 88. distinctio. bona glo. in cap. si quis clericus 14. quæstio. 4. secundum vero Hugo. & Pau. 14. quæstio. 4. si quis clericus, si laicus emit vilis, vt carius vendat, non ex cupiditate, sed vt suis necessitatibus prouideat, licitum est, vnde etiam si emit sine proposito vendendi, & postea articulus necessitatis vendendi occurrat, poterit vendere pro maiori pretio, si tantum valet arg. d. cap. quicunque 14. quæstio. 4. quasi voluerit dicere quod ille tex. prohibet rem emi, vt carius vendatur propter cupiditatem, secus si fiat propter aliquam honestam causam, dicit clare tex. in cap. Canonum 14. quæstio. 4. quod Canonum statutis firmatum est, vt qui in clero esse voluit emendi vilis, & vendendi carius studio non utatur, quod si exercere voluerit cohibeatur a clero, faciunt dicta sancti Thomæ secunda secundæ quæstio. 7. articu. 4. vbi dicit, quod si negociatio, quæ fit propter lucrum, ordinatur ad aliquem effectum necessarium, & honestum, puta ad domus suæ sustentationem, vel ad subueniendum indigentibus, aut ad publicam utilitatem: est licita, quia capit lucrum pro sui laboris stipendio. Idem dicit, si emit rem, non vt vendat, sed ad sui vsum, si postea propter aliquam necessitatem illam vendere vult, non prohibetur vendere pro maiori pretio, si tantum nunc valet, quia ista non est negociatio, nam potest contingere illam rem plus valere nunc, vel quia in aliquo meliorauit rem illam, vel quia pretium rei est mutatum secundum diuersitatem loci, vel temporis, vel propter periculum, cui se exposuit transferendi de loco ad locum, Sed illicitum est vbi finem principaliter

dinalem de Sabellis modernum Vicarium sub die xxx. Octobris 1566. statutum: clerici mercaturam non exercent, prædia ne conducant, non aduocent, non procurent, artem medendi, & maxime chirurgiam non exercent. Et alia vt in bulla dictorum bannimentorum, sub die 30. Octobris 1566. incip. Iacobus. in calce descripta, & licet possit opponi, quòd non sit sanctio generalis quæ vbiq; liget, vt pote quia facultas Vicarij Papæ sit sub certis finibus restricta, tamen actio est Romæ Curia, quæ esse habet vniuersalis instructio, quia actus Romanæ Curia est vniuersalis instructio. Quia dicit Abb. in cap. secundum ne cler. vel

45 monach. quod negotiatio quæ non fit lucris causa non est prohibita clericis, possunt enim vendere, & emere, vt eorum necessitas exigit, non tamen principaliter propter lucrum, ad hoc Clemen. præsentis de cens. & cap. quamquam eo. titu. lib. 6. & dicit ibidem Innocen. quod etiam lucrum non est clericis prohibitum, quando prouenit ex opera seu rebus clericorum. Et Hostien. ibidem subdit: si lucrum proueniat, quasi mercimonium exercendo, non licet, nisi ex causa, secus si necessitas immineret, quia tunc liceret, quia dicit Abb. ibidem, intelligo inquit verum, quod lucrum proueniens, vel ex opera, vel rebus clericis non sit clerico prohibitum, quando clericus operatur propter lucrum suadente necessitate, alias autem non debet clericus, vel monachus taliter negociari, & sic inquit in causa necessitatis intelligo loqui glos. in summa 14. quæstio. 3. quæ dicit: quòd clerici in quantum possunt debent abstinere ab emptione, & venditione, quia illud non facile fit sine

46 peccato, tamen in casu necessitatis permissum est clericis negociari, licitum tamen est clericis aliquam rudem materiam emere, & inde aliquod artificium facere, si eis sua non sufficiunt, & tunc non acquiritur lucrum ex negotiatione, sed ex artificio, talia enim lucra licita erant

46 Apostolis cap. primo 21. quæstio. 1. & per alia iura, quæ ibi adducit, quia Ioan. Andrea, Domin. & Philipp. Fran. in cap. vnico de vit. & honesta. cler. in 6. volunt clericos posse tenere tabernas, & etiam vendi facere vinum in domo, dummodo ipsimet non exercent tabernam, aut vendant vinum, sed alter, & per Doctor. in cap. indecorum & in cap. clerici de vit. & honest. cler. etiam refert, & sequitur Lamber. de iurè patro. lib. secundo. 26. articu. 9. quæstio. principali pri. partis, Et dicit Bernard. diaz de Luco Hispanus in practica crimi. Cano. in cap. 50. q. negociari clericis causa lucris est prohibitum cap. secundum ne cler. vel monach. vnde in Concilio Chartagenen. 6. ca. 17. sancitum est quòd clericus aliquid excogitans turpis lucris gratia, abijciatur à Clero, ac a communione alienus sit.

Et dicit Abb. secundum Innocen. in cap. primo ne cler. vel monach. quòd

quòd clericus potest licite emere victualia, vt abundet tempore famis, exemplo Ioseph. Gene. 41. vbi emit frumenta pro abundantia multorum annorum, quia ei licitum est, id quod procedit etiam, si emat non pro se solum: sed vt tempore famis alijs quoque vendere possit eo pretio, quo tunc venditur ab alijs, quod intellige dummodo faciat bono animo, puta, ne homines terræ suæ, & terra sua deficerent in victualibus, puta quia videbat homines propter abundantiam illa victualia consumere, vel ad extraneos deferre, vel non habere circa illa debitam curam, & diligentiam: si autem nulla utilitate pensata emat, vt carius vendat, dicit eum peccare, & grauius clericus, quam laicus. 14. quæstio. 4. quicunque, & cap. primo de empt. & vendit. Colligo inquit ex prædictis conclusionem, quod non est licitum emere rem, vt alio tempore illa carius vendatur, si hoc principaliter fit propter lucrum, secus si emptio fit principaliter propter publicam utilitatem: subdens, sed ego hunc articulum latius exordiendo: dico, respectu clericorum indubitanter non est licitum emere rem causa negotiationis, vt integra vendatur cap. negociatorem cap. fornicari 88. distinctio. bona glo. in cap. si quis clericus 14. quæstio. 4. secundum vero Hugo. & Pau. 14. quæstio. 4. si quis clericus, si laicus emit vilius, vt carius vendat, non ex cupiditate, sed vt suis necessitatibus prouideat, licitum est, vnde etiam si emit sine proposito vendendi, & postea articulus necessitatis vendendi occurrat, poterit vendere pro maiori pretio, si tantum valet arg. d. cap. quicunque 14. quæstio. 4. quasi voluerit dicere quod ille tex. prohibet rem emi, vt carius vendatur propter cupiditatem, secus si fiat propter aliquam honestam causam, dicit clare tex. in cap. Canonum 14. quæstio. 4. quòd Canonum statutis firmatum est, vt qui in clero esse voluit emendi vilius, & vendendi carius studio non vtatur, quod si exercere voluerit cohibeatur a clero, faciunt dicta sancti Thomæ secunda secundæ quæstio. 7. articu. 4. vbi dicit, quod si negotiatio, quæ fit propter lucrum, ordinatur ad aliquem effectum necessarium, & honestum, puta ad domus suæ sustentationem, vel ad subueniendum indigentibus, aut ad publicam utilitatem: est licita, quia capit lucrum pro sui laboris stipendio. Idem dicit, si emit rem, non vt vendat, sed ad sui vsum, si postea propter aliquam necessitatem illam vendere vult, non prohibetur vendere pro

49 maiori pretio, si tantum nunc valet, quia ista non est negotiatio, nam potest contingere illam rem plus valere nunc, vel quia in aliquo meliorauit rem illam, vel quia pretium rei est mutatum secundum diuersitatem loci, vel temporis, vel propter periculum, cui se exposuit transferendi de loco ad locum, Sed illicitum est vbi finem principaliter

paliter constituit in lucro, quando emit rem, ut eam immutatam vendat carius, ad quod faciunt dicta Bart. in l. cætera, §. fin. de leg. primo. ubi dicit, quod si statutum imponit crimen, ementi frumentum, ut vendat non habet locum in illo, qui emit pro suo usu, & postea vendidit, quia eò postea non indiguit, ut refert, & sequitur Paul. de Cast. l. 2. in prin. ff. si cer. pet. & de hac quæstione vide Dominum Anto. & Doctor. in cap. in Ciuitate de vsur. & Ioan. de Lignan. cap. fina. eo. tit. per Abb. in cap. nauiganti vltima colum. eo. tit. & Lud. de Rodulphis in tracta. de vsur. q. 33.

Et concludit Abb. d. cap. primo ne cler. vel monach. quod aut quis emit rem, ut carius illam vendat propter cupiditatem, & non licet, ratio, quia quicquid plus iusto precio appetit homo, turpe lucrum est. aut non facit propter cupiditatem, sed ob honestam causam, puta propter sustentationem familiæ, vel quid simile, & tunc vendit rem illam omnino pro maiori precio, non est licitum cap. eiciens 88. distinctio. ratio est, quia aut a principio emit minus iusto precio, aut nunc vendit plus debito, & sic fuit iniustitia, aut tempore emptionis, vel venditionis, quod non licet cap. primo de emptio. & vend. non enim licet ex proposito vendere, vel emere rem minus, vel plus quam valet, not. glo. 10. quæst. 1. hoc ius porrectum, si autem non est omnino integra, sed immutata, tunc bene licet vendere pro precio currenti & reperibili, licet sit maius. Mutatio autem rei potest contingere multis modis: ut puta quando est translata in aliam formam, vel propter mutationem loci, & alias ut ibi per eum, unde text. in d. cap. eiciens debet intelligi multis modis, & in hoc casu procedunt dicta sancti Doctoris, & Lau. & Hugo. hoc enim casu cessat omnis cupiditas, & iniustitia, & videtur lucrari propter industriam suam, & ob honestam causam, negotiatio autem, licet in se aliquando sit licita, tamen ex causa efficitur quandoque inhonesta, & iniusta per Anchar. in repetitione reg. peccatum in vlt. quæst. vers. subiungit & vers. quid de negotiationibus lib. 6. ut puta propter cupiditatem 14. q. 4. cap. quicumque: item sit illicita negotiatio ex tempore, puta quando sit facta die feriato de ferijs cap. primo in fi. item ex loco cap. primo de immunit. eccles. item sit illicita ex persona puta, quia clerici toto tit. ne cler. vel monach. item ex re, ut per Abb. d. loco.

Et in materia dicunt isti summiſtæ, & maxime Angel. in ver. negocium quod negocium sæculare est multiplex, & propterea non potest diffiniri. Sed ex aliquorum enumeratione possumus alia similia iudicare, sicut fit. 2 §. distinctio. §. criminis appellatio & cap. de liguribus 23. quæst. 5. & cap. primo ne cler. vel monach. dicitur ergo sæculare, primo cum

quid

quid plus iusto appetitur, quod turpe lucrum est. Item, & munera iniusta accipere, vel dare, & vniuersaliter omnia, per quæ viuit homo sæculariter in peccato, dicitur negocium sæculare d. cap. primo: item dicitur sæculare negocium mercantia, seu negociatio, item omne quod fit pro lucrando. Sicut artes procurationis causarum, & negociorum factiones, & huiusmodi, unde dicitur negocium, quasi negans otium cap. forus de verb. sig. §. constat. & sæculare, quia secularibus rebus impenditur, vel secundum glos. 21. quæst. 113. in summa: primo pro mercantia. i. quod emitur aliquid, ut vendatur carius, vel etiam dicitur, quando quis conducit possessiones causa cupiditatis vel lucri, quia, ut refert Bernardinus Diaz de luco hispanus in practic. crimin. Canon. in ver. negociatores, ac alienæ rei conductores cap. 50. quod in concil. Arelateni. habetur ij. cap. 14. quod si clericus voluerit esse conductor alienæ rei, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exercent, depositus a clero, & a communionem habeatur: secundo pro causis sæcularibus tractandis: tertio pro administratione rerum sæcularium. Negotia sæcularia sæcularibus hominibus prohibentur illa quæ sine mortali peccato fieri non possunt. sed clericis, & religiosis sunt interdicta multa cap. primo ne cler. vel monach. Et negociatio, quæ consistit in emendo, & vendendo quæ alio modo vltiori dicitur mercantia, de se non est mala, nec illicita secundum Alex. ij. parte summæ tract. de iudicialibus, cum quæstio. concord. Innocen. cap. primo ne cler. vel monach. Io. And. in rubrica, Abb. d. cap. primo: sed potest fieri illicita ratione circumstantiæ, causæ, personæ, modi, temporis, loci, & commercij, ex circumstantia causæ scilicet quando propter cupiditatem, vel aliquod aliud malum fit, & sic tale peccatum est, qualis finis per quem fit. Unde ille, qui negociando intendit lucrum, tanquam vltimum finem, & cupit sine labore, & sollicitudine ex auaritia diuitias congregare, eijcietur de templo paradisi secundum Alex. negociari autem propter propriam necessitatem, vel pietatem scilicet ad dispensandum in pios vsus lucrum: vel propter Reip. vtilitatem, vel proximi est causa legitima: quæ facit, ut fiat sine peccato, aliter non. Circumstantia personæ facit illicitam, scilicet si est clericus, vel religiosus, oportet ergo sit sæcularis, qui negociator esse debet. Circumstantia modi fit illicita, scilicet quando exercetur cum dolo, & cum mendacijs, vel alijs pactis, seu periurijs cap. quoniam non cognoui 88. dist. & si sunt peccata mortalia, sicut mendacium, quod dicitur intentione decipiendi proximum, etiam in magna re si posset, vel periurium sic negociatio est peccatum mortale. Item ex circumstantia temporis scilicet festiui, ab Ecclesia præcepti,

Item ex circumstantia loci scilicet diuino cultui deputati, vt est Ecclesia; vel cœmeterium. In Ecclesia enim non potest fieri sine peccato mortali nisi magna necessitas excuset cap. decet domum dei, de immunit. Eccles. lib. vj. iuncto cap. relinqui uolumus, de custod. Eucharist. & hoc intellige de actuali contractatione rerum, quæ sine strepitu fieri non potest: secus esset in venditione candelarum, quæ sine verbis fit, aut in conuentione alicuius rei emendæ, vel vendendæ postea, quia non esset mortale peccatum. Item ex circumstantia commercij, quod quidem est damnosum Reipub. sicut cum quis emit vilius, vt carius vendat, & cum damno reipub. sicut faciunt illi, qui totum granum emunt, vel omnes merces, & huiusmodi, vt postea vendant modo suo. Si vero commercium est utile Reip. sicut illud: quando merces portantur de terra, vbi abundant ad terram: vbi deficient, vel illud: quod de vna re fit alia, sicut faciunt artifices de lana pannum, de cera candelas, & illud, quo quis conseruat res, quas emit, vt vendat tempore debito, eo quia quilibet non potest statim emere, & sic istis est licitum negociari, & aliæ circumstantiæ ad sunt alijs, vt est damnationis, & de eis loquitur rex. in cap. eijciens 88. dist. Scot. in iij. 15. dist. quæst. ij. art. primo. Thom. secunda secundæ quæst. 77.

Et ille, qui carius vendit, quam emit: si quidem fecit emptionem pro se, & postea processu temporis non indiget, licite potest vendere pro precio occurrenti, quamuis sit carius, quam quando emit: quia non ad hoc emit, & lucrum aduenit ratione temporis. Si vero emit, vt vendere tempore, quo carius erit, est licitum, si fecit pro utilitate terræ suæ, scilicet ne homines postea indigerent, & non inuenirent. Et ipse aliquid lucraretur pro sua, & suæ familiæ sustentatione.

Vel si a casu aliquod emit pro bono foro, & postea inuenit: qui illud vult emere pro cariori, & concurrant quattuor illa, videlicet quod primo sit scientia ab vtraque parte, scilicet quod nulla sit deceptio ex parte alicuius, & quilibet ipsorum agnoscat rem, & eius qualitatem, & valorem glol. penultima in l. mortis causa. §. fin. ff. de donat. causa mort. secundo, quod adsit libertas voluntatis, quod non faciat ex tali necessitate, quæ excludat rationem voluntarij, id quod quomodo possit perpendi, vel intelligi, vide per Angel. in sua summa in ver. emptio. §. 7. Tertio, quod sit prudens, quia magna mentis leuitas redderet contractum illicitum, vt mulier rusticus, & iuuenis, & similes, quibus non creditur quod ex liberalitate vendant, sed impunitatur magis leuitati. Et ideo esset restituendum eis, quod minus iusto precio a talibus emptum est, vel plus iusto precio venditum, ita firmat Imol. in cap. cum contingat de iur. iur. quod limita, nisi

tamen

tamen iste personæ essent sagaces: quia tunc non præsumitur in eis donatio. Bal. in l. secunda. C. de rescin. vend. Abb. in cap. quia plerique de immunit. Eccles. 9. q.

Quarto quod ille: qui vendit, vel emit plus debito, possit donare arg. cap. 2. de dona. quia si ista quattuor non concurrant, non potest vendi: nisi iusto pretio res, nec potest vendi res: quantum emptorem inuenis, interuenientibus istis circumstantijs cum alijs antedictis hoc licet laicis, non autem clericis per Ang. in summa in ver. negocium ver. vtrum.

Si autem fecit emptionem, vt lucraretur tantum sine aliqua utilitate Reip. immo potius, cum damno, sic peccat mortaliter, vt cap. eijciens allegato, & de istis intellige illud in cap. quicumque tempore. 14. q. 4. vbi turpe lucrum dicitur tempore vindemiæ vilius emere, vt carius vendatur. concord. S. Thom. secunda secundæ q. 77. non tamen tenetur ad restitutionem talis turpis lucri de necessitate, sed de consilio sic, nisi forte fuisset causa talis excrementi, puta quia totum emit: vt carius postea posset vendere, quo casu teneretur ad recompensam, & satisfactionem damnificatis: si tale damnum incurrisset.

Nec prælatus in vendendis prælaturæ fructibus, debet expectare cariorem venditionem, si id faciat causa lucrandi sibi & suis: quia id videtur esse negocium seculare, & mercantia, cum seculare negocium mercantia seu negociatio dicatur omne illud, quod fit pro lucrando vt deduco sup. eo. ver. si item & munera, per Angel. in summa in ver. negocium. Item turpe lucrum, & seculare id videtur esse negocium quia isto casu prælatus videtur quid plus iusto appetere. Ang. ibidem, non enim est contentus iusto precio, qui non vendit pro currenti precio, & pro precio, quod princeps, vel magistratus mercibus statuit, sed expectat quod tempus venditioni augmentum afferat, vnde turpe lucrum. Abb. cap. primo ne cler. vel. Quia non licet emere victualia vt carius vendantur, quia peccatum est & grauius quidem in clerico quam sit in laico, Innocen. in cap. primo ne cler. vel mon.

Quo conseruando, & non vendendo fructus, & victualia prælatus, ex quo facit forum carum, quia quanto magis abundant victualia, tanto minus venduntur, Et quanto minus abundant, tanto carius venduntur, videtur pauperes emptores damnificare, quibus subsidium afferre ex officij debito tenetur, quia prælatus pater pauperum.

Et licet conseruando prælatus, non potest dici quod emat, vt vendat: tamen mercatoris, & venditoris conditionem inducit, cuius est cariorem expectare venditionem, & cum det occasionem carius mercandi, & carius vendendi, videtur idem ac si ipse carius venderet, cum paria sint

F 4 facere

facere, & faciendi occasionem dare. glo. in l. si ita. §. ea. in ver. interest. ff. de verb. oblig. Et videtur saltem modo indirecto sese secularibus negocijs implicare, q̄ non licet, quia q̄ directo non est licitum non debet indirecto licere. cap. cum quid vna via. de reg. iur. in vj.

Et ista cum sit sollicitudo in prælato non necessaria, ex quo est causa lucri faciendi, videtur improbanda; per dictum Henrici quolibet. 8. q. 27.

Si vero expectat cariorem venditionem prælatus, non pro lucrando, sed pro bono publico pauperum, vel pro sui ipsius commodiori sustentatione cum sit pauper, & ei non sufficiunt fructus ecclesiæ pro uictu, tunc videtur nedum esse licitum expectare cariorem venditionem, sed etiam emere exemplo Ioseph. Gen. 41. per Innocen. & Abb. in cap. primo ne cler. vel mon. modo tamen non vendat pauperibus, ne pauperibus pauperum sanguine providere videatur, vt per Henric. d. quolib. 8. q. 27. vbi dicit q̄ sollicitudo præter necessaria, si habet finem non vtilitatis proprie sui, & suorum, sed finem pauperum, & boni publici, & sui ipsius in quantum pauper est, & forte fructus illi non sufficiunt, q̄ non est sollicitudo improbanda, quia hæc est necessitas, in cuius casu est permissum clerico negociatio. cap. primo ne cler. vel mon. & si clerico ecclesia non sufficiat, est illi licitum vii artificio, non tamen propter lucrum, vel si sufficiat illi ecclesia sua. Clem. pri. de cens. cap. quamquam eo. tit. lib. 6. glo. cap. Canonum 14. q. 3.

Nec parimodo istud precij augmentum, quod fructibus attulit ista expectatio, & dilatio est effectum prælati, nam si prælatus in fructibus ac rebus ecclesiæ habet tantum usum, & tantum percipit, quantum pro sui sustentatione, secundum gradus sui decentiam consumit, si non habet in eisdem dominium, adeo q̄ etiam in morte de eis pro libito disponere possit, nisi moderate, si habet in vita tantum auctoritatem canonice dispensandi, si de fructibus non potest sibi, vel suis emere, aut acquirere, vt dico infra. in q. de potestate circa fructus &c. & in q. an clericus de fructibus &c. est dicendum q̄ idemmet. ius eandemmet auctoritatem habeat in isto augmento pretij, & non plus, quod habet in fructibus, quum plus iuris non debeat habere in accessorio, & dependenti, quam in principali.

Imo tale augmentum accrescit fructibus, quibus est vel accessorium vel dependens. l. Item si fundi. §. huic vicinus. ff. de usu fru. glo. pri. circa med. in l. de quibus. & ibi Bart. in rep. in secunda colum. ff. de leg. & ibi Iaf. 4. colum. instit. §. sed & si post. vnde est qualitas, & naturæ cuius sunt fructus, quia augmentum imitatur naturam eius cui accrescit. Socin. conf. 153. incip. pulchra. & conf. 254. visa. vbi ponit quod debet esse naturæ sui principalis, Et q̄ idem de vtroque iudicari debet. & augmentum.

mentum istud est pars pretij, & pretium eodem iure cum re ipsa censetur, & loco rei succedit. l. sed & si rem. ff. de pet. hered. & pars cum sit portio totius, eodem iure, quo totum censeri debet, & iudicabitur, & q̄ de toto iudicatur, de parte quoque illius iudicari debet.

Et in ista prohibitione negociandi, non videntur includi omnes clerici, 59. sed illi tantum, qui sunt in sacris ordinibus constituti, & beneficiati, non autem omnes clerici simpliciter: quia in minoribus constituti non videntur comprehendi a constitutione, quia videntur posse exercere quæcunque negocia secularia. Subiungit enim idem Abb. ibidem, ego dicerem, quod negocia secularia prouenientia ex carnis concupiscentia, sunt prohibita omnibus clericis, & etiam laicis, sed maxime clericis, nam appetere plus iusto pretio, hæc & similia, indubitanter omnibus sunt prohibita, negocia vero secularia stricte sumpta, id est: quæ licent laici, cum sint mundana, prohibentur ministris altaris, & etiam beneficiatis, vt voluit Hostien. & ex his nota inquit d. cap. primo ne cler. vel monach. quod clericis in minoribus non beneficiatis, minime prohibentur negocia secularia alias licita, quod tementi, diligenter: & credo, quod sit ratio, quod clericus existens in minoribus id facere possit: quia potest impune redire ad sæculum, & 61. laicare, quia apostasia non conuenit clerico in minoribus, quia impune potest seculariter viuere, & renunciare in totum ordini clericali, & si non verbo: saltem facto, exercendo actum omnino contrarium, vt docetur per Abb. in cap. tuæ de aposta. fallit tamen secundum Innocen. ibidem si habet beneficium, quia est apostata, si dimittat habitum, & tonsuram, & cogi potest habitum reassumere, vt ibi per eundem Innocen. quem refert Abb. ibidem: sed dic quod immo. ex sui generalitate bulla comprehendit omnem clericum, vt dico infra in 63. sine quæstionis, sic ergo habemus, quod negociatio ex cupiditate, & causa cupiditatis, non causa necessitatis, vel alterius vilitatis, & honestatis prohibetur, & non est licita. Et semper cupiditas ipsa præsumitur, & causa cupiditatis negociari quilibet existimatur, nisi ipsa necessitas probetur per glo. quæ eleganter dicit in cap. primo. 88. distinctio. in ver. conducere, semper inquit intellige causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas probetur: arg. 12. quæstio. 1. cap. primo. vbi probatur, vitam hominis esse pronam ad malum, vt ibi dicitur. Et pro presenti materia vide ea quæ eleganter deducit Bart. in l. legatis seruus. de leg. 3. vbi habetur, quod negociatores dicuntur esse illi: qui cum alijs contrahunt, non qui exercent aliquod officium: vbi contractus non immineret, & q̄ locatores roncinarum, vel equorum dicantur, & dici possint mercatores, seu negociatores, & mutuatores dicitur mercator;

& negociator, si interuenit contractus vltro citroque obligatorius, quia tunc illa est proprie negociatio, & mercatura; vbi tenet, quod ille, qui nihil aliud facit, nisi quia locat possessiones suas, & conducit possessiones aliorum, quod non est neque mercator, neque negociator per text. in l. si cum villico de instit. quia oportet, vt quis dicatur mercator, vel negociator, quod faciat negociationem quaestuariam, ex qua aliquid quaeratur. Sed percipere fructus de sua possessione non dicitur aliquid de nouo quaerere: vbi subdit quaestionem: an mercator, vel negociator dicatur ille qui semel tantum in vita sua fuit negociatus, vna uel vnicam tantum semel fecit negociationem, vel mercaturam, aut negocium: puta si semel emit pannos, & vendidit pannos: & non obstantibus deductis in oppositum per eum, dicitur, quod non dicitur mercator, qui semel mercatur, vel negociator, qui semel negociatur, sed requiritur, quod exercuerit, & saepius fecerit per text. in l. 1. in d. principio. & ibi glo. de tributor. vt ibi per eum. sequitur. d. Petrus de Anchara. in cap. Canonum statuta in ver. quis dicatur mercator, & idem Bar. in rubrica de nauicularijs lib. 1. 1. ibi negociatores vero non proprie dicuntur artifices, quia de iure, gentium qui libet scit emere, & vendere, licet vnus cautius, quam alius, & appellantur negociatores ex frequentia d. l. legatis in principio: nisi consuetudo regionis aliud inducat. Alexan. tamen in d. l. legatis in principio dicit, quod ille dicitur mercator, qui solum vnam negociationem fecit. Idem Bald. in rubrica. C. de constit. pecu. in fin. qui sub dubio forte videtur tenere, quod mercator, ita demum sit, si professus est matriculam, & Bald. in proemio digestorum versi, item fallit in mercatore, vbi videtur dicere, quod ille dicatur mercator, qui solum vnam negociationem facit, & idem in artifice: & idem Bald. in tracta. de consti. in fin. refert Alex. in additio. ad Bar. in rubrica. C. de nauicul. lib. 1. 1. Corset. in repertorio in ver. mercator: Hæc in laico, & de iure civili procedunt.

Sed in casu nostro: quia est interdictum clericis negociari, & negociari clerico est delictum perpetrare de iure Canonico, toto titulo ne cler. vel monach. sunt attendenda superius dicta, & an faciat causa lucri, vel cupiditatis, & auaritiæ, an ex alia causa, & in casu bullæ nostræ quæ generaliter loquitur de illicite acquisitis, veniunt etiam comprehensa acquisita ex vno, & semel facto negotio, ex vna semel tantum facta negociatura, & mercatura, modo fuerit illicita in clerico, & damnata negociatio.

Pœna autem qua clerici negociatores puniri debeant, videtur esse primo peccatum mortale: quia negociari clericis prohibetur sub præcepto

pto cap. fornicari 88. distinctio. ibi clerico facto iam non licet cap. Episcopus eo. Ibi Episcopus, sacerdos, Diaconus nequaquam sæculi curas assumant cap. Episcopus eo. cl. 2. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet. cap. negociatorem eod. negociatorem clericum, veluti pestem fuge cap. eiciens. nullus Christianus debet esse mercator, & si esse voluerit proijci de Ecclesia debet, & est præceptum per verba domini, nolite facere domum patris mei domum negociationis cap. pen. ead. distin. & per illud, nemo militans Deo implicat se negociationibus sæcularibus in tex. in cap. primo ne cler. vel monac. ibi talia ministris altaris domini, omnino contradicimus, & cap. secundo. sacerdotibus, & clericis tuis publice denunties, ne ministri laicorum fiant, nec iuribus eorum procuratores existant. Idem legitur cap. sed nec eod. tit. ibi clericorum quisquam exercere præsumat. Idem in cap. sicut eod. & fere per totum, & non solum est prohibitum cum præcepto, & per verba præceptiua, sed cum appositione, & interminatione pœnæ excommunicationis cap. secundum eo. tit. & transgrediens præcepta legis diuinæ, vel naturalis, & nonnunquam humanæ ligatur mortali peccato, quia

67 transgressio præcepti diuini, naturalis, vel humani mortale peccatum est. vt per Abb. in cap. clerici de vita & honest. cler. vbi vide, & secundum glo. Gem. etiam in cap. vt animarum de consti. lib. 6. & Ioan. And. in cap. relatum ne cler. vel monach. & rursus Gem. in cap. perpētue de electio. lib. 6. quomodo cognosci possit aliquam legem humanam esse præceptiuam, vbi dicunt: quod si constat materiam esse præceptiuam. vt quia est de necessarijs ad iustitiam, aut charitatem, aut diuinam reuerentiam, sic est præceptum, & quod non fiant matrimonia clandestina, vel non comunicetur pleno stomacho, nec est de verbis curandum; quia sunt accomodanda materiæ tex. est cum glo. in cap. Ro-

68 go 1. 1. quæst. 3. & tex. in Clem. exiui de paradiso de verb. signi. si vero non constet de materia, & constet de intentione statuentis, quod fuerit præceptiuam, est præceptum, quia intentio præponderat verbis: si vero nec de materia, nec de mente sic constet, est respiciendum ad pœnam: quæ contrafacientibus, & transgredientibus imponitur, quia si imponitur pœna spiritualis vt excommunicationis latæ sententiæ, sec. omnes est præceptum, & contrafacere est mortale peccatum, velut est in cap. secundum ne cler. vel monach. quia nullus nisi pro mortali peccato excommunicatur 1. 1. quæst. 3. nullus & cap. nemo Episcoporum & cap. primo lib. 6. de senten. excommu. & similiter si imponatur pœna excommunicationis comminatoriæ, id est non latæ, sed ferendæ sententiæ: quia licet aliqui dicant, hoc non esse clarum, tamen vt refert Ioan. de neap. quidam hoc tenent, & bene, quod tales contrafacientes merentur excom-

municari, & sic mortaliter peccauerunt, & hoc etiam si ab homine: & similiter si imponitur pœna suspensionis, depositionis, vel interdicti. & si imponitur pœna maledictionis eternæ, vel indignationis omnipotentis Dei cap. vnico de stat. reg. & similiter quoad pœnas corporales, est præceptum, si imponitur pœna mortalis, vel mutilationis prout fit per leges, aut statuta ciuitatum. quæ secundum S. Thomam obligant etiam in foro conscientiæ, quia non infertur talis pœna, nisi pro eo quod est valde læsiuum iustitiæ, & similiter, si imponitur pœna grauioris culpæ, vt fit in religionibus: idem autem dico per omnia esse iudicandum de præceptis ab homine, refert Siluester in cap. præceptum in fin. sed vide Abb. in cap. nam concupiscentiam de constitu. vbi facit quæstionem, an & quando faciens contra legem, vel regulam incurrat peccatum mortale, & puto ego negociatorem clericum committere peccatum mortale, non ex eo solum, quod constitutiones Canonice super negociationibus stant præceptiue: sed quia stat prohibitorium legis diuina, vt deduximus supra, & quicquid est contra præceptum legis Dei, mortale peccatum est S. Thom. secunda secundæ quæst. 35. §. ad tertium: & per illud maxime psalmista, quia non cognoui negociationes introibo in potentias Domini: quasi inuatur, quod per negociationes incurrat in peccatum mortale, & quia abstinet, non incurrit, merito introibit, quia cum peccato mortali nemo introibit in gloriam Dei.

Et ultra peccatum mortale, si clericus tertio monitus, non destiterit ab illicite negociando, perdit priuilegium clericale cap. fina. de vit. & honest. cler. & secundum aliquos, dico, quod si clericus in minoribus negociatur, negocium sæculare non prohibitum laicis, non peccat mortaliter: vel sit coniugatus, vel non: sed si non est coniugatus, potest compelli ad desistendum negociari per priuationem priuilegij clericalis, non quidem illius de quo in cap. si quis suadente Diabolo 16. quæstio. 4. sed illo priuilegio: quo non possunt vexari ab impositionibus, & exactionibus in persona, vel in bonis proprijs l. 2. C. de Episcopis & cler. coniugati verò clerici negociantes non perdunt per negociationem, quia illud non habent, quia ipso facto, quo matrimonium contraxere, eo sunt priuati cap. vno de cler. coniug. lib. 6. & cap. Ioannes eo. religiosi verò, & clerici, qui sunt in sacris, peccant mortaliter cap. secundum ne cler. vel monach. & similiter possunt compelli per priuationem priuilegij clericalis, id quod tantò magis est dicendum, quia fecerunt sibi præiudicium, quando permiserunt se promoueri ad sacros ordines, vel sine beneficio, vel sine sufficienti beneficio; per ea quæ dicit glo. in cap. clericus victum 91. distinctio. & in hoc casu

su, habent etiam actionem contra promouentem, qui habet eis prouidere, & supplere necessaria victui: quoad eis de competenti beneficio prouideatur cap. cum secundum de præben. cap. si quis cum ibi glo. de sim. & quando eis sunt data plura remedia, eo minus eis est licitum se negocijs immiscere, vnde magis peccant. Quod verò clerici in minoribus, vel coniugati, vel non, non perdant per negociationem priuilegium dicti Canonis, si quis suadente, vt videlicet sit excommunicatus illa excommunicatione qui eos percutit, nec etiam fori, vt possint pro criminibus, & excessibus puniri, seu condemnari criminaliter, aut civiliter per iudicem sæcularem, id ex eo clare constat; quia clerici coniugati, quos oportet intendere negocijs mundanis & sæcularibus cap. Ioannes præallegato, si in habitu, & tonsura incedunt, illo gaudent: id quod est multo fortius dicendum de clericis in minoribus non coniugatis, quod per negociationem illud non amittant, quando illud retinetur a clericis coniugatis, qui in negocijs intendunt, & intendere debent.

Et dicit Innocen. in d. cap. fina. de vit. & honest. cler. quod clerici primo monendi sunt, vt negociationes clericis non conuenientes dimittant, & si eas non dimiserint, cum eas forte sine peccato facere possent, clericatu dimisso, spoliabuntur beneficio, & Ecclesijs, si habent, & dimittentur Domino sæculari, hoc modo: quod ecclesia non defendat eos, quia perdunt priuilegium: quoad iudicium, vel forum, & functiones municipales cap. pen. de cler. coniug. sequitur Io. And. ibidem, qui dicit, si verò non sunt coniugati monentur vt negociationes clericis non conuenientes dimittant, si non dimiserunt, quia forte sine peccato facere possunt clericatu dimisso, spoliabuntur beneficio, & dimittentur Domino sæculari, hoc modo: quod Ecclesia eos non defendat, & secundum Hostien. hanc esse veritatem, quod si moniti non obediunt, nudati sunt omni priuilegio clericali, & etiam curiæ sæculari finaliter sunt tradendi: tamen post penitentiam, & reconciliationem priuilegium amissum recuperant. Satis credo, quod clericus incedens in habitu, & tonsura, negociationes exercens, & de hoc monitus non desistens, perdit priuilegium solum quoad illa: illis autem negociationibus dimissis, vt potest priuilegio clericali, sed intellige, vt per Abb. ibidem, qui recitat, & dat plures intellectus ad text.

Item alia pœna videtur puniendus clericus, illicite negocians, quia videtur teneri ad restitutionem ex talibus negociationibus acquiritorum, ex quo existit in peccato mortali, quod de sui natura, si sit notorium, inducit præcisionem, & seu suspensionem a Canone, ne exerceat quis officium suum per d. Anto. in cap. vestra. de cohabit. cler. & mulier.

75 nec valet dicere, vt quidam opponunt, quod ille tex. loquitur in fornicatore tantum, quia loquitur etiam si esset aliud crimen, vt per Innocen. ibi: vel etiam si esset aliud crimen quam fornicatio. Et paulo post: si crimina, pro quibus eos suspendit, sint notoria per facti euidentiam: idem exponendo tex. dicit Ioan. Andr. ibidem, quia constitutio pœnalis, etiam quoad pœnam extenditur ad casum similem ex identitate rationis, si ratio in ea constitutione est expressa, vt in l. his solis. C. de reuocan. donat. & tex. in l. secunda. §. quod si curatores, & §. quid si deciserant. ff. ad Tertul. refert Angel. in summa in ver. clericus. settimo circa finem: vbi dicit, quod clericus indubitanter obligatus est restituere fructus, quos percepit existens in peccato mortali, si peccatum sit notorium, quia cum sit suspensus, perinde est, ac si non resideret, quia nullum, & mutile idem est cap. inter corporalia de transla. præla. sicut paria iudicantur non fieri, & non rite fieri cap. veniens de presby. non baptizat.

Facit, quia quando clericus committit causam, propter quam meretur priuari beneficio ecclesiastico, licet non sit priuatus ipso iure: antequam feratur sententia secundum Innocen. cap. cum nostris de concess. præben. cap. ex parte. de Feud. per Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum de consti. tamen quamprimum commisit causam efficitur indignus, & sic male fidei possessor: & sic a tempore commissæ causæ tenetur ad omnes fructus restituendos; ita probat tex. secundum Angel. Paul. de Castr. in l. prima. C. de his quibus vt indig. licet contrarium videatur probari ex glo. not. in authen. de incest. nupti. in principio in verb. imminere in fine, quæ vult, quod ipso iure perdantur bona a scienter contrahentibus incestas nuptias, & licet requirant sententiam declaratoriam, tamen fructus medij temporis perduntur, de cuius glo. veritate dic: vt in authen. incestas. C. de incest. nup. per Angel. & Bal. ibidem: de occulto verò peccatore subiungit Angel. in sua summa d. loco, credo quod non teneatur restituere, quamuis tutius esset restituere: quia & si inutiliter feruiat, quoad se: non tamen quoad alios: aut quoad Ecclesiam.

Et dicit in terminis Innocen. in cap. quia plerique de immunit. Eccles. quod vbiunque aliquid male quæritur, vel ex negotiatione, vel extorsione, ex qua tamen restituere non tenetur, prudenter facit, si omnia acquisita in elemosynas dat 14. quæstio. 5. qui habentis & cap. ultimo, non tamen damnamus eos, si hæredibus relinquunt: si autem illicitas negotiationes faciant, vel alias iniuste aliquid quærant sine calumnia alicui facta, sacerdos debet eis iniungere, vt in bonos vsus sic acquisita expendant, puta erogando pauperibus, vel Ecclesijs, vel alijs

alijs arg. 24. q. iij. si quis cap. de vot. & vot. redenp. cap. magne cap. quod super his, sequitur Hostien. & alij vbi Abb. col. antepen. vers. tertia. conclusio ibi dicit: quod exercens illicitas negotiationes, vel alias iniuste acquirens aliquid sine calumnia alicui facta, teneatur in foro animæ 79 quic quid fuerit inde lucratus in pauperes, vel alios pios vsus erogare arg. xvij. quæst. iij. si quis contumax & in cap. magne. Et in cap. quod super his de vot. fac. cap. cum Tu, in fin. de vsur. de hoc quærit Mathe. in Clem. prima de vit. & honest. cler. ubi tenet quod acquisita, & lucrata ex illicitis, & prohibitis negotiationibus, tenentur acquirentes in foro animæ dare pauperibus cap. qui habetur præallegato Abb. in cap. cum sit de Iudeis, tenet quod illud sit de consilio, & non de necessitate, quod restituatur taliter acquisitum idem tenet Archid. in d. cap. qui habentis 14. quæst. v. dicas ergo, quod vbiunque aliquid male quæritur, vel de negotiatione, vel extorsione, ex qua inde tamen restituere, quis non tenetur, prout de acquisitis ex contractibus per eum celebratis illicite negociando, ex quorum forma sibi acquirit, & illi cum quo contrahat, tenetur restituere, prudenter facit, si omnia det in elemosynam cap. pœnale cap. non sanè 14. quæst. 5. non tamen sunt damnandi si hæredibus relinquunt, per Innoc. d. cap. quia plerique unde cum nullo iure probetur, licet sit bonum consilium, ut in pauperes erogetur, ut sic satisfiat in quo fuit delictum, & peccatum, tamen non est de necessitate salutis. Et hoc tenet Cardinalis d. cap. quia plerique & glo. & Ray. in tit. de rapto. §. sed quid de iocarijs: & iudicio meo idem tenet Innocen. d. cap. quia plerique. licet communiter Doctores, qui tenent contrarium pro se adducant, & male, quia, si intelligeretur, quod dicit ipse Innocen. foret necessariura quod ipse sacerdos debeat ei iniungere, ut in pios vsus expendat, quod acquisiuit faciendo illicitas negotiationes, aut quod aliàs iniuste acquisiuit sine calumnia alicui facta, certe sibi contradiceret, quia superius ibidem præmisit, quod vbiunque aliquid male quæritur vel ex negotiatione, vel extorsione, ex qua tamen restituere non tenetur, nec damnat eum si hæredibus relinquat: sed ideo oportet intelligatur, quod sacerdos debet ei iniungere, ut restituat pauperibus de bono, & equo, non tamen de necessitate, & sic tene quod tali fauet Ius naturale in retentione, propter consensum domini tradentis, nam nihil, tam naturale, ut acquisitio fiat secundum voluntatem domini tradentis. nihil tam naturale de reg. iur. §. per traditionem instit. de rer. diuisio: Fac. quod habetur in 80 cap. fin. de sim. & glos. in summa 14. quæst. v. & prima quæst. 1. non est putanda, & in cap. ex transmissa de decim. dicunt enim illæ glos. quod potest elemosyna fieri de illicite acquisitis, ubi non datur restitutio

iur. ff. Paul. de Castro. in d. l. non dubium numero 8. tex. in l. con-
 tra. ff. de pact. quia contra illud, quod lex iubet, aut prohibet, nihil
 83 est faciendum, late per glo. in l. pacisci. ff. de pactis, ubi ponit de di-
 ctione contra. Nec intellige verbum, Canones, stricto modo, pro con-
 stitutione quæ fit in vniuersali concilio, per glo. cap. Canon. dist. 3.
 quasi constitutio videatur penalis: quia aufert acquisita, ab hæredibus
 acquirentium, vnde tamquam odiosa sit restringenda: quia iudicio
 meo videtur potius large sumendum, vt appellatione Canonis, hic
 84 veniat omnis constitutio ecclesiastica, vt per Abb. in cap. primo de
 constitut. vt videlicet contineat, etiam sub se quatuor species, videli-
 cet decretum, decretalem Epistolam, dogmata, sanctionem, interdi-
 ctum, & mandatum, contra quorum formam. & tenorem aliquid
 male acquisitum fuerit, quæ enumerantur 25. q. ij. si quis dogmata,
 vt sic comprehendantur, non solum acquisita contra formam consti-
 tutionis conciliaris, quæ Canon proprie dicitur, sed etiam acquisita
 contra formam cuiuscunque ecclesiasticæ constitutionis, id quod pa-
 ter ex eo: quia præsens constitutio est iuris antiqui declaratoria. patet
 ex inscriptione bullæ, per illa verba, nos omnem desuper hæsitationis
 materiam submouere &c. decernimus, & declaramus, quod ver-
 bum declaramus, videtur iuris antiqui declaratiuum, non noui edi-
 tiuum arg. ff. de acqui. rer. do. l. sicut. §. sed si queratur. glo. extrauag.
 85 Io. 22. cum inter de verb. sig. in ver. Deinceps, & deinde per illa ver-
 ba spectasse, & spectare, ac sub nomine spoliatorum venire &c. Et per
 illa verba principij, ne prætextu incertitudinis illa ab aliquibus vsur-
 pari, aut super eis dubia aliqua oriri contingat, &c. quæ verba de-
 monstrant Papam velle tollere dubia, & hæsitationes, ac materiam
 spoliatorum quomodo intelligatur declarare: vnde non videtur indu-
 ctua alicuius pœnæ de nouo, & sic nec vt odiosa restringibilis, quam-
 uis etiam lex pœnalis recipiat aliquando interpretationem extensiuam
 vt per Abb. cap. translato. de constit. extra eo. quod magis dicendum
 videtur, quia negociationes sunt interdictæ clericis omni iure in decre-
 to. 88. dist. & 91. 14. q. iij. 21. quæst. iij. cap. primo & secundo cap.
 86 mollicijs cap. hi qui: & in decretal. est factus titulus ne cler. vel Mona-
 tex. in cap. si. de vit. & honest. cler. & titulus iste est repetitus in vj.
 Vnde bulla, quouis modo illicite, & contra Canones acquisita compre-
 hendit, & illicite acquisitum dicitur tripliciter, per Sanctum Tho-
 mam quæst. 32. articulo 7. §. ad septimum: vno modo id quod illicite
 ab aliquo acquiritur: quod debetur ei, a quo est acquisitum, nec potest
 87 ab eo retineri, quia acquisiuit, veluti est rapina, furtum, & vsuræ,
 de quibus homo tenetur ad restitutionem. Et propterea de eis in-
 quit.

quit elemosyna fieri non potest.
 Alio modo illicite acquisitum dicitur, quod ille, qui acquisiuit retinere
 non potest, quod tamen non debetur ei: a quo fuit acquisitum, quia ac-
 cipiens contra iustitiam accepit, & dans contra iustitiam dedit: Sicut,
 contingit in simonia quod non debet restitui danti, sed in elemosy-
 nas erogari potest. Et eadem ratio est in similibus, in quibus datio, &
 88 acceptatio est contra legem. Tertio modo est illicite acquisitum, non
 quidem, quod ipsa acquisitio sit illicita, sed quia id, ex quo acquiritur
 est illicitum, sicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium,
 lenocinium, & huiusmodi, vt per Gaeta. ibidem, Et hoc proprie voca-
 tur turpe lucrum: quia licet mulier agendo meretricium turpiter agat,
 & contra legem Dei, in eo tamen quod accipit non iniuste agit, nec
 89 contra legem, vnde sic acquisitum potest retinere, nec de eo elemosy-
 na fieri debet, iuxta illud deuter. 23. non offeres mercedem prostibuli
 in domo dei tui. Ludo etiam illicite acquiritur, & per aleas aliqua
 acquiruntur illicite de iure diuino: puta quando aliquid lucraris ab
 his, qui rem suam alienare non possunt: veluti sunt minores, furiosi,
 & huiusmodi, & quando aliquis trahit alium ad ludendum ex cupi-
 ditate lucrandi, & fraudulenter ab eo lucretur, in quibus casibus te-
 90 netur ad restitutionem lucrans, & de eo inquit non potest elemosy-
 nam facere, & dicit Io. de Imol. in cap. primo de pecul. cler. in fin.
 quod quis acquisita ex industria in baraterijs, tenetur ad restituendum
 illis, a quibus extorsit, vt Ibi per eum.
 Aliud videtur esse illicite acquisitum ex iure positio ciuili: quod prohi-
 bet vniuersaliter tale lucrum: de quo lucro sic facto, tenetur ad re-
 stitutionem illi, qui sunt tali iure obstricti: nisi forte contraria con-
 suetudo præualeat, aut nisi tractus ad ludum lucratus sit aliquid ab
 eo; qui traxit, quo casu non tenetur ad restitutionem, quia ille qui
 amisit, non est dignus recipere. Item turpissime etiam acquiritur il-
 91 lud, quod acquiritur per Simoniam, per quam acquirens Spiritui
 sancto iniuriam facit, de quo inquit potest fieri elemosyna pauperi-
 bus, vel Ecclesiæ, quia non est debitum ei, qui dedit, quia ex quo
 dedit contra iustitiam, meretur illud amittere, & cui & quomodo
 debeat tale acceptum restitui, vide per eundem sanctum Doctorem
 quæst. 100. eadem secunda secundæ artic. ultimo vers. ad quartum: sed
 de hoc vide, quod diximus in tracta. nostro de Simonia in tit. de dat.
 & accept. Simoniace restitutione. Gaetan. in suis Commentarijs super
 d. quæst. 32. d. loco, facit aliquas distinctiones, quomodo intelligi de-
 beat quando aliquid illicite acquiritur, vbi pro intelligentia & præceptio
 92 ne materiæ dat regulas. Sed vide materiam tractari per Innoc. Abb.

& alios in cap. quia plerique de immunit. Eccles. ubi ponunt, quomodo, quando, & quibus personis debeat de illicite, & turpiter acquisitis fieri restitutio.

Item sciendum est, quod clericis in sacris, & in minoribus ordinibus competenter beneficiatis est interdictum medicari: nisi gratis, & pro miserabilibus personis, vel consanguineis, in physica medicina, nec tunc ubi posset esse periculum, id quod etiam in claustralibus est districte obseruandum cap. multa necler. uel mona. officium uero chirurgi est interdictum omnibus clericis, quia id officium incisionem, & aduersionem requirit. cap. sententiam dict. titulo. & cap. tuanos. de homici. in quibus locis, licet non videatur dici nisi de existentibus in sacris, tamen idem potest intelligi de existentibus in minoribus sufficienter beneficiatis, per Abb. d. cap. sententiam. arg. cap. r. de postul. & contrahit talis clericus irregularitatem, ubi eam laicus non contraheret, quia dat operam rei illicitæ, ut per summistas in uer. medicus. Vnde ex medicina acquisita per clericum, illicite acquisita ceteri poterunt.

Sed est uidendum, an comprehendantur in bulla acquisita turpiter, uel illicite de quibus parti læsæ, uel damnificatæ competat repetitio, uel per uiam actionis, uel officium iudicis, quod non uidetur pronunciacendum, quia de hoc nihil apparet expressum in bulla, & in dubio numquam Papa censetur tollere ius partis, per suam quamcumque commisionem, nisi id expresse manifestet, late per Abb. in cap. quæ in ecclesiarum de const. post Innoc. in cap. quod super his de uoto &c. id quod est adeo uerum inquit Abb. ibidem, quod procedit etiam, si ille, de cuius iure agitur esset infidelis, uel Iudæus, & hinc euenit, quod si aliquo casu contingeret Papam ius tollere, præsumitur hoc per circumuersionem, & importunitatem potius, quam per uoluntatem fecisse, late per Fel. in cap. cum olim. ij. & iij. col. de re. iud. adeo quod tali casu, uerba rescripti sunt impropianda potius, quam proprie intelligenda, ut alteri præiudicent. tradit Roman. conf. 334. circa primum. Decius conf. 11. col. 5. Iaf. in l. ex facto 4. not. ff. de vulg. & pupil. immò potius debent interpretari quod nihil operentur, quam quod indebitè quis damnus patiat, ut Iaf. not. in l. fin. post glōf. Bar. & alios. §. in computatione col. fin. C. de iur. deliberan. id quod procedit etiam si rescriptum emanaret in fauorem piæ causæ, probat Iaf. in l. fin. col. 7. ff. de constir. princip. post Alex. in l. pactum quod dotali col. 2. C. de pact. nam licet uiduis, pupillis, ac alijs pijs causis multum debeamus, non tamen adeo debemus, ut alijs præiudicium inferamus, dicit tex. in cap. ex tenore de for. compet. & cap. nuper de donat.

inter

inter uir. & vxor. & in rescriptis Papa licet non apponatur, uel expressatur, tamen semper censetur apposta, uel expressa clausula, dum modo non sit alteri ius quasitum, tradit Fel. in cap. Capitulum col. 17. uerf. de duabus. de rescrip. fac. tex. in cap. ex tuarum de auctorit. & uerf. pal. cap. ex parte el tertio & ibi Abb. in secundo nota. de decim. uerf. de licet sit omilla illa clausula in nostra constitutione, ut posset opponi, tamen nihil refert, quia expressio eorum, quæ tacite insunt nihil operatur. l. condiciones. ff. de cond. & demonstra.

Quamuis possit dici contrarium per uerba illa generalia, aliàs contra sacros Canones quomodolibet acquisita &c. & per illa: quæ hactenus remanserunt, remanent, & remanebunt, ad eandem Cameram, & non ad alios spectare & pertinere, &c. quæ importare uidentur omnem acquisitionem quomodolibet factam contra Canones esse Camere Apostolicæ, & omnem alium excludere, ita, ut legis antiquæ dispositio, tollatur per hanc constitutionem contrariam, id quod potest per ea quæ dicit Abb. in cap. cum accessissent. ij. col. uerf. ultimo adduco de constir. Bart. x. col. uerf. circa secundum. post Cin. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. etiam absque facta mentione de prima lege, nisi tamen prima lex haberet clausulam derogatoriam ad secundam, quia tunc esset opus facere mentionem de prima. arg. l. si quis in principio. ff. de leg. teruo & in cap. nonnulli de rescrip. aliqui tamen in d. l. si quis dicunt, quod si loquamur de priuilegio, uel rescripto, uel testamento, quæ sunt priuata lex, sic oportet, quod fiat mentio quando habent clausulam derogatoriam ad secundam, si autem loquamur de legibus uel statutis, uti est in casti nostro, non oportet, quod fiat mentio, etiam si habent clausulam derogatoriam ad secundam, per Clem. dudum de sepult. quia cum Papa uel princeps præsumatur omnia scire, uidetur scienter uelle reuocare statuendo in contrarium. Nec est propterea mirabilis hæc constitutio, cum secundum uarietatem temporum debeant statuta humana mutari: quia lex debet conuenire tempori 4. dist. erit. nec pari modo esset mirabile, si etiam in istis fiscus apostolicus succederet, cum omnia lucra turpia, & illicita fiscus auferat, & recipiat, quia fiscus est sacculus male ablatorum, & quod Christus non capit, fiscus rapit, per Abb. in cap. cum sit de iud. per tex. in l. latius ff. de iur. fisci. Et Papa ita statuendo uideatur clericos delinquentes in eo punisse, in quo delinquerunt, quod agere debet.

Sed post hæc scripta, legens bullam Pij iij. super confirmatione priuilegiorum incolarum urbis, nec non declarationis literarum, super bonis ex illicita negotiatione acquisitis, uidi, quod illa uerba contra Sa-

- 101 cros Canones in Bulla posita remouentur, & per eundem Pium declarando statuitur, quod bulla super illicite acquisitis facta sit, & intelligatur sine dictis verbis, ac si non essent in bulla posita, unde in illis nulla vis fieri habet quoad curiales, & incolas, in quorum fauorem bullam reformat. Sed pro nunc non recedo à prima opinione, ut per hanc constitutionem Papa non voluerit tollere iura, & actiones tertio competentia, quia primo Papa nihil videtur dicere in bulla, unde intentio eius non præsumitur de eo, quod verba non important. l. 1.
- 102 quod constitutum. ff. de testa. milit. tradunt moderni. Papien. in. l. prima in iij. col. vers. tertio fac. ff. si quis in ius vocat. non ier. Gomes. in reg. de infr. resig. quæst. 13. num. 3. quia Imperator, & Papa non potest auferre rem suam alicui sine causa: quia Imperator licet habeat iurisdictionem in vniuerso, non tamen habet dominium rerum priuatarum, quæ ab olim fuerunt concessæ occupantibus, insit. de rer. diuisio. quasi per totum: id quod etiam præcedit respectu bonorum infidelium, & Iudeorum, nam sine causa Papa, nec Imperator potest auferre bona eis: de quo plene per Innocen. in cap. quod super his de vot. licet possit princeps modicam lesionem afferre, ut puta dare debitori dilationem, ut non possit interim conueniri a creditoribus. l. quoties. C. de preci. imper. offer. secus si in totum vellet concedere, ut non possit conueniri aliquo tempore: quia sine causa hoc non potest, ut not. ibi glo. & Innocen. in cap. quæ in ecclesiarum de constit. licet enim secundum Innocen. ibidem, possit imperator mihi tollere actionem, quæ est de iure ciuili per l. ij. ff. de orig. iur. non tamen potest facere, quod iustitia mihi non reddatur, unde reditur ad primæuum ius, in quo non erant actiones, sed manu regia administrabant iustitiam. Et dicit Bal. in rubrica extra de iudic. in 4. col. & in l. prima. ff. de constit. princip. quod si princeps excedit iustitiam, nunquam præsumitur velle excedere, nisi in modico, non in totum. Et dicit Roman. in sing. suis quod in cap. iudicas humanum. 13. quæst. 9. est casus singularis, quod Papa, vel Imperator non potest disponere, quod stetur dicto vnus testis in præiudicium partis, vide per Abb. d.
- 103 cap. quæ in ecclesiarum de constit. col. 4. facit in hoc casu quia ille, cui est facienda restitutio, potest esse de alieno territorio, & iurisdictione, & non subditus Papæ, quo casu non potest, nec debet esse comprehensus, vel ligatus constitutione Papæ: qui non est ei dominus, quo casu si Papa ei mandat, ut det rem suam alicui non tenetur ei obedire, per Innocen. in cap. inquisitioni de sent. excom. vbi dicit quod si Papa mandat laico sibi non subiecto temporaliter: quod alicui det rem suam, non tenetur ei obedire, si non appareat aliqua legitima causa.

- si obediendi, cum non sit ei subiectus temporaliter, refert Abb. d. ca. in ecclesiarum col. 4. vbi dicit, quod hoc dictum facit ad multa. Item potest esse pauper pari modo cui auferre non est de mente Papæ: qui est pater pauperum, quorum causa spiritualiter spectat ad illum extra de prec. cap. nihil.
- Item videtur, quod isto casu constitutio esset contra ius naturale: quia transferret dominia rerum de vno in alium: quæ nõ est seruanda secundum Innocen. quem sequitur Abb. ibi col. pen. cap. plerique de immunit. eccles. vers. tertiadecima.
- Item si sit verum, quod acquisita restituenda comprehenduntur in bulla, & sint debita Camera Apostolicæ, nascitur vnum absurdum, quod ille erit obligatus pro eadem re duobus, illi videlicet cui abstulit, cui ius auferre non potest per reg. quod meum est, sine facto meo, &c. Et Camera Apostolicæ; cui per constitutionem applicatur, quod esse non debet, quia ex verbis bullæ non apparet, quod debitor sit a prima obligatione liberatus. Et peccatum violentiæ, & furti nõ purgatur, per quacunque manus res furtiua ambulauerit, nisi restituatur domino, cui fuerit subtracta. l. sequitur. §. quod autem. ff. de vsuca. nec est purgatum vicinum, nisi facta restitutione, late glo. in reg. peccatum de reg. iur. in 6. Et iustitiæ partes sunt, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere. §. iuris insit. de iust. & iure, & iustitia est ius suum unicuique tribuens eo. vbi glo. dicit quod ne dum non lædere: sed alteri proficere debemus.
- Et pro cognitione istorum restituendorum, vide quæ dicit Inocen. in cap. quia plerique de immunit. Eccles. vbi magistraliter dicit: quod restitutio, tunc est semper facienda, vbi cumque sit commissum furtum, rapina, oppressio, dolus, vel calumnia. 14. quæstio. 5. cap. fin. Et per
- 105 hæc inquit, comprehenduntur omnes casus, in quibus competit repetitio, siue per viam actionis puta metus causa, vel de dolo, vel consimiles, siue iudicis officio. Idem dicimus, quod tenetur restituere, siue iure naturali tantum, quale est illud, quod debetur seruo. Et ideo inquit de eo non faciat elemosynam, sed illud restituat obligatus. Item tenetur restituere illi: qui est tutus præscriptione odiosa bona fide, vel etiam exceptione tantum: vbi tamen non fuerit crimen. Item habens exceptionem odiosam, puta Macedoniani tenetur restituere, quia illa exceptio, & illud ius, non est tantum factum in odium creditoris, sed etiam propter bonum publicum, ut vitentur mortes parentum. l. 1. in principio. ff. ad maced. Item tenetur restituere habens aliquid ex donatione minoris, vel ex alio contractu inito, qui nõ tenet ipso iure: puta, si in alienatione minoris absit autoritatis Tutoris, vel decretum iudi-

cijs ad hoc enim, inquit, ut quis restituere non teneatur, oportet, quod ad sit bona fides, & iustus titulus. item videtur restituendum esse, quando aliquid est vlttradebitum exactum, in tantum quod iudex ex officio suo deberet cogere ad restituendum, & tunc etiam in foro penitentiali restituere præcipitur. Item maiores officiales restituere tenentur, si quid indebitum recipiant. 14. quæst. 5. cap. vlt. Item tenetur restituere, qui aliquid est lucratus in ludo, si trahens lucratus est, non si tractus, quia nihil tunc dolo fecisse videtur, & de quæstis in bello remittit se idem Innocen. ad dicta per eum in ca. sicut extra de homicid. Item hypocrita acquisita per hypocrisim tenetur restituere, quia sub nomine boni Christiani, & per fraudem acquisuit, quamvis forte non debeat restituere illi qui dedit d. cap. fin. 14. quæst. 5. quia consecutus fuit mercedem suam. subdens ibidem Innocen. quod si princeps facit aliquam constitutionem contra ius naturale, sine causa: puta quod dominia rerum de vno in alium transferantur, quod non est seruanda, nec in foro animæ, nec in foro iudiciali, vbi etiam dicit, quod constitutiones, quæ sunt contra salutem animæ, ut de vsuris, & de iuramento non seruandis, seruari non debent &c. pro quo vide Abb. ibidem, qui pulchre Innocentium interpretando materiam declarat in vers. decima quæstio, & vndecima quæstio, duodecima, ac tertia decima, & per totum vsque ad finem, merito ista indebite acquisita, quæ sunt restituenda, non debent in bulla intelligi comprehensa, nec Cameræ debentur, quia dicit Abb. in cap. relatum secunda lect. de testam. in fine, quod si clericus aliqua acquisit ex illicita aduocatione, negociatione inhonesta, vel ex ludo secundum Hostien. quod primo sedandi sunt clamores, si qui apparent, quasi velit dicere quod si apparent repetentes, eis primo est indulgendum, alias autem fieret distributio per Episcopum inter pauperes, sed hæc inquit consideratio est indistincte vera, vbi illicite acquisitum subiacet restitutioni, &c. ut ibi per eum, & refert Bernard. diaz in practica crimi. Canon. cap. 50. quod quæstia per clericum ex illicita negociatione danda sunt pauperibus, ut not. Math. quem refert Card. in Clemen. prima in fi. de vit. & honest. cler. & alij, quos refert Imol. ibi 2. colum. & per eos ibi, si totum non reddiderint, non sunt in statu damnationis. Et per Archid. Flor. in summa in iij. parte tit. 13. cap. 2. §. fin. habetur quod hoc fit in foro penitentiali, vbi dicit, quod in foro penitentiali debet clericis iniungi, vel saltim consuli, quod ea, quæ taliter lucrati sunt studeant pauperibus erogare cap. qui habetis 14. q. 5.

Et ex sui generalitate bulla videtur etiam comprehendere clericos cuiusuis ordinis, etiam clericos seculares, in minoribus tantum constitu-

tos, etiam non beneficiatos, quibus dicebat Abb. minime prohibentur negocia secularia aliàs licita, ut per eundem cap. primo in fin. ne cler. vel monach. maxime per verba illa bullæ, primo, per clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos, & paulo post per illa verba per quosuis clericos, tam seculares, quàm quorumuis ordinum etiam mendicantium &c. etiam in sacris ordinibus constitutos cuiuscunque status ordinis &c. vbi verbum, etiam in sacris ordinibus constitutos. Et paulo post per illa verba per quosuis clericos, tam seculares, quàm quorumuis ordinum, etiam mendicantium &c. etiam in sacris ordinibus constitutos cuiuscunque status ordinis &c. vbi verbum etiam in sacris, videtur additum ad denotandum, quod etiam clerici non existentes in sacris sunt comprehensi, per naturam suam copulandi, & coniungendi, & dictio quosuis, & dictio cuiuscunque status, ordinis, sunt dictiones generales. Siue vniuersales, quæ generaliter intelligi debent l. de pretio de publican. in rem actio: quæ, ut generaliter intelligantur, debent comprehendere quamcumque personam clericali caractere insignitam, ac demum quemcumque clericum, quia alias nihil operarentur, facit, quia ab huiusmodi negocijs videntur prohibiti de iure omnes Episcopi, omnes sacerdotes, omnes Diaconi cap. Episcopus 88. dist. fac. rubrica decretorum ne cler. vel monach. vbi Abb. dicit, q. appellatione clericorum, veniunt omnes in quacunque dignitate sint positi, ex quo sunt electi ad seruitium Dei. Vnde inquit, omnes qui non sunt laici dicuntur clerici, cum duo sint genera Christianorū vnum clericorum, aliud laicorum. 12. q. 1. duo sunt genera, eo quod magis debent intelligi comprehendere a constitutione, quia est malæ vitæ, & malorum morum correctiua, & reformatiua, boni inductiua, & excitatiua virtutis, & malos mores prohibens, a quibus magis clerici abstinere habent, quia clerici deprehensi in crimine plus peccant, quam laici, late per Archid. in cap. arianos. 1. q. 1. quia religiosi, qui nomen sanctitatis habent, peruerse agendo, plus nocent in Ecclesia Dei, quam alij 83. dist. nemo.

Et videtur etiam comprehendere acquisita cuiusuis temporis, quamuis regulariter noua constitutio nouiter edita recipiatur, & operetur circa futura tempora tantum, ne afficiat aliquos sine culpa. not. Abb. per illum tex. cap. cognoscentes de constitu. glo. est extrauag. cum inter colum. 4. ver. deinceps extrauag. fol. 22. de verbo. signifi. quia in ea sunt expressa tempora per illa verba. videlicet remanent, remanserunt, & remanebunt, quod tollit dubietatem: quia illud, quod constitutio nouiter edita comprehendat, & concernat tempora futura tantum, intelligitur, nisi aliter caueatur expresse in lege ut extendatur ad præterita

terita, vt per Abb. d. loco. Fel. cap. fina. de const. Bar. & Bald. in l. de vsuris. C. de vsur.

- Et taliter acquisita applicat, & incorporat Camera, quod etiam per testamentarium, aut alium modum impedit clerico dispositionem, per illa
- 111 verba in Bulla: quæ etiam ex facultate, quam habuerint testandi conditio testamento, aut quibus illos etiam eis viuentibus priuari, & etiam eis destitui contingeret, &c. Idque ex vsu comprobari videtur, quia in facultatibus testandi à Romana Curia venientibus, vel per viam breuis sub Annulo Piscatoris expeditis, vel per bullam in forma Cancellariæ sub plumbo, vel per viam literarum sacræ penitentiariæ expeditis, de quacunque summa pecuniæ, rerum, vel bonorum
- 112 semper inest, & apponitur clausula, licite tamen acquisitis, nec hactenus vidi facultatem sine dicta clausula: & quod acquisita maxime ex industria, mercatura, & commercio clericorum, spectant ad Camera, seu fiscum Apostolicum, ante videtur declarasse Paulus quartus, in sua quam edidit constitutione contra apostatas, vbi, vt facilius apostatæ reciperentur a monasterijs, vnde exierant, acquisita per eos etiam ex mercatura, industria, vel commercio, amouet a Camera Apostolica, vel fisco Apostolico, & illa eidem monasterijs applicat, quæ constitutio fuit reformata a Pio quarto. vt in bulla reformationis Sub Datum Romæ 1560. tertio Non. Aprilis Pontificatus sui Anno primo, & ab istius constitutionis generalitate, Pius quartus confirmando, & innouando priuilegia curialibus, & incolis vrbis, eisdem incolis, & Curiales, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Prælatos, officiales, ac alios clericos, tam saculares, quam regulares, ac omnes alios testandi facultatem, vel codicillandi a Sede Apostolica habentes exempt, ac
- 113 non comprehendi aut comprehensos esse declarauit, per suam, quam desuper factam constitutionem edidit, Nonis Februarij anno 1561. quæ est inserta in calce tractatus, quæ est cum rubrica seu intitulatione, Bulla Confirmationis, & Innouationis priuilegiorum incolarum, & Curialium Vrbis, super libera facultate disponendi de bonis suis, necnon declarationis literarum, super bonis, ex illicita negotiatione acquisitis editarum, ex quibus fit absolutum pronunc quod dicere
- 114 volumus super ista quæstione.

S V M M A R I V M.

- 1 **P**relatus potest alienare mobilia Ecclesiæ, quæ seruando, seruari non possunt.
- 2 **Q**uod in vno est prohibitum, in ceteris videtur esse permissum.

3 Præ.

- 3 **P**relatus habet liberam dispensationem in fructibus.
- 4 **H**eres licet sit dominus rei fidei commissa, non potest alienare.
- 5 **C**lericus de fructibus suæ præbendæ, potest dare cui vult.
- 6 **C**lericus de fructibus remunerat seruitia.
- 7 **A**bbas stante consuetudine, potest dare etiam puella maritandæ.
- 8 **P**relatus in disponendo de rebus Ecclesiæ, debet habere Deum ante oculos.
- 9 **E**leemosynam debet facere Prælati de rebus Ecclesiæ.
- 10 **P**relatus tenetur de redditibus Ecclesiæ, alere consanguineos.
- 11 **F**rater de iure civili tenetur dare dotem sorori non habenti.
- Item & alere.
- 12 **F**rater clericus potest dotare sororem, vel aliam consanguineam de fructibus Ecclesiæ.
- 13 **C**lericus potest pascere filios de fructibus Ecclesiæ.
- 14 **M**inus est peccatum dare consanguineis: quam extraneis.
- 15 **Q**uantitas rei facit donatum licitum, & illicitum.
- 16 **R**ex potest donare de rebus regni moderate.
- 17 **Q**uid sit beneficium habens administrationem.
- 18 **Q**ui sint personaliter, & simpliciter beneficiati.
- 19 **P**ractica quam debet seruare dans aliquid de rebus Ecclesiæ.
- 20 **S**i decedat clericus post mensem Augusti, & ante Cal. Martij fructus Anni sequentis sunt Ecclesiæ.
- 21 **I**tem si decedit post Calendas martij ante mensem Augusti sunt clerici.
- Fructus pendentes sunt Ecclesiæ, separati vero a solo sunt clerici
- 22 **F**ructus separati, & reconditi sunt clerici.
- Q**ui non sunt separati, aut reconditi spectant ad Ecclesiam.
- 23 **N**on reperitur in iure: quod clericus satisfaciat.
- 24 **C**lericus ita acquirit distributiones quotidianas; quod de illis disponit, vt Rusticus de diurni operis denario.
- 25 **F**ructus collecti mortuo usufructuario, vadunt ad illius heredes, non ad proprietarium.
- 26 **D**istributiones quotidiana dantur propter seruitium Altaris.
- 27 **F**ructus pensionum exacti, vel diuersi acquiruntur taliter clerico: quod in testamento, vel ab intestato transmittit ad heredes.
- 28 **F**ructus pensionum lucrati dicuntur proprii, & possunt donari.
- 29 **C**uria seruat, quod clericus cedit fructus beneficij creditoribus, deductis sibi necessarijs.
- 30 **C**amera Apostolica succedens in spolijs clerici defuncti, tenetur soluere illius debita.
- 31 **F**ructus beneficij possunt dari creditoribus in causam iudicati.
- 32 **C**lericus, qui acquisiuit in seruiendo pro Capellano, sibi acquisit.

33 Fructus

- 33 Fructus Ecclesie possunt locari, vendi, & obligari.
 34 Vendere fructus, & locare idem est.
 35 Res, quæ proueniunt de fructibus Ecclesie, vendi non possunt.
 36 Non est prohibitum vendere fructus decimarum, & oblationum.
 37 Clericus potest vendere, & obligare fructus præbendæ ad modicum tempus sine consensu Episcopi.
 38 Vide quâdo, & in quibus casibus prælatus disponat de fructibus Ecclesie.
 39 Fructuum Ecclesie male, & voluptuose consumptorum restitutio non est necessaria.

§. Verum quia.

- 1 Clericus non debet habere de fructibus beneficii ultra necessaria.
 2 Nihil debet ab Ecclesia accipere, qui habet aliunde, ut uiuat.
 3 De redditibus Ecclesie, illud tantum est clericorum, quod probabili ratione consumunt.
 4 Equus emptus de pecunia Ecclesie, Ecclesia est.
 5 Clericus de fructibus Ecclesie non potest vendere, nec testari, nec donare.
 6 Nullus clericus dicitur habere dominium sui beneficii.
 7 Clericus potest facere donationem de rebus Ecclesie in remunerationem accepti seruitij.
 8 Vang, & delicatæ expensæ factæ per clericum, non deducuntur de fructibus Ecclesie.
 9 Quæ expensæ deducantur de fructibus Ecclesie.
 10 Clericus capiens de bonis Ecclesie ultra necessaria, aliena capit.
 11 Clericus tenetur ad restitutionem fructuum Ecclesie voluptuose consumptorum.
 12 Clericus expendens de rebus Ecclesie ultra debitum, tenetur restituere.
 13 De fructibus Ecclesie habet uiuere prælatus, & qui illi seruiunt.
 14 Victus melior, vel peior datur secundum qualitatem personæ.
 15 Nomine cibariorum non veniunt vestimenta.
 16 Nomine alimentorum veniunt vestes, & habitatio.
 17 De fructibus Ecclesie, datur victus clerico commode.
 18 Clericus debet habere beneficium, quod sufficiat sibi, & suis.
 19 Ecce, quod in victu clerico subministrando, attenditur nobilitas, dignitas, scientia, &c.
 20 Clerico Doctori conuenit habere famulum.
 21 Hodie clerici non debent uiuere ita stricte, sicut olim.
 Et dos hodie magis ampla assignatur clericis, quam olim.
 22 Hodie est difficile dicere, quot fructus sufficiant beneficiato; quia plus vni.

& minus alteri sufficit.

- 23 Clericus non facit fructus beneficii suos.
 24 Clericus de fructibus Ecclesie sibi non acquirit.
 25 Clericus in fructibus beneficii, habet solum ius Canonice dispensandi.
 26 Clericus potest dispensare ad libitum de fructibus, sibi pro victu debitæ.
 27 Clericus disponens de fructibus contra ius, punitur.
 28 Clericus non potest usurpare sibi fructus ecclesie, quamuis eosdè in alias dispensare possit, alioqui committeret furtum, & sacrilegium.
 29 Quæ sita de rebus ecclesie, ipsa ecclesia vendicat.
 30 Si ædificas de rebus ecclesie in solo tuo, solum cadit ædificio.
 31 Si Prælatus res ecclesie conferat in consanguineos, fur est & latro.
 32 Longa interpretatio doctorum non est mutanda.
 33 Clericus non bene administrans res ecclesie habetur loco prædonis.
 34 Acquisita per clericum ex iniunctione penitentiarum, sunt Ecclesie.
 35 Clericus de meliorationibus factis per eum in rebus ecclesie, non potest prohibito disponere.
 36 Nullus est proximior clerico, quàm ecclesia.
 37 Melioramenta facta in rebus ecclesie de suo patrimonio, clericus reperit.

§. Sed in contrarium.

- 1 Quæ interuenire debent in alienatione rerum Ecclesie.
 2 Ratio quare in rebus Ecclesie alienandis non requiritur subscriptio: nisi in casibus expressis.
 3 Vide, vbi requiratur subscriptio:
 4 Causæ legitimæ alienationum rerum ecclesie,
 5 Quæ sint illa, quæ seruando seruari non possunt.
 6 Consuetudo loci dat iurisdictionem.
 7 Quæ dicatur minima, vel modica quantitas.
 8 Quatuor casus: in quibus disponit de rebus ecclesie.
 9 Verbum aliquid importat modicitatem.
 10 Clerici legantes nepotibus, & consanguineis committunt sæpe fraudes.
 11 Oportet fieri traditionem à uiuente illarum rerum, quas donat Clericus.
 12 Casus, in quo donatio facta de fructibus Ecclesie reuocatur.
 13 Fructus clerico pro victu debiti sunt sui: si in usum suum conuertet.
 14 Fructus pro victu debentur clerico: licet aliunde victum habeat.
 15 Multis modis quid potest dici suum, & proprium.
 16 Si clericus distrahit fructus beneficii, & donat pecuniam amico, valeat donatio.
 17 Beneficiorum genus multiplex.

- 18 Clericus non potest sibi fructus conseruare, nec ex eis sibi acquirere.
 19 vide tres opiniones diuersas Doctorum, de potestate clericorum circa fructus & res ecclesie.
 20 Ad quem peruenit res ecclesie, ille tenetur restituere.
 21 Rei vendicatio competit ecclesie contra quemcunque.
 22 Ad recuperandum bona ecclesie, competunt plures actiones.

§. Quid dicendum.

- 1 Fructuum ecclesie plura genera.
 2 Pro ecclesia semper benigna fit interpretatio.
 3 Communis usus inualuit: quod hodie clerici appropriant sibi oēs redditus.
 4 Bulla Pij iij. contrafacientes legata in fraudem Camera.
 5 Distributiones quotidiana, non computantur in valore beneficij, nec sunt de corpore beneficij.
 6 Capellanus ad nutū amouibilis, potest disponere de fructibus Capellanie.
 7 De fructibus pensionum clericus videtur pro libito posse disponere.
 8 Pensio est quid prophanum.
 9 Pensiones etiam laico assignari possunt.
 10 Pensio assignatur in causa alimentorum.
 11 Alimenta in vita non soluta soluuntur heredibus.
 12 Pensiones decursæ, non solutæ in vita, transmittuntur ad heredes etiam ab intestato.
 13 Clerici sunt Domini fructuum perceptorum: quo ad dispensationē debitā.
 14 Meliorationes factæ per prælatum in rebus ecclesie, sunt ecclesie.
 15 Emptum de pecunia aliena acquiritur ementi.
 16 Casus; in quibus res emptæ efficitur non ementis, sed illius, cuius fuit pecunia.
 17 Non est aliquod dominium, vel possessio clericorum in rebus ecclesie.
 18 Oblata ecclesie deo oblata dicuntur.
 19 Res ecclesie sunt prælatorum, quoad gubernationem, pauperum quoad sustentationem.
 20 Bona sunt diuisa ecclesiis diuersorum locorum, pro communi utilitate.
 21 Bonorum ecclesie administratio auctoritate Papæ concessa prælatis.
 22 Xistus, & alij Pontifices concedunt curialibus posse disponere de acquisitis ex fructibus ecclesie.
 23 Casus enumerati; in quibus clericus prohibetur disponere de reb. ecclesie.
 24 Prælatus tenetur de culpa per eum in rebus ecclesie commissa.
 25 Clericus de iure antiquo non poterat habere bona particularia.
 26 Clerici possunt aliqua in elemosynam erogare, non ratione testamenti.
 27 Clerici

- 27 Clerici possunt pro seruitio recepto moderate donare.
 28 Clericus potest tantundem de bonis ecclesie relinquere: quantum de suo contulit ecclesie.
 29 Clericus potest testari de expensis factis per eum causa ecclesie.
 30 Clericus potest testari de bonis ecclesie; si hoc habet consuetudo.
 31 Vide, an condemnato Clerico possit fieri exequutio in fructibus pro victu debitis.
 32 Quando permistim est facta acquisitio per clericum, iudicis est arbitrium; quantum de patrimonialibus, de artificio, vel doctrina, & de ecclesiasticis sit acquisitum.
 33 Presumitur esse ecclesie illud, quod possidet prælatus post adeptam prælaturam.
 34 Consuetudo attenditur in dispositione fructuum ecclesie.
 35 Intellectus ad glo. in cap. presenti de off. ordin. in vi.
 Clericus testari potest de distributionibus quotidianis.
 36 Clericus testari potest de stipendio Capellanie ad nutum amouibilis.

§. Et in hac materia.

- 1 De quibus fructibus ecclesie possit testari clericus.
 2 Clericus fructus ecclesie, quos potuit, & noluit consumere, non potest legare, etiam terra sancta.
 3 Usarius tantum facit suum, quantum consumit.
 4 In administratoribus quales sunt clerici, potentius est ius in vita, quam in morte.
 5 Ratio, quare clericus magis possit donare, quam legare.
 6 Pensionarius transmittit terminos pensionis non exactos ad heredes ex Testamento, nec non ab intestato.
 7 Clerici de acquisitis, ex litteratura, vel alias licite, libere disponunt in Testamento, & ab intestato.
 8 De illicite quæsitis non disponet clericus; quia sunt spolia.
 9 Clericus ex sua industria acquiri sibi, non sua ecclesie.
 10 Datum sacerdoti pro missis dicendis acquiratur ecclesie; si intuitu ecclesie datum fuerit.
 11 Cardinales reges appellantur; quia cum Papa regunt totum orbem.
 12 Episcopi possunt testari de illis; quæ sibi offeruntur pro ordinationibus.
 13 Acquisitum ex causa Simonie, turpissime acquisitum.
 14 Episcopus regularis non potest disponere de rebus post Episcopatum acquisitis, etiam intuitu persona.
 15 Prælatus regularis non potest testari, etiam si sit Cardinalis.
 16 Dispensatio

- 16 *Dispensatio de rebus ecclesie est concessa magis lata clericis secularibus; quam regularibus.*
 17 *Prælatus secularis intuitu personæ acquirens sibi acquirit. Regularis vero acquirit ecclesia.*
 18 *Religiosus profitens vria substantialia prohibetur testari; secus si non profitetur.*
 19 *Licentia Testandi solet impetrari ab episcopis, non a clericis, quia clerici secundum aliquos libere disponunt de fructibus ecclesie, sine licentia.*

.f. Et ex his.

DE POTESTATE CIRCA FRUCTVS,
& res ecclesie clericis, vel prælati concessa.

Q V Æ S T I O . III.

§.



VERVM quia sæpe occurrit, quod mortuo Clerico, Collectori Camerae spolia recuperare procuranti offeruntur eidem testamenta, donationes, ac aliæ dispositiones factæ per defunctum, quibus hæres nitur iura Camerae occupare, & impedire, vnde dubium nasci solet, numquid potuerit facere talem dispositionem. Ideo hanc de facultate Clerici, vel Prælati quæstionem facere, iudicavi ad propositum: vt constito quid possit, vel non possit super his Clericus, constet etiam, quid efficaciter, vel effectualiter Camera Apostolica, quid hæres, vel donatarius, seu alius super sic dispositis prætere, vel obtinere possit.

Et videtur, quod Clericus, vel Prælatus de fructibus beneficiorum, ac de alijs acquisitis, quæ faciunt spolia, possit libere pro libito suæ voluntatis, tam inter viuos disponere donando, & contractando, quam in vltima voluntate testando, & codicillando. In hac materia scribunt Doctores variæ, & diuersis modis laborant. Conabor ego hinc inde collecta ordinare, & quæstionem clarius, quàm potero, disputare, vt facilius, quàm fieri possit, materia pro sui difficultate legentibus exponatur.

Et primo (inquam) videtur quod Clericus, seu Prælatus in redditibus, ac fructibus beneficiorum, & ecclesie habeat omnimodam facultatem, ac de illis possit pro suæ voluntatis libito disponere, quia in huiusmodi æquiparatur Clericus, vel Prælatus usufructuario, quia usufructum in illis habet, vt dicit glo. in cap. ex literis. extra de probat. vbi inquit,

Inquit licet prædia Ecclesie non sint proprie Clericorum, agere tamen possunt Clerici finium regundorum, cum habeant ius in illis, scilicet usufructum. ff. fin. reg. l. 3. §. finium. Item glo. in cap. si. de pecul. cler. in verbo obitus. ibi, quod beneficiati in Ecclesijs, usufructuarijs comparantur &c. videtur dicere tex. ibi vsque ad diem obitus sui possideat. Item in tex. in cap. relatum il 2. de testa. ibi per Ecclesiam acquisita ad eam in Clericorum obitum deuoluantur.

Item glo. in cap. nulli de rebus eccles. non alien. in verb. immobilem. ibi, mobilia vero, quæ seruando seruari non possunt, potest Prælatus alienare instar Tutoris. l. lex. C. de administ. tuto. & l. vltima. C. quan.

- 1 Decreto op. non est, & usufructuarius fructus perceptos, immo separatos a solo, & reconditos facit suos: taliter quod illos etiam ad hæredes transmittit. text. videtur notabilis in l. defuncta. ff. de usufruct. Bart. in l. fina. §. frui. ff. de iur. fisci, & Doctor. in l. Iulianus. §. fructibus. ff. de actio. empt. Salic. in l. fructus. C. de actio. empt. l. arboribus. §. Iulianus, aliàs, si fur. ff. de usufruct. & quibus modis usufruct. amit. si usufructuarius, & dicit Zabarella in cap. Ceterum. extra de donatio. vers. tertio nota, quod Prælatus potest de fructibus libere conferre, etiam cessante consuetudine, per text. iuncta glo. in cap. nulli, de rebus eccles. non aliena. vbi fit prohibitio, quod per clericum non alienentur res immobiles suæ Ecclesie, & per glo. ibi dicitur, quod mobilia, quæ non possunt seruari, possunt alienari, quia si sunt prohibita alienari mobilia tantum, potest dici, quod mobilia sit permessa alienatio, quia quod in vno est prohibitum, in ceteris esse videtur permillum, & econtra. l. cum prætor. & ibi Bart. ff. de iudi. Et per eundem Cardinalem Zabarellam ibidem vers. & dic. quod aut loquimur de fructibus ecclesie, aut de alijs. Et primo casu videtur tenere donatio in quantacunque quantitate facta, quia Prælatus habet liberam dispensationem in istis. Et paulo post, dic vt prædixi, quia tenet donatio etiam immodica, quoniam præiudicatur soli donanti, qui omnes fructus poterat in suos vsus conuertere, idem in cap. inquirendum de pecul. cler. ibi. Sed si Prælatus vendit fructus quos libere potest distrahere, &c. Idem refert in cap. fina. eo. quod Ioan. & Laur. 1 2. quæstio. 1. duo. dicunt credendum, videlicet quod clericus sit dominus fructuum collectorum, & de eis pro libito disponere possit, ita quod proprietatem sit ipsius, vbi glo. in ver. proprietatem dicit, tamen bene concedendum est, quod clericus sit dominus fructuum collectorum. Sed licet proprietatem fructuum sua sit, tamen non potest eam, cum moritur, alicui largiri, ratione testamenti. Sed intuitu eleemosynæ sic quemadmodum hæres: qui licet sit dominus re-

H runi

- 16 *Dispensatio de rebus ecclesie est concessa magis lata clericis secularibus; quam regularibus.*
 17 *Prelatus secularis intuitu personae acquirens sibi acquirit. Regularis vero acquirit ecclesie.*
 18 *Religiosus profitens tria substantialia prohibetur testari; secus si non proficitur.*
 19 *Licentia Testandi solet impetrari ab episcopis, non a clericis, quia clerici secundum aliquos libere disponunt de fructibus ecclesie, sine licentia.*

.§. Et ex his.

DE POTESTATE CIRCA FRUCTVS,
& res ecclesie clericis, vel praelatis concessa.

Q V A E S T I O . I I I .

§. **V**ERVM quia saepe occurrit, quod mortuo Clerico, Collectori Camerae spolia recuperare procuranti offeruntur eidem testamenta, donationes, ac aliae dispositiones factae per defunctum, quibus haeres nititur iura Camerae occupare, & impedire, unde dubium nasci solet, numquid potuerit facere talem dispositionem. Ideo hanc de facultate Clerici, vel Praelati quaestionem facere, iudicavi ad propositum: ut constito quid possit, vel non possit super his Clericus, constet etiam, quid efficaciter, vel effectualiter Camera Apostolica, quid haeres, vel donatarius, seu alius super sic dispositis praetendere, vel obtinere possit.

Et videtur, quod Clericus, vel Praelatus de fructibus beneficiorum, ac de alijs acquisitis, quae faciunt spolia, possit libere pro libito suae voluntatis, tam inter vivos disponere donando, & contractando, quam in ultima voluntate testando, & codicillando. In hac materia scribunt Doctores variae, & diuersis modis laborant. Conabor ego hinc inde collecta ordinare, & quaestionem clarius, quam potero, disputare, ut facilius, quam fieri possit, materia pro sui difficultate legentibus exponatur.

Et primo (inquam) videtur quod Clericus, seu Praelatus in redditibus, ac fructibus beneficiorum, & ecclesie habeat omnimodam facultatem, ac de illis possit pro suae voluntatis libito disponere, quia in huiusmodi aequiparatur Clericus, vel Praelatus usufructuario, quia usufructum in illis habet, ut dicit glo. in cap. ex literis. extra de probat. ubi inquit,

inquit licet praedia Ecclesie non sint proprie Clericorum, agere tamen possunt Clerici finium regundorum, cum habeant ius in illis, scilicet usufructum. ff. fin. reg. l. 3. §. finium. Item glo. in cap. si. de pecul. cler. in verbo obitus. ibi, quod beneficiati in Ecclesijs, usufructuarijs comparantur &c. videtur dicere tex. ibi usque ad diem obitus sui possideat. Item in tex. in cap. relatum il. 2. de testa. ibi per Ecclesiam acquisita ad eam in Clericorum obitum deuoluantur.

Item glo. in cap. nulli de rebus eccles. non alien. in verb. immobilem. ibi, mobilia vero, quae seruando seruari non possunt, potest Praelatus alienare instar Tutoris. l. lex. C. de administ. tuto. & l. vltima. C. quan.

- 1 Decreto op. non est, & usufructuarius fructus perceptos, immo separatos a solo, & reconditos facit suos: taliter quod illos etiam ad haeredes transmittit. text. videtur notabilis in l. defuncta. ff. de usufruct. Bart. in l. fina. §. frui. ff. de iur. fisci, & Doctor. in l. Iulianus. §. fructibus. ff. de actio. empt. Salic. in l. fructus. C. de actio. empt. l. arboribus. §. Iulianus, alijs, si fur. ff. de usufruct. & quibus modis usufruct. amit. si usufructuarius, & dicit Zabarella in cap. Ceterum. extra de donatio. vers. tertio nota, quod Praelatus potest de fructibus libere conferre, etiam cessante consuetudine, per text. iuncta glo. in cap. nulli, de rebus eccles. non aliena. ubi fit prohibitio, quod per clericum non alienentur res immobiles suae Ecclesie, & per glo. ibi dicitur, quod mobilia, quae non possunt seruari, possunt alienari, quia si sunt prohibita alienari mobilia tantum, potest dici, quod mobilia sit permissa alienatio, quia quod in vno est prohibitum, in ceteris esse videtur permissum, & e contra. l. cum praetor. & ibi Bart. ff. de iud. Et per eundem Cardinalem Zabarellam ibidem vers. & dic. quod aut loquimur de fructibus ecclesie, aut de alijs. Et primo casu videtur tenere donatio in quantacunque quantitate facta, quia Praelatus
- 2
- 3
- habet liberam dispensationem in istis. Et paulo post, dic ut praedixi, quia tenet donatio etiam immodica, quoniam praedicitur soli donanti, qui omnes fructus poterat in suos usus conuertere, idem in cap. inquirendum de pecul. cler. ibi. Sed si Praelatus vendit fructus quos libere potest distrahere, &c. Idem refert in cap. fina. eo. quod Ioan. & Laur. 1. 2. quaestio. 1. duo. dicunt credendum, videlicet quod clericus sit dominus fructuum collectorum, & de eis pro libito disponere possit, ita quod proprietates sit ipsius, ubi glo. in ver. proprietatem dicit, tamen bene concedendum est, quod clericus sit dominus fructuum collectorum. Sed licet proprietates fructuum sua sit, tamen non potest eam, cum moritur, alicui largiri, ratione testamenti. Sed intuitu eleemosynae sic quemadmodum haeres: qui licet sit dominus re-

H rum

rum, quas tenetur restituere alij per fideicommissam, tamen nihil potest alienare. l. deducta. §. ultimo. ff. ad trebel. & l. quidam. §. si quis. Item Dicit etiam Bart. in l. sacrosanctæ. C. de episcopis, & cler. quòd clericus de fructibus suæ præbendæ potest dare cui vult, modo sit clericus secularis. Item potest clericus donare de fructibus, vel rebus ecclesiæ in remunerationem, seu compensationem recepti seruitij, cap. relatum 2. §. licet, de testam. item de fructibus potest erogare in pauperes. 1. quæst. 2. pastor. & cap. clericos. 16. quæst. 1. quoniam 3 2. quæst. 4. sicut non sunt, Archid. cap. statutum de rescrip. §. assessorem lib. 6. per Abb. in cap. ad hæc de testam. in principio, & in fine, Et tales erogationes facere considerata consuetudine, & facultate ecclesiæ. Daturque exemplum, vt si est consuetudo in terra: vbi est Abbatia, quòd Abbas det viginti vel centum solidos, aut rem mobilem de bonis ecclesiæ pauperi, vel egenti nobili, vel puellæ maritandæ. Imo dicit Ioan. And. in cap. cæterum de donatio. quòd si esset consuetudo loci, quòd episcopus causa pietatis, faceret vnum, vel duos milites, & pro eis militandis expenderet, talis cõsuetudo minime improbaretur, dum modo non grauetur ecclesia: quia nec militare est peccatum. 23. quæstio. 1. militare. Et cum prædicta (inquit) liceant sine consuetudine speciali, putat Hostien. quòd ratione consuetudinis valebit donatio simpliciter facta, si forsan donatarius non nimis. egeat. Consultit vero Hostien. quòd Prælatus in istis faciendis, semper habeat Deum ante oculos, Et quòd Donatarius caueat a vitio ingratitude. Et q̄ licet Prælatus hoc possit facere de fructibus superfluentibus, non tamen causa istorum habet obligare ecclesiam, vel habet parentes ditare, vt ibi per eundem Ioan. And.

Et hæc erogatio siue donatio valet: siue in vita sit facta, cap. ad hoc de testamen. siue in morte cap. relatum 2. eod. vbi dicit tex. quòd licet de iure, clericus mobilia, ecclesiæ acquisita, non possit pro libito voluntatis in alium transferre, consuetudinis tamen non est improbandæ, vt pauperibus, & religiosis locis, & illis qui viuenti seruiant, vel fuerint consanguinei, vel extranei, iuxta seruitij meritum, aliquid de his conferatur, per Cardin. Zabarellam d. cap. cæterum. Et Abb. ibidem dicit: quòd non est necessària consuetudo, quia eleemosynam debet facere Prælatus de rebus ecclesiæ 16. quæstio. 1. cap. quoniam & ideo datur inquit illi tex. secundus intellectus, vt intelligatur de vera donatione, quam facit Prælatus alicui non pauperi, puta amico, vel consanguineo, tunc etiam valet donatio: si concurrat consuetudo &c. subiungens ibidem: quòd Prælatus potest donare fructus beneficij: quos facit suos, & rem mobilem ecclesiæ minimam, etiam sine consuetudine,

&

& consensu capituli.

Item clericus non solum debet: sed & tenetur de redditibus ecclesiæ alere suos consanguineos per text. cap. primo de cohabit. cler. & mulier. per tex. in cap. omni, iuncta glo. 3 1. distinctio. bonus tex. in cap. non satis 86. distinctio. vbi habetur: quòd quis prius tenetur suis consanguineis subuenire quam extraneis, voluit Anchar. conf. 437. vbi dicit, quòd sunt laudandi exequutores testamenti, qui in propinquos pauperes testatoris, vel defuncti, bona distribuunt. Et dicit Abb. in cap. peruenit. extra de arbit. quòd quemadmodum iure civili, frater laicus tenetur dotare sororem: quæ dotem non habeat, quæ sit ei coniuncta ex parte patris, vt per glo. in l. cum plures, & ibi doctor. §. penul. ff. de admini. Tur. & in l. non omni. C. cod. tit. & sicut eam tenetur alere in casu necessitatis: ita & dotare, cum longe sit fauorabilior causa dotis: quam causa alimentorum. Ita similiter est dicendum, quòd frater clericus teneatur ad sororem dotandam, cum clericus teneatur magis adum humanitatis exercere, & charitatis, quam laicus. cap. primo & quòd ibi not. de empt. & vend. subdens ibidem, & credo; quòd cum bona conscientia: si clericus non habet bona patrimonialia, poterit dotare sororem, vel aliam consanguineam de fructibus ecclesiasticis, ac redditibus beneficiorum. Et dicit glo. in cap. omnino 3 1. distinctio. quòd clericus habens uxorem, & filios potest eos pascere de redditibus ecclesiæ: ergo a fortiori, etiam dotare, quia dicit glo. in cap. peruenit. 1. quæstio. 3. quòd minus est peccatum dare consanguineis, quam extraneis. 86. distinctio. non satis: & hæc est ordinata charitas, 14 quamuis grauius puniatur, quia propter affectionem magis laeditur ecclesia. Quia dicit Abb. in cap. inquirendum de pecul. cler. quòd Prælatus debet, immo tenetur de redditibus ecclesiæ, competens subsidium conferre suis consanguineis, immo potius tenetur suis, & amicis, quam alienis.

Item est tex. apertus in cap. vnico. de cler. non resid. in 6. vbi clericus fructus beneficij facit suos, & in eis dominium acquirit, per verba tex. qui sic dicit ad literam.

Item dicit Hostien. in cap. fina. de pecul. cler. quòd si clericus, vel Prælatus habet administrationem: quam diu viuunt, & est sanus, æquiparatur in fructibus beneficij usufructuario: Vnde potest de fructibus donare, moderate tamen, notatur extra de donat. cap. cæterum. vbi glo. Bernard. dicit, nota, quòd quantitas rei facit donatum licitum, & illicitum. Et glo. in verb. ratum d. cap. cæterum, dando intellectus ad 15 tex. dicit, quòd Prælatus potest facere erogationem in pauperes de rebus ecclesiæ, dummodo non proroget illam ad nimiam quantitatem,

H 2 con-

considerata consuetudine, & facultate ecclesie, facit, quod dicit Petr. de Anchar. no. in cap. intellecto. de iur. ubi dicit, qd rex potest donare de rebus regni moderate, non obstante iuramento de non alienando prestito, quia iuramentum intelligitur de graui donatione, non de modica. & potest facere donationem, si sit ita loci consuetudo, cum consuetudo loci tribuat iurisdictionem, & liberio rem administrationem. Ita tamen, 16 vt ecclesia non enormiter grauetur, vt ibi per eam glo. Quando vero non est sanus, sed agrotari incipit, tunc non est amplius usufructuarius. Sed ex usufructuario fit vsuarius, & vsum tantum habet, & aliquantulum etiam plus, quia potest aliquid in elemosynam erogare cap. ad hanc de testam. Et ita intelligi debet tex. in cap. cum in officijs, & omnia similia iura secundum Hostien.

Si vero clericus non habet administrationem, sed habet tantum simplex, vel personale beneficium, veluti Canonicatum, quantum ad fructus faciendos suos, æquiparatur usufructuario: quia semper facit fructus suos vsque ad diem mortis, & de ipsis etiam testari potest, arg. cap. requisisti. §. illud de testam. extat decis. Rotæ. 330. in antiquis. incip. Nota quod cum clericus. Alia decis. similiter in antiq. 855. incip. cur Camera. Et hoc, inquit, Hostien. seruat consuetudo generaliter vbique: subdens ibidem, quod Canonici, etiam fructus lucratos ex præbendis faciunt suos, & de eis testantur, si tamen decedunt sine testamento, in eis succedit ecclesia de æquitate cap. relatum. §. nomine, & §. si. & hæc est communis opinio secundum Nicol. de Vbal. in suo tracto. de success. ab intesta. cler. secunda specie. §. non obstat. Et pro intelligentia: non habere administrationem dicitur clericus: quando non habet beneficium, cui sit assignata dos, vt per Geminian. in c. præsentis de offi. ord. in 6. Et dicit Innocen. in cap. requisisti de testam. qd qui potest absolueri, dicitur habere administrationem, & administratio verificatur in eo, qui habet aliquam dignitatem, seu ministerium in ecclesia separatam a congregatione, & Vicarius temporalis alicuius ecclesie, vel commendatarius dicitur habere administrationem temporalem per Abb. in cap. 2. de Iud.

Simpliciter vero, & personaliter beneficiati sunt, & intelliguntur, veluti sunt Canonici, & similes, quibus id, quod habent, obuenit intuitu, ac ratione personæ, non quod habeant præbendam in ecclesia distinctam, quia sic haberent administrationem, hanc distinctionem, & opinionem Hostien. videtur approbare Ioan. Andre. qui nihil dicendo transit, & eam sequitur glo. in cap. præsentis in ver. referuari de offi. ordin. in 6.

Et episcopus, dum viuit, potest dare centesimam, vel quinquagesimam ecclesie

ecclesie per eum constructe, vel construende. cap. quia 12. quest. 5. no. Doct. in cap. Apostolicæ de donat. extra quod tamen, non potest in morte, vt per Abb. in cap. ad hanc de testam. ubi rationem diuersitatis 19 assignat, & dat practicam, quam debet seruare clericus, si de rebus ecclesie vult aliquid dare intuitu ælemosynæ, vel per remunerationem seruitij, vt videlicet, actualiter donet, dum viuit, non autem relinquat post mortem dandum.

Item pro declaratione, ac pro cognitione materie, idem Hostien. in d. cap. fina. de pecul. cler. querit: qui nam sint fructus, qui pertinent ad ecclesiam, de quibus non potest testari clericus, & respondet: quod est aduertendum ad tempus, quo moritur clericus: quia si moritur 20 post finitum mensis Augusti, & ante kalendas Martij, omnes fructus anni proxime sequentis pertinent ad ecclesiam, si vero decedat post kalendas mensis Martij, & ante mensis Augusti, idest, inquit, ante messes, fructus pertinent ad clericum, vel dic alio modo, quod fructus 21 eius pendentes pertinent ad ecclesiam, separati vero a solo ad clericum, vel dic, quod inter exequutores clerici defuncti, & ecclesiam fructus habent diuidi, sicut fit inter virum, & uxorem facto diuortio. Sed est verius, vt intelligamus illos fructus tantum pertinere ad clericum, qui sunt separati a solo, & reconditi, quos clericus vt usufructuarius facit suos, cui clericum comparari debere diximus, alij autem, qui non sunt separati, aut reconditi, non sunt clerici, nec clericus facit illos suos immo spectant ad ecclesiam: & hæc procedunt, nisi obstat aliqua specialis consuetudo in contrarium, cui est standum, nisi ecclesia ob eam nimis grauetur. Et dicit Zabarella in d. cap. fina. de pecul. cler. quod in isto casu clericus est potius comparandus bonæ fidei possessori, quam usufructuario, quia possessor bonæ fidei facit fructus suos statim, cum sunt separati, etiam non reconditi, & sunt illius, a quocumque sint a solo separati, per ipsum, vel alium eius nomine. Vnde congruentius videtur comparari clericus bonæ fidei possessori, quia licet in aliquo possit æquiparari usufructuario (facit enim fructus suos, vt usufructuarius, & sicut ius illius finitur morte, ita ius clerici defuncti finitur in beneficio) tamen in plurimis differt ab eo, quia dicit glo. ibidem in verb. obitus, quia clericus de terra aratoria potest facere vineam, quod non potest usufructuarius. Item usufructuarius, potest facere fructus suos taliter, quod potest de illis testari, quod non potest clericus: nisi cum moderamine, de quo habetur in cap. ad hoc & cap. relatum. §. licet extra de testam. & usufructuarius satisfacit, satisfactione de qua habetur in cap. fina. de pignori de vtendo, & fruendo immobilibus salua rerum substantia, de pe-

cunia vero, ac mobilibus, de restituendo tempore mortis: Ceterum Prælatus ad hoc non cogitur, quia iure expressum non reperitur, ut per Cardinalem Zabarellam ibidem. Item clericus distributiones quotidianas, acquirit taliter: quod facit illas suas, & quod de eis pro libito suo testari potest, videtur tex. in cap. vnico de cler. non residen. in 6. ibi rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas, videtur tenere Laur. in Clemen. fina. de præben. dicens, q̄ talis seruens fideliter diuino officio facit fructus suos. Et potest sicut laborator de denario diurno disponere prout Dom. & Florian. ibi. faciunt ea, quæ ad-

24 ducit Oldrad. conf. 118. quod incip. ex virtute gratiæ, & fac. quod voluit Dominic. in cap. vnico, vbi dixit, quod clericus potest testari de quotidianis distributionibus. Et hoc dicit tenere Guliel. in extrauag. suscepti, extrauag. Ioan. xxij. vltra prædicta ad hoc faciunt omnia iura, quæ dicunt clericum, maxime non habentem dignitatem, administrationem, vel curam prout præbendatus clericus, vel ille, qui habet distributiones æquiparari fructuario: qui est clarum, quod efficitur dominus fructuum, iam recollectorum. Et eo mortuo non spectant ad proprietarium, Sed ad hæredes fructuarij. Ergo idem est dicendum

25 de fructibus præbendarum. Et multo magis de fructibus ipsarum distributionum quotidianarum, in quibus præbendatus habet maius ius, ut per prædicta patet, & maxime per adducta per Oldrad. d. suo consil. sequitur Franc. d. cap. vnico & Barbaui, dicens illum text. esse singularem in cap. fina. de pecul. cler. notat glo. in extrauag. Ioan. ne sede vacan. inter communes. in ver. consueuerit. Decius conf. 280. col. prima, quorum opinio communis est, & eam sequitur Paris. conf. 33. vol. 4. col. 2. quia constat, quod istæ distributiones conceduntur ex Canon.

26 dispositione ministris ecclesiæ ob seruitium, seu ministerium quod impendunt, vel exhibent altari, aut diuino cultui. Idem notat Bolognin. ad Anan. conf. 87.

Item fructus pensionum ecclesiasticarum sunt, & fiunt ipsorum pensionariorum, & taliter eis acquiruntur, quod eos exactos, & non exactos, transmittunt clerici ad hæredes eorum, siue testamentum condant, siue ab intestato decedant, per ea, quæ adducit late Gig. in sua quæstione 52. de pensio. vbi dicit: quod ius exigendi pensiones de-

27 cursas, & pensionario eius vita durante non solutas, competit hæredibus clerici defuncti, cui dicta pensio erat reseruata, per multa quæ ibidem adducit, vnde inquit, clericus de pensionibus decursis testari poterit, allegat Alexand. consil. quarto incip. per spectis his in fine in tertio volum. vbi concludit, quod pensiones decursæ, perceptis fructibus in vita vsufructuarij spectent ad illius hæredes. Subdens ibidem

Gig.

Gig. erit ergo firmata conclusio, quod pensiones decursæ in vita pensionarij non exactæ transeunt in eius hæredes: siue ab intestato decederit, siue testamentum condiderit, vnde tales fructus exacti, & non exacti efficiuntur pensionarij omnino, & in eis acquirere videtur dominium, quando de eis potest testari, & ab intestato decedens ad hæredes, & consanguineos eos transmittere. Et ita inquit sæpe consului, & Rotam iudicallè intellexi, ita etiam dixit sensisse Paulum de Roma in suo tracta. de pensionibus quæst. viij. vers. primo ecclesiastica pensio, vbi dixit: quod fructus lucrati per pensionarium, dicuntur proprij, & in illius dominium transeunt, & ab eo donari possunt, per tex. in l. ædibus. §. vlti. ff. de donat. idem Gig. in quæst. 53. vbi tenet: quod

28 pensio debetur hæredibus pensionarij, si tempore, quo moritur, fructus sunt percepti. Et paulo post ibidem tenet, quod pensio erit hæredû pro rata fructuum perceptorum, & ante illum tenuit Io. Bap. Cacialup. qui id refert in tracta. pensio.

Item de fructibus suorum beneficiorum clericus debet, immo tenetur satisfacere suis creditoribus, etiam si sint creditores illius de debito suo, etiam priuato, nec intuitu ecclesiæ, facta, ut in cap. peruenit de fideiussor. & ibi Abb. & Card. Et ibi quoque Io. de Imola col. vij. per hoc dicit posse colligi, quod clerici faciunt fructus suos, seu redditus beneficiorum &c. & Butri. in cap. cum olim de restit. spoliat. ij. & collect. & Doctor. in cap. Odoardus de soluti. dicit, quod vidit in curia seruari, quod clericus nil habens in bonis, admittitur cedens creditoribus suis fructus beneficiorum, deducto eo, quod sufficiat pro administratione

29 diuinorum, de quo per Cald. in conf. 111. id quod ego quoque possum testari vidisse seruari in curia, coram multis iudicibus, pro tempore xij. annorum, quo in ea versor. Et quamuis Abb. in rep. cap. cum esses. de testam. & in sua disputatione: quæ incip. clericus, & Archid. in cap. statutum. §. assessorem de rescript. in vj. teneant contrarium, quia volunt: quod clericus de redditibus beneficij non possit soluere debita propria: Sed tantum ratione, ac intuitu ecclesiæ facta, tamen dicit Gig. tracta. de pensio. in quæst. 39. numero 3. quod illi, qui contrariam opinionem tenent, sunt plures, quorum opinio, vti plurimum voto vallata, magis est attendenda, facit Rotæ decisio 855. incip. cum Camera, in antiquis. vbi Camera apostolica succedens in spolijs, ac bonis relictis per clericum defunctum, tenetur soluere illius debita, ut

30 late ibidem.

Item videtur, quod fructus beneficiorum possint assignari, & dari creditoribus clerici in causam iudicati, per d. Antonium in cap. peruenit de fideiussor. ij. col. & per eundem in cap. reprehensibilis in prima col.

de appella. glo. & Bar. in l. stipendia. C. de exequutio. rei iud. quem
 31 sequitur Imol. in cap. primo in fi. 4. col. de cler. agro.
 Item facit: quia quicquid acquirit clericus causa, & ratione sui officij,
 vel suæ dignitatis clericalis, puta quia fuit cappellanus, & in seruitio
 Cappellani inferuit alicui principi, qui ei multa donauit, illud om-
 ne sibi acquirit. Et taliter, quod de illo; etiam potest pro libito suæ
 32 voluntatis testari, & disponere, dicit Innocen. in cap. quia nos, de
 testam. quem sequitur Hostien. in illis verbis, idem dicimus, si ra-
 tione officij, vel seruitij aliqua acquisiuit, puta Cappellanus fuit ali-
 cuius principis, qui ei multa donauit sequitur Io. Andt. & Abb. in
 cap. cum in officijs, eo. qui declarando materiam dicit: quod licet
 Petrus, vt refert Cui. in auten. licentiam. C. de episcopis, & cler. di-
 car, quod si clericus lucratus est multa in missis dicendis, puta, sint
 ei relicta centum pro missis dicendis, possit de eis testari libere, tamen
 non videtur simpliciter id tenendum: quia si relinquens habuit in re-
 linquendo respectum ad Ecclesiam, quia forte legauit centum suo
 parochiali presbytero pro missis dicendis, quæ non reliquisset, si non
 fuisset relinquenti proprius sacerdos Parochialis, cum ista videan-
 tur relicta potius intuitu, & contemplatione ecclesiæ, quam personæ,
 de sic acquisitis non disponet, nec testabitur. Secus vbi nulla quali-
 tas suggerit ecclesiæ rationem habitam fuisse, sed personæ tantum. vn-
 de ad coniecturas est recurrendum secundum eum, & in dubio, si
 sint relicta centum clerico non habenti administrationem, curam,
 vel prælationem, intuitu personæ relicta præsumuntur, secus si habeat
 administrationem, curam, prælationem, vel dignitatem, vt per eun-
 dem Abb. in cap. requisisti, de testa. secunda col. vers. si aliqua vers.
 primo nota. & vers. nota ver. & col. fin. vers. in glo. in ver. nec, nu-
 mero 23. Idem Abb. in cap. cum esset, in secunda lec. xj. col. de te-
 sta. negat Innocen. hoc dicere: ex quo facit glosellam suam super ver.
 considerationem. Hostien. & Io. Andre. id dicunt ex mente Innocen-
 tij, & refert Card. Zabarella in d. cap. quia nos, quod Abb. dicit,
 quod per illum tex. præcedens Magister suus consuluit cuidam episco-
 po, quod concederet clericis, vt possint disponere de rebus, & fructi-
 bus ecclesiæ, si statim in vita vellent dare, vsque ad certam summam,
 dimissa tamen in ea ecclesia, ea quantitate, quæ sufficiat vsque ad no-
 uos redditus.

Et quid ulterius in hoc laborandum, & sic vt dicitur, eundem per mendi-
 cata suffragia, testes habemus omni exceptione maiores: immo testi-
 bus non egemus, non ne fructus Ecclesiæ, & beneficiorum possint
 33 per prælatum locari, vendi, & obligari? certe negari non potest, quia
 id

id dicunt text. in cap. fina. ne Prælati vices suas text. in cap. vestra. ex
 loca, qui ad hoc semper allegatur, vendere enim fructus, & locare
 idem est, Clemen. prima. §. fina. & ibi Ioan. de Imol. de rebus eccles.
 non aliena. & hoc casu venditio æquiparatur locationi, per Cardina-
 34 lem ibi, dicit glo. in d. cap. vestra, quod possunt locari, vendi, & obli-
 gari licet res, ex quibus proventus tales veniunt, alienari non possint,
 dicit glo. in extrauag. Ioan. 22. suscepti. in ver. nulla subhaftatione, quæ
 dicit, quod id est intelligendum esse permissum, ex quo non reperitur
 prohibitum, nonne Prælati vendens transfert talium fructuum ven-
 ditorum dominium, & possessionem, sequuta traditione, certe sic,
 quia id est de natura contractus venditionis, cuius diffinitio est quedam
 alienatio, qua dominium, & possessio rei venditæ transfertur per tra-
 ditionem ipsius domini, & dicit glos. in cap. hæc huius. 12. quæst. 2.
 quod vendere fructus decimarum, & oblationum, licet non sit hone-
 stum, non reperitur tamen prohibitum, & tenet, quod clericus potest
 vendere fructus præbendæ, & illos etiam obligare, maxime ad modi-
 cum tempus, etiam sine consensu episcopi, vel eius auctoritate. Et quod
 decimæ, id est decimarum fructus vendi possint, pignori, & obligari,
 est tex. in cap. vestra. loca. per specul. in tit. de pignor. §. primo colum.
 vltima vers. quid de decima. per Alber. post Iaco. Are. in l. in ædibus.
 §. primo. ff. de dona. per eundem Alber. in l. monumenta. C. de leg. &
 quod fructus ecclesiarum, possint alienari per Prælatum in præiudicium
 sui ipsius, non autem successoris tenet Card. in Clemen. prima. de re-
 bus Eccles. non alien. quæstio. 27. per tex. in cap. fina. ne Præla. notat
 glo. in cap. 2. de his, quæ fi. a præla. Innocen. cap. vnico, vt eccles. benef.
 35 Feder. de sent. conf. 52. incip. quidam Prælati. Quid plus? nonne Præ-
 latus taliter facit fructus ecclesiæ suos, & taliter acquirit in eis domi-
 nium, & possessionem, quod potest illos, si velit, etiam porcis, quod
 aiunt, dare? certe sic, quia id dicit glo. in summa 1. quæst. 1. ait enim,
 de fructibus nulla est quæstio, quia etiam porcis dari possunt, & vendi,
 extra ne Præla. vic. suas cap. fina. hoc sequitur Florentinus, secundum
 quod dicit Imol. in cap. fina. de pecul. cler. colum. antepenult. vbi di-
 cit, quod si clericus, vel Prælati vult disponere de fructibus ecclesiæ,
 potest indistincte id facere, etiam donando, quia clericus beneficiatus
 efficitur dominus fructuum, quos percipit vt cap. vno. de cler. non re-
 siden. nam comparatur usufructuario, qui facit fructus suos, quando
 percepti, & reconditi sunt in horreo, seu granario, non prius l. usufruc-
 tuarius. ff. quibus mod. usufruct. amit. immo comparatur, bonæ fi-
 dei possessori, qui facit fructus suos statim quod sunt, nedum recon-
 diti, sed separati a solo. Item facit suos: si per quemcunque separati sint.

Vsu.

V usufructuarius vero ita demum, si per seipsum, vel eius nomine sint
 36 separati, cum ergo habeat talem, & tantam auctoritatem Prælatus, vel clericus in fructibus ecclesiæ suæ, vel beneficij, quare non est intrepide dicendum, quod de eis possit, tam in morte, quam in vita per modum testamenti, & quemcumque alium contractum sibi bene visum disponere, & contractare, & quod acquisita ex eis sibi, suisque hæredibus acquirat per dominium possessionem, & quemcumque alium modum,
 37 qui de iure melior, & firmior reperiatur. De hoc certe dubitari nihil potest, eo potissimum funda. quia, licet clericus, vel Prælatus fructus, redditus, vel proventus ecclesiæ ultra sibi necessaria in prophanos vsus
 38 male, & voluptuose expendens, mortale committat peccatum, non tamen tenetur ad restitutionem illorum, secundum Didacum Couaruuus Doctorem Hispan. in cap. cum in officijs, vers. quantum. de testamen. vbi dicit: quod adducta per Abb. Sanctum Thomam, Archid. & Domiuic. quos ibi in suis locis allegat qui contrariam opinionem tenent, eo potius tendunt, vt sit illicita hæc ecclesiasticorum reddituum consumptio quàm, vt sit restitutio consumptorum necessario facienda, quia redditus tales victui Prælati superfluentes non dicuntur alieni proprie, sed per quandam metaphoram, quasi sint pauperibus
 39 erogandi, id quod probatur auctoritate Hieronymi dicentis, bona ecclesiæ dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem. Cardinalis a Turre Cremata in cap. videntes 1. 2. quæst. 1. qui licet, inquit, dicunt talem consumptionem fieri cum peccato mortali, negant tamen restituendi obligationem. Thom. & Caietan. secunda secundæ quæst. 185. art. 7. Præpositus in summa. 44. distin. col. 5. S. Thom. quolibet 6. art. 12. Siluester, vers. clericus quarta q. 20. & in ver. restitutio. 3. q. 5. & alij qui late ab eo allegantur.

¶ S E D in contrarium faciunt multa, quia de redditibus ecclesiæ videtur, quod Clericus, vel Prælatus habeat tantum sumere necessaria ad victum, & vestitum, & de necessarijs contentus esse, per dictum Apostoli sancti, victu, & tegumento, his contenti sumus. capitu. Episcopus 10. quæstio. 2. vbi dicitur, habeat Episcopus potestatem in rebus ecclesiæ, vt dispense in necessitatem habentibus cum omni reuerentia, & timore Dei: participare eum etiam oportet, quæ necessaria sunt, subdens text. quod si episcopus res ecclesiæ in suas proprias voluntates vsurpare voluerit, vel fratribus, filijs, vel quibuscunque propinquis potestatem dederit, vt per eos lædantur res ecclesiasticæ, episcopus sit concilio obnoxius, & si episcopus, vel presbyteri, aut Diaconi cum eo existentes in suos vsus colligunt ea, quæ ex redditu, vel ex quo-

quolibet actu ecclesiæ obveniunt, & pauperes fraudant, ac fame conficiunt, oportet eos corripere, secundum quod fuit a Sancto Concilio ordinatum, ex quo textu colligo etiam vnum, quod si episcopus habeat aliunde necessaria victui, quod non habet illa habere, vel percipere ab ecclesiæ redditibus, per illa verba, quæ id clare dicunt, si tamen ipse, aut, qui cum eo sunt fratres, indiguerint aliquo, vt necessitatem nullo modo patiantur, &c. id, quod concordat cum eo, quod habetur. in cap. clericos 1. quæst. ij. vbi habetur: quod clerici, qui habent aliunde, vnde viuunt, nihil debent ab ecclesia accipere, immo si accipiunt, tanquam de rebus, quæ sunt pauperum, accipientes committant sacrilegium, & per tex. in cap. seq. vbi illi quibus sua sufficiunt, non debent ecclesiæ alimentis sustineri, nec redditus ecclesiastici, vel res ecclesiæ sunt episcoporum, seu prælatorum, aut clericorum proprie, sed communes, cap. expedit in primo 12. quæst. 1. quia cum antea bona, hereditates, prædia, & possessiones, quæ offerebantur a confluentibus ad Christi fidem, & sanctam fidem Catholicam, venderentur pro sustentandis Christi fidelibus ad fidem confluentibus, & in communionem viuentibus, iudicauerunt summi sacerdotes, leuitæ, atque alij fideles, esse melius, quod prædia, possessiones, & alia oblata non venderentur amplius. sed matricibus ecclesijs applicarentur, vt ex eorum sumptibus necessaria victui præsentibus, & futuris temporibus, fidelibus communem vitam ducuntibus, elegantius ministrarentur. cap. videntes ead. causa, & quæst. vbi legitur, quod ipse res erant, & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus in ditione episcoporum singularum parochiarum, E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communi vita degerere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, pro vt melius potuerint vt nemo in eis egegens inueniatur, facit tex. in cap. res ecclesiæ, vbi res ecclesiæ non sunt propriae. Sed communes, & domino oblate debent fideliter dispensari, per quæ iura apparet, quod bona ecclesiæ sunt oblationes dispositione ad subuentionem fidelium, ne egent institute, & ordinatae, non ad proprios vsus Prælatorum tantum, quia dicit glo. d. cap. res ecclesiæ: quod de redditibus, ac rebus ecclesiæ illud solum est clericorum, quod probabili ratione consumunt, per iura,
 3 quæ allegat, quia inquit, si emisti equum, vel aliud de rebus ecclesiæ, illud non est tuum, quicquid enim habes supra illud quod sufficit tibi, illud
 4 violenter detines. cap. sicut dist. 47. Quia non videtur verum esse, quod Prælatus, vel clericus in rebus, ac fructibus beneficij sit usufructuarius, vel usufructuario comparatur. Quia immo est vsuarius, & vsuario comparatur, cui ad vsus quotidianum tantum vt licet

Vsfructuarius vero ita demum, si per seipsum, vel eius nomine sint
 36 separati, cum ergo habeat talem, & tantam auctoritatem Prælatus, vel clericus in fructibus ecclesiæ suæ, vel beneficij, quare non est intrepide dicendum, quòd de eis possit, tam in morte, quam in vita per modum testamenti, & quemcumque alium contractum sibi bene visum disponere, & contractare, & quod acquisita ex eis sibi, suisque hæredibus acquirat per dominium possessionem, & quemcumque alium modum,
 37 qui de iure melior, & firmior reperiatur. De hoc certe dubitari nihil potest, eo potissimum funda. quia, licet clericus, vel Prælatus fructus, redditus, vel prouentus ecclesiæ ultra sibi necessaria in prophanos vsus
 38 male, & voluptuose expendens, mortale committat peccatum, non tamen tenetur ad restitutionem illorum, secundum Didacum Couaruias Doctorem Hispan. in cap. cum in officijs, vers. quantum. de testamen. vbi dicit: quòd adducta per Abb. Sanctum Thomam, Archid. & Domiuc. quos ibi in suis locis allegat qui contrariam opinionem tenent, eo potius tendunt, vt sit illicita hæc ecclesiasticorum reddituum consumptio quàm, vt sit restitutio consumptorum necessario facienda, quia redditus tales victui Prælati superfluentes non dicuntur alieni proprie, sed per quandam metaphoram, quasi sint pauperibus
 39 erogandi, id quod probatur auctoritate Hieronymi dicentis, bona ecclesiarum dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem. Cardinalis a Turre Cremata in cap. videntes 1. 2. quæst. 1. qui licet, inquit, dicunt talem consumptionem fieri cum peccato mortali, negant tamen restituendi obligationem. Thom. & Caietan. secunda secundæ quæst. 185. art. 7. Prepositus in summa. 44. distin. col. 5. S. Thom. quolibet 6. art. 12. Silvester, ver. clericus quarta q. 20. & in ver. restitutio. 3. q. 5. & alij qui late ab eo allegantur.

S. S. E. D. in contrarium faciunt multa, quia de redditibus ecclesiæ videtur, quòd Clericus, vel Prælatus habeat tantum sumere necessaria ad victum, & vestitum, & de necessarijs contentus esse, per dictum Apostoli sancti, victu, & tegumento, his contenti sumus. capitu. Episcopus 10. quæstio. 2. vbi dicitur, habeat Episcopus potestatem in rebus ecclesiæ, vt dispense in necessitatem habentibus cum omni reuerentia, & timore Dei: participare eum etiam oportet, quæ necessaria sunt, subdens text. quòd si episcopus res ecclesiæ in suas proprias voluntates vsurpare voluerit, vel fratribus, filijs, vel quibuscunque propinquis potestatem dederit, vt per eos lædantur res ecclesiasticæ, episcopus sit concilio obnoxius, & si episcopus, vel presbyteri, aut Diaconi cum eo existentes in suos vsus colligunt ea, quæ ex redditu, vel ex quo-

quolibet actu ecclesiæ obueniunt, & pauperes fraudant, ac fame conficiunt, oportet eos corripi, secundum quod fuit a Sancto Concilio ordinatum, ex quo textu colligo etiam vnum, quòd si episcopus habeat aliunde necessaria victui, quòd non habet illa habere, vel percipere ab ecclesiæ redditibus, per illa verba, quæ id clare dicunt, si tamen ipse, aut, qui cum eo sunt fratres, indigerint aliquo, vt necessitatem nullo modo patiantur, &c. id, quod concordat cum eo, quod habetur. in cap. clericos 1. quæst. ij. vbi habetur: quòd clerici, qui habent aliunde, vnde viuant, nihil debent ab ecclesia accipere, immo si accipiunt, tanquam de rebus, quæ sunt pauperum, accipientes committant sacrilegium, & per tex. in cap. seq. vbi illi quibus sua sufficiunt, non debent ecclesiæ alimentis sustineri, nec redditus ecclesiastici, vel res ecclesiæ sunt episcoporum, seu prælatorum, aut clericorum proprie, sed communes, cap. expedit in primo 1. 2. quæst. 1. quia cum antea bona, hereditates, prædia, & possessiones, quæ offerebantur a confluentibus ad Christi fidem, & sanctam fidem Catholicam, venderentur pro sustentandis Christi fidelibus ad fidem confluentibus, & in communionem viuentibus, iudicarunt summi sacerdotes, leuitate, atque alij fideles, esse melius, quod prædia, possessiones, & alia oblata non venderentur amplius. sed matricibus ecclesijs applicarentur, vt ex eorum sumptibus necessaria victui præsentibus, & futuris temporibus, fidelibus communem vitam ducuntibus, elegantius subministrarentur. cap. videntes ead. causa, & quæst. vbi legitur, quòd ipse res erant, & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus in ditione episcoporum singularum parochiarum, E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communi vita degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, pro vt melius potuerint vt nemo in eis egens inueniatur, facit tex. in cap. res ecclesiæ, vbi res ecclesiæ non sunt propriae. Sed communes, & domino oblate debent fideliter dispensari, per quæ iura apparet, quòd bona ecclesiarum sunt oblationes dispositione ad subuentionem fidelium, ne egent institute, & ordinatae, non ad proprios vsus Prælatorum tantum, quia dicit glo. d. cap. res ecclesiæ: quòd de redditibus, ac rebus ecclesiæ illud solum est clericorum, quòd probabili ratione consumunt, per iura, 3 quæ allegat, quia inquit, si emisti equum, vel aliud de rebus ecclesiæ, illud non est tuum, quicquid enim habes supra illud quod sufficit tibi, illud 4 violenter detines. cap. sicut dist. 47. Quia non videtur verum esse, quod Prælatus, vel clericus in rebus, ac fructibus beneficij sit vsufructuarius, vel vsufructuario comparetur. Quia immo est vsuarius, & vsuario comparatur, cui ad vsuum quotidianum tantum vt licet

licet institut. de usu, & habit. §. primo. quod dicit glo. in cap. fina. de pig. in verb. fruatur, quod clerici possunt dici vsuarij, quia, nec possunt vendere, nec testari, nec donare, sed victu tantum, & vestitu contenti esse debent. præalleg. cap. episcopus 10. quæstio. 2. Item glo. in cap. cum olim de rerum permut. in verb. diffinitum, quod nullus dominium dicitur habere sui beneficij, cum quasi vsuario clerici comparantur. Item glo. in cap. quia vos, de testamen. in ver. testamentum, quod clerici de rebus ecclesiæ nullum possunt facere testamentum, cum eorum proprietas non sit sua, sed solum vsuum habeant, & tantum victu, & vestitu debeant esse contenti & 12. quæstio. 1. cap. clericus qui, cap. duo, & dic. cap. Episcopus, & totum superfluum, deducto victu, & vestitu est erogandum pauperibus cap. ultimo 12. quæstio. 1. elegans text. in cap. sine exceptione. 12. quæstio. 2. vbi Episcopus rebus ecclesiæ, tanquam commendatis: non tanquam proprijs vtatur, moderate tamen causa remunerationis seruitij recepti donationem facere possunt cap. relatum, de testam. cum quasi filio Famil. comparentur, qui non potest facere testamentum: nisi de Castrensi pecul. C. de aduocat. diuersi. ind. l. Fori, glo. in cap. fina. de pecul. cler. Imol. in Clem. gratiæ de rer. permut. in 4. colum. in fin. idem in Clem. gratiæ de rescrip. Bald. in authen. licentiam. C. de Episcopis & cler. text. in cap. cum. M. Ferrarien: de constitu. faciunt late adducta, & disputata per Gasparem Calder. filium Ioannis Calder. in cons. 2. de pecul. cler. vbi posita quæstione, quis succedere debeat in fructibus præbendæ Canonici defuncti, videtur indistincte tenere, quod ecclesia non alius succedere debeat, & addit: quod si clericus decedat ante fructus recollectos, in his succedit ecclesia, non autem heredes ex testamento: vel ab intestato: siue æquiparemus clericum vsufructuario: siue vsuario. Si decedit post fructus separatos a solo, distinguit quinque casus: primus est: si decedit fructibus a solo separatis, sed in area, vel in campo iacentibus. Secundus, si reconditi sint a Colono, sed nondum clerico traditis. Tertius, si assignati sint fructus Canonico, nondum tamen consumpti. Quartus, quando certi fructus, vel pretium debentur Canonico post separationem, per vnum, duos, vel tres menses, & interim Canonicus moritur. Quintus, quando Canonicus moritur post dictum terminum, tamen nondum dicta species, vel pecunia erat soluta, vbi dicit, quod in primo & secundo casu spectant ad ecclesiam. Tertio casu de fructibus assignatis non consumptis, testari non potest Canonicus nisi adsit consuetudo quæ hoc casu, inquit, seruanda est, in alijs duobus casibus succedit ecclesia, non heres.

Item

Item per Innocen. in cap. cum in officijs, vbi videtur dicere: quod clericus de fructibus beneficij potest tantum expendere necessaria, & necessaria expensas facere, quia alia ultra necessaria, habent deduci de bonis ipsius clerici, & ecclesiæ, vel successori restitui. ibi item omnes vanas delicatas expensas, prius deducet de bonis clerici, solas autem expensas approbabit iudex de bonis, quæ factæ fuerint in alimoniam suam, & pauperum, aut in redemptionem captiuorum, hospitalitatem, seu alias pias causas, & sacerdoti viuere licet de altari, sed non luxuriari 44. distin. in principio vbi glo. dicit, sufficere debet ergo clerico, quod viuatur, id est sola necessaria habeat, & arctatur, inquit, illa necessitas ad victum & vestitum, quia clericus, qui ultra necessaria de redditibus ecclesiasticis capit, aliena capit, & restituere tenetur, dicente Hieronymo, aliena rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur. §. ordinandus. 44. distin. huius opinionis est sanctus Thomas secunda secundæ quæst. 43. arti. 8. Alexan. de Alef. 3. par. quæst. 36. membro quinto. Ricar. in quarto sententiarum. distin. 45. Ioan. maior in distin. 24. quæst. 17. dicens hanc opinionem esse communem, quam probat Palud. in quarto distin. 24. quæst. 3. artic. ultimo quibus suffragatur tex. in cap. primo 12. q. 3. & pichre Bernardus in Epistola 42. col. 3. Clamant, inquit, pauperes, nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis, in quibus locis tenent doctores, quod quæcunque clericus de fructibus ecclesiæ ultra necessaria cepit, voluptuoseque, seu male, & inaniter expendit, aut consumpsit, ex quo pauperibus abstulisse videtur, ultra quod peccauit, teneatur restituere, idem tenet Abb. in cap. cum secundum de præben. Dominic. in summa 44. distin. Felin. in cap. postulasti numero 6. de rescrip. idem in cap. de quarta numero 33. de præscrip. Anto. Butri. cap. primo numero 28. de emptio. idem dicit Archid. distin. 44. in principio quem sequitur Ioan. de Lignan. in Clem. gratiæ de rescript. quod si clericus ultra debitum aliquid expendit de rebus ecclesiæ, teneatur ad restitutionem, & pro prædictis optime videtur facere tex. in cap. Episcopi 12. quæst. 1. vbi dicitur, quod quicquid de prouisione fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus, quod omnia debent conseruari ecclesiæ, si Episcopus aliter præsumpserit poterit deponi, facit text. in cap. duo 12. quæstio. 1. vbi loquendo de clericis dicit, illi enim victu & vestitu contenti nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia.

Item dicit Abb. in cap. fin. de pecul. cler. per tex. quem dicit expressum in §. fin. cum cap. seq. 12. quæst. 1. quod præbendæ non dantur Canonicis simpliciter, vt de redditibus illarum faciant quicquid velint, sed

vt

vt primo necessaria accipiant pro se, & si quid superest, eò deducto, expendant in utilitatem ecclesiæ, quia res ecclesiæ, sunt diuisæ per præbendas, vt commodius percipiantur necessaria. Idem dicit Abb. in cap. cum esles in repet. colum. 8. circa finem de testamen. Innocen. in cap. indecorum de ætat. & qualit. vbi dicit: quòd Prælati, vel clericus de fructibus beneficij, habet dispensare in suas necessitates, & illorum, qui sibi inferuiunt, idem habetur decisum in Canon. Apostolorum Canon. 40. vbi præcipimus (inquit, tex.) vt Episcopus res ecclesiæ habeat in potestate, nam si pretiosæ homini animæ fidei eius committendæ sunt, multo magis oportet & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, necnon cum timore Dei summaque sollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogentur in pauperes, percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios vsus suos, & hospitio exceptorum fratrum vsus opus est ne quomodo ipse posteriori loco habeatur, quam ceteri, ordinauit enim lex Dei, vt qui altari seruit, de altari nutriatur, quando nec milites vnquam suis annonis arma hostibus inferunt.

Per quæ deducta: apparet, quòd clericus potest tantum sumere necessaria de fructibus ecclesiæ, pro se, & suis, quia reliqua, quæ superflua sunt iuris Canonici dispositione destinata, & ordinata pauperibus, & in utilitatem ecclesiæ. Et ista necessaria sunt arcata ad victum, & vestitum tantum. per glo. 44. distin. in principio glo. in cap. Episcopus. 10. quæst. 2. in ver. indiguerint, & vide glo. seq. quæ dicit, quòd vicus melior, vel peior dandus est secundum qualitatem personæ, & nomine cibariorum non intelliguntur vestimenta, sed nomine alimentorum intelliguntur vestes, & habitatio per Socin. cons. 32. colum. 2. numero 4. 15 primo vol.

Imo videtur, quòd clerici habere debeant plus quam necessaria ad victum, & vestitum, & ultra quam necessitas exigat, quia imò tantum habent percipere de redditibus ecclesiæ, quantum eis sufficiat ad victum eorum commode, & illorum, qui sibi inferuiunt, iuxta qualitatem, & dignitatem personæ, per text. in cap. primo de stat. reg. §. sane. vbi glo. in verb. sine penuria dicit: quòd multa non possum facere commode quæ facere possum sine penuria, facit text. in cap. postulasti, ibi valeat commode sustentari vbi Abb. declarat verbum commode, & text. in cap. cum adeo, de rescrip. extra, ibi sufficientem, per quem text. & ibi glo. videtur, quòd clericus debeat habere ecclesiam aut beneficium, quòd sibi, & suis sufficiat 50. distinctio. studeat. in fin. & quòd aduenientes possit recipere, & iura Episcopalia persolueret. cap. de monachis, de præben. & cap. sicut de supplen. neglig. prælat.

lat. & dicit glo. Bernardi in d. cap. de monachis, quòd clericus debet competenter beneficiari, ita quòd possit commodius sustentari, & dicit tex. cum ibi glo. in cap. primo de institu. quòd tot sunt ponendi, & instituendi in monasterio, quot possint in eo commode sustentari, & quòd possint iura Episcopalia, & hospitalitatis persolvere: per quæ manifeste apparet: quòd de fructibus beneficij, & redditibus ecclesiæ, clericus debet tantum habere, quòd commode viuere possit, nec sufficit, quòd viuat sine penuria, puta habendo necessaria, quia malum inter se differunt viuere commode, & viuere sine penuria, quia sepe potest quis sine penuria viuere cum quadraginta florenis: Sed non commode, quia dicit glo. in cap. primo. §. sane. in ver. absque penuria de stat. reg. in vi. quòd Canonicus Bononiensis non posset de centum florenis commode sustentari, qui tamen de 25. sustentaretur absque penuria. Sequitur Decius cons. 555. numero 14. Card. in Clem. prima. §. sane. de iure patro. vbi exponit illum tex. in ver. satisfactioe sufficienti, & congrua in victu, non de tali per quam non periret fame: Fel. in cap. postulasti. iij. col. de rescrip. nam in illa commoditate, inquit glo. in d. §. sane, inspicitur consuetudo regionis, & qualitas personæ: quam gl. vide quia docet actum in practica, & modum articulandi.

Atque in tali sustentatione, vel victu commode subministrando clericis de redditibus ecclesiæ, est habenda ratio nobilitatis personæ 41. dist. non cogantur. Item scientiæ. cap. de multa, de præben. Item dignitatis. ff. de varijs, & extraordin. cogn. l. prima. §. in honorarijs, 19 & l. sed & si quid. §. 1. ff. de vsufr. quia alijs cibis vescuntur nobiles, alijs viles, & pauperes. & alio modo viuunt nobiles, alio pauperes. Innocen. in cap. dudum ij. ad fin. de electio. glo. in cap. constitutus in ver. impotentia. de appel. Philip. post alios in cap. de multa. in fin. de præben. v. col. vers. sublimes, & litteratas, S. Thom. in vj. quolibet vj. art. x. tex. in cap. de multa in fin. de præben. & alias, vt latius dicturi sumus in quæstione, ex quibus presumatur cler. acq. Et quatenus dicit glo. quòd debet sufficere sibi, & suis, intellige de suis, quos secum necessario debet habere, nam si est doctor, vel nobilis, vel habens dignitatem ecclesiasticam, non debet esse solus, 20 nec sine ministro. Sed illud dic procedere secundum iura moderna, quia secundum antiqua sufficiebat dare tantum, quòd esset satis ad necessaria, hodie vero cum auxerit Deus ecclesias, atque ipsum decus ecclesiarum, non satis est dare clerico, quantum sit satis ad necessaria: sed quantum sit satis ad viuendum commode, iuxta personæ qualitatem, gradum, & conditionem, per glo. in cap. primo 21. q. 1. in

in verb. necessitatem, in fin. per text. cap. vasa de consec. distinctio. prima. per glo. in cap. cum adeo de rescrip. aliquod enim sufficit vni: quod non sufficit alij, & minus sufficit manenti extra vias communes: quam in vijs &c. Et melior victus, vel peior dandus est secundum qualitatem personarum, & nomine cibariorum, non intelliguntur vestimenta, nomine vero alimentorum veniunt vestes, & habitatio per glo. in verb. victu cap. Episcopus 10. quaestio. 2. supra allegat. quia hodie clerici non debent vivere ita stricte sicut olim, & dos est assignanda magis ampla beneficiatis hodie, quam alio tempore fiebat per glo. in cap. Episcopus. 41. distinctio. Et non debent hodie Episcopi habere vitam ita strictam in visitationibus, & procurationibus, quia hodie creuit decus ecclesiae, cap. vasa praelleg. per Ioan. de Sylua in tracta. de beneficio, pri. parte quaestio. 1. numero 228. & seq. vbi vide pro eo etiam quod hodie est difficile dicere, quot fructus sufficiant beneficiato, quia plus vni, & minus alteri sufficit secundum qualitates, & conditiones illorum. Et per haec satis apparet, quod clerici secundum iura antiqua, debent e fructibus ecclesiae habere tantum necessaria: hodie vero aucto decore ecclesiae, debent habere, quantum sufficit eis ad viuendum commode, & sic de necessitate res videtur extensa ad commoditatem, & non vterius, merito est dicendum, quod non sit verum illud, quod dicunt aliqui, quod clericus habeat usufructum in bonis ecclesiae, & quod illud sit verissimum, quod sit vsuarius tantum, cum ad vsum quotidianum vti liceat, & quod nullo modo faciat fructus suos, dicit Abb. in rubrica de pecul. cler. in fin. verbis ibi, & hoc esset verum tenendo opinionem, quod clericus faciat fructus suos. Sed tenendo contrariam opinionem, quae mihi plus placet, &c. Idem in cap. inquirendum. eod. ibi nota primo quod Rector Ecclesiae, nec redditus, nec oblationes, nec data pretextu voti facit sua. Sed cedunt vtilitatibus ecclesiae, & cap. presbyter. vbi Abb. not. quod Praelatus non est dominus fructuum beneficii sui, nam si efficeretur dominus, posset acquirere sibi ex redditibus secundum libitum, cuius contrarium hic deciditur. Idem Abb. in cap. cum esset. in secunda lect. 8. colum. ibi, nam si clericus faceret fructus suos, non video, quare de illis fructibus non posset sibi emere praedia. Et paulo post ibidem, quod non esset, si Canonicus faceret fructus suos. Et ibidem paulo post, respondeo, quod clericus recipiendo fructus sui beneficii, dicitur illos facere suos, quoad hoc, vt sibi prouideat, primo quasi innuens, quod illos tantum faciat suos, qui, de omni massa fructuum beneficii obueniunt ei pro victu. idem ibidem colum. antepen. vers. quarto principaliter, in fine per illa verba, ex quo inferitur, quod beneficiatus fructus non facit suos,

suos, sed tantum in eis ius obtinet Canonice dispensandi. Sequitur Gig. in tracta. de pensio. quaest. 12. paulo post principium. Idem dicit Cardinalis Zabarella cap. fin. col. fin. de pecul. cler. circa fin. per illa verba, secundo casu indistincte potest etiam donando, quia dominus est fructuum. d. Clem. de cler. non resid. cap. vno. subiungens, & aequum esset statuere, quod de omnibus fructibus, quasi pariter inueniat, quod pro parte sibi tangente tantum pro victu, non autem totos fructus faciat suos, quinimo dicit Archid. in cap. statutum. §. assessorem, de rescrip. lib. vj. quem refert Zabarella in cap. fin. de pecul. cler. quod haereticum est de iure Canonico dicere, quod clericus faciat fructus beneficii suos: sed secundum eum est dominus eorum, quoad dispensationem. 31. dist. omnino. subiungens ibidem Zabarella, quod fructus beneficii, quos consumeret clericus in victu, & vestitu, facit illos suos, qui habent esse plus, & minus iuxta clerici, vel praelati conditionem, & qualitatem.

Didacus Couarruias Doctor Hispanus in cap. cum in officijs, de testam. vers. tertio. dicit, quod clericus beneficiatus potest libere disponere de illis fructibus, qui sunt necessarii ad eius honestum sumptum, inspecta qualitate, si eos percipuos is habeat, qui aliunde victum sibi ministravit: haec etenim pars bonorum ecclesiasticorum ministris per Canones antiquos constituitur. cap. ecclesias. 13. quaest. 1. tex. & ibi Abb. in cap. de his, de ecclesijs aedificand. vel reparand. Thomas secunda secundae quaest. 185. art. 7. respon. ad secundum. & quicquid superest illis deductis, debet erogari pauperibus, vt per eundem Zabarella paulo ante, quia fructus, qui supersunt clericis, non sunt ipsorum: Sed sunt esurientium, vt habetur in cap. sicut hi. 47. dist. immo si quid vltra victum, & vestitum capit clericus, tenetur restituere vt non suum, vt diximus supra, quia Canones distribuerunt redditus beneficiorum in quotas, aliam partem fabricae, aliam Episcopo, aliam pauperibus, aliam sacerdoti assignando, cap. quatuor. cap. cognouimus consequen. 12. quaest. 1. quamuis secundum Abb. in cap. primo de ecclesijs aedificand. quoad quartam Episcopi, & quartam fabricae sit standum consuetudini, quae in huiusmodi valet derogare iuribus &c.

Vnde deducta portione sibi debita, clericus fructus ecclesiae nec pro se, nec pro alio subtrahere debet, immo in vsus ordinatos, & destinatos debet dispensare, quia si extra modos licitos dispensat, peccat, & potest puniri, adeo quod potest quandoque ab ecclesia remoueri, cap. secundo de pecul. cler. Zabarella cap. fin. col. antepen. vbi subiungit per text. in cap. inquirendum, quod licet clericus possit dispensare fructus ecclesiae

- 27 clesie in alios, non tamen potest dispensare in se ipsum, quia ista non erit dispensatio, sed subtractio, & subtrahendo sic fructus, committit clericus non solum furtum, sed & sacrilegium, per tex. in cap. qui oblationes 13. quest. ij. notat. in d. cap. inquirendum. in tertio nota. vbi etiam dicit, quod empti per Prælatum ex emolumentis ecclesie, efficiuntur, & cedunt ecclesie, licet Prælatus emerit nomine alieno, immo per tex. vbi Abb. in cap. presbyter, de pecul. cler. Prælatus aliquid emens de bonis ecclesie, debet facere cantare instrumentum nomine ecclesie, & si faciat aliter, administratione ecclesiasticarum rerum priuatur. Et paulo post ibidem, nota, inquit, quod Prælatus non est dominus fructuum beneficij sui, nam si efficeretur Dominus posset acquirere sibi ex redditibus secundum libitum, cuius contrarium hic deciditur. dicit optima glo. in cap. apostolicos. xij. quest. ij. in vers. construxisse, quod ad acquisita de rebus ecclesie, potest ecclesia vendicationem habere. Et si clericus de peculio ecclesie in proprio solo ædificat, ædificio cedit solum in fauorem ecclesie, quod est speciale in ecclesia, vt res empti de sua pecunia statim fiat ecclesie, optimus text. in cap. fixum 12. quest. v. Et dicit Angel. in summa in ver. emptiam de præbenda, emerit prædium de ea pecunia, amplius non poterit illud prædium alicui dare, etiam intuitu pietatis, licet pecuniam potuisset dare, quia statim prædium ita emptum fit ecclesie, siue emerit nomine ecclesie, siue suo, siue alieno, quia Prælatus acquirendo alijs, puta consanguineis, vel amicis de rebus ecclesie, committit furtum & sacrilegium. Vnde si constitutio remitteret penam furti, non videretur remittere penam tali clerico, vel prælato, eo quia tale est furtum qualificatum. faciunt notata, per Petr. de Anchar. in cap. cum ab homine de iud. idem dicit Abb. in cap. inquirendum. in quarto nota. vbi Prælatus committit sacrilegium, & grauissimum crimen acquirendo consanguineis, vel sibi de redditibus ecclesie, quia fratribus, filijs, & amicis non sunt danda bona ecclesiastica, per tex. in cap. Episcopus. x. quest. ij. & inquit glo. ibidem, quod dando talibus, præsumitur quod carnali amore faciat, & legitur in Concilio Triden. Sessione 25. cap. primo. sub rubrica de reformatio. omnino vero Prælati Sinodus interdicit, ne ex redditibus ecclesie consanguineos, familiaresve suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res ecclesiasticas que dei sunt, consanguineis donent: Sed si pauperes sint: his tanquam pauperibus distribuant; eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: Immo quam maxime potest, Sancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes,

- potes, propinquosq; carnis affectum, quæ plurimum malorum in Ecclesia Dei sunt seminarium, prorsus deponant. vt etiam legere est in Canone Apostolorum Canon. 37. incip. omnium rerum ecclesiasticarum curam Episcopus gerito. Per hoc tamen non intelligas inquit glo. prælatum non posse competens subsidium de rebus ecclesie conferre suis, imo potius tenetur suis, & amicis, quam exteris, & alienis, cap. non satis § 5. distinct. cap. primo de cohabit. cler. & mulier. sed non debet eis tradere tantum vt faciat eos diuites, sed vt subueniat indigentibus. xij. quest. ij. monemus. Immo si clericus, vel prælatus in aliquo transfert, vel alicui det bona ecclesie, competit ecclesie contra illi rei vendicatio, quia acquisita de bonis ecclesie, potest ecclesia vendicare. xij. q. 4. Sacerdos. & quest. vlt. fixum. arg. ea. caus. quest. ij. apostolicos. in fine, vbi de hoc. facit, quod legitur, & notatur in tex. in d. cap. inquirendum, de pecul. cler. vbi glo. in ver. comparauit, quod clericus taliter emens, puniendus est, & competit ecclesie rei vendicatio, licet sue res non sint, & est speciale in ecclesia, vbi dicit Hostien. quod hoc non probatur per illum tex. tamen pro hoc facit longa interpretatio magistrorum, quæ non est mutanda l. minime. ff. de legi. & § 2. casus in glo. notati, cum in ecclesia sit maior ratio, aut saltem eadem. Item quia si aliquid de meo peruenit ad te, bonum, & æquum est, vt illud mihi reddas, vt not. in cap. vt vnus, de pecul. cler. vt per Io. Andre. in d. cap. inquirendum, & facit, quod idem Io. And. dicit in cap. primo. de voto. & cap. primo de off. deleg. & facit cap. clericus. cap. duo sunt genera. 12. quest. 1. & cap. quia tua, in fin. eandem opinionem tenet Archidia. in cap. statutum. §. assessorem, de rescrip. in lib. vj. Io. de Lignan. in clem. gratiæ eo. tit. quia dicit glo. in cap. res Ecclesie 12. quest. 1. quod si emisti equum de rebus ecclesie, ille non est tuus, quia illud solum est clericorum: quod probabili ratione consumunt, quicquid enim habes ultra illud, quod sufficit tibi, violenter detines, & in text. in cap. primo 12. quest. 3. habetur indistincte de quolibet clerico, quod quæcunque acquisuerit de bonis ecclesie, debet conferre ecclesie, alias punitur, vt ibi not. idem in cap. Pontifices, ibidem faciunt adducta per Innocen. in cap. indecorum: de etar. & qualitat. vbi dicit, quod clericus in rebus ecclesiasticis nec per successionem, nec alio modo commercium habebit, quia non potest de eis testari, sed omnia debent ecclesie remanere. & dicit Abb. in præallegat. cap. cum esses. in secunda lec. de testa. col. 8. prope fi. quod pro prædictis facit text. in. §. fin. cum cap. seq. 12. quest. prima vbi dicitur, quod præbenda assignatur Canonico, vt ipse sibi ex illa necessaria percipiat, & si quæ suis necessitatibus supersunt, in communes

vlus ecclesie expendat, similis tex. habetur in. §. his ita respondetur?
 14. quæst. prima. vbi dicitur aperte, quod Canonicus vitur rebus ecclesie, non tanquam suis, sed tanquam ad dispensandum sibi creditis, quoniam ipse in rebus ecclesie est procurator, & alia per eundem Abbatem ibi adducta, vbi concludendo dicit, quod, siue clericus habens beneficium, cum administratione, vel sine, non potest nullo modo res ecclesie vendere, sed ex sumptibus earum communem vitam cum fidelibus ducere, nec debet ad alium vsum, vel ad alium modum, nisi ad quem sunt instituta, res ecclesie dispensare, vel distribuere. Et si contrarium facit, talis dispensatio reuocatur. cap. si quis de seruis. 12. quæst. ij. cap. monemus. cap. diaconi. 12. quæst. 1. & clericus non bene administrans res ecclesie, habetur loco prædonis, & non dicitur dispensator, sed dissipator. per tex. in l. qui fundum. §. sed
 33 tutor. ff. pro emptor. notatur per glo. in cap. fin. 12. quæst. 1. vbi dicit etiam, quod Prælati aliquando dicuntur procuratores rerum ecclesiasticarum, vt ibi & 14. quæst. j. §. j. Quandoque dicuntur domini, 16. quæst. 1. & temporis. Quandoque appellantur defensores. 16. quæst. 1. Canonicus, quandoque patres 88. dist. quorum vices. non tamen habent liberam, & generalem administrationem, sicut procurator Cæsaris, vt. ff. de off. procur. Cæsar. l. 1. modicum tamen donare possunt, cap. ceterum extra de donat. & loco quidem domini habentur, cum bene administrant, sed loco prædonis cum male id quod puto procedere, & intelligi, tam in fructibus, & redditibus ecclesie, nec non in acquisitis ex eis, quam in quibuscunque, alijs emolumentis occasione ecclesie obuenientibus, & illius occasione acquisitis, puta ex iniunctione penitentie. aut alias quouifmodo, vt per Innocen. in cap. cum inter. de verb. sig. vbi dicit: quod ea, que acquirit sacerdos iniungendo penitentias per parrochiam, debent esse ecclesie, subdens,
 34 quod arg. est, quod quecunque acquiruntur intuitu ecclesie, sunt ecclesie. 12. quæst. 3. Pontifices. cap. requisisti de testa. & alias, vt ibi per illum faciunt verba tex. in cap. Episcopis. x. quæst. ij. ibi sin autem Episcopus, vel qui cum eo sunt, presbyteri, aut diaconi accusentur, quia ea, que, vel ex redditu, vel quolibet actu ab Ecclesia veniunt, in vsum suos colligunt, &c. Nec id propterea mirabile videtur, quia dominium rerum ecclesie non est penes Prælatum, vel clericum: sed est penes Ecclesiam, dicit glo. in cap. hoc consultissimo. de rebus ecclesie alien. in vj. in ver. ipsarum, vbi Io. And. dicit: quod ecclesia est congregatio fidelium: cuius caput est Christus, qui habet dominium bonorum. Sed bona pauperum sunt, quoad sustentationem: clericorum, quoad administrationem. Et ita dicit concordari contraria Quinimo clericus

clericus si ex industria sua fecit aliquas meliorationes, in rebus ecclesie, non potest de talibus melioramentis, sicut de re sua disponere, quia cedunt ecclesie, secundum Abb. in cap. fin. de pecul. cler. secundum not. vbi Zabarella dicit, quod est secus in extraneo, quia factam meliorationem extraneus, vel eius hæres repetit, & dicit, quod ratio est propter coniunctionem: quam habet clericus cum ecclesia,
 36 quia alibi dicitur: quod nullus est proximior clerico, quam ecclesia, vt ibi per eum. Si vero melioratio sit facta per clericum de patrimonio suo, non contemplatione, sua sed ecclesie: potest ille clericus, vel hæres
 37 eius repetere illud, quod in tali melioratione de suis patrimonialibus impendit, per tex. cum glo. in cap. secundo xij. quæst. 4.
 38. S T A N T I B V S istis repugnantijs: & tot in contrarium, pro concordatione contrariorum, & repugnantium, credo, quod erit bonum dicere, quod aut querimus de potestate clerici in rebus ecclesie, aut in illius fructibus, aut in acquisitis ex fructibus, item quam potestatem habet, inter viuos, vt quam in vltima voluntate, vel quam potestatem Episcopus habeat, quam inferior regularis, siue secularis.
 Et quoad primum videtur, quod clericus, siue Prælatus in rebus ecclesie, maxime in immobilibus nullam habeat dispositionem, vel potestatem, nisi in casibus a iure expressis, ac nisi seruatis solennitatibus, & modis a iure traditis, de quibus per Abb. in cap. cum apostolica, de his, que sunt a prela. videlicet, vt primo tractetur, an expediat,
 1 vel non secundo interueniat consensus capituli, tertio fiat dispositio, vel alienatio pro vtilitate, vel beneficio ecclesie vel alia causa, quarto interueniat auctoritas superioris. quinto subscriptio, per Abb. in cap. primo. tua C. de his, que sunt a prela. &c. primo eo. & cap. nulli de reb. eccles. alien. de qua subscriptione idem Abb. dicit in cap. primo, de his, que quod Innocen. dat vnam regulam, quod nunquam requiratur subscriptio, nisi in casibus a iure expressis, ratio est, quia regulariter in qualibet dispositione sufficit consensus, nec requiritur scriptura. l. pactum. C. de pact. glo. in cap. primo de censibus lib. vj. & ideo venditionem, permutationem, & donationem Prælatus non potest facere: nisi de consensu capituli, & subscriptione Canonorum. Alber. vero in authen. hoc ius potestatum, de Sac. san. eccl. tenet, quod subscriptio in alienatione rei ecclesiasticæ regulariter non sit necessaria: nisi in tribus casibus prædictis, scilicet venditione, permutatione, & donatione, vt d. cap. tua, & in casibus not. per Archid. in capit. sine exceptione xij. quæst. ij. & causæ legitimæ alienationis
 3 rei Ecclesiasticæ numerantur quatuor, per Abb. in d. capit. nulli: prima est necessitas, si debita vrgent, & ecclesia non potest satisfacere

- 4 de fructibus. Secunda utilitas scilicet, ut habeat rem meliorem. d. authen. hoc ius. de sac. san. ecc. & x. quæst. ij. cap. hoc ius. Tertia pietas xij. quæst. ij. aurum, & cap. sacrorum. Quarta, incommoditas, ut quia res sit magis damnosa, quam utilis ecclesie, cap. terrulas xij. quæst. ij. & per glo. in summa hodie ex quo Prælati iurant non alienare res ecclesie sine consensu Papæ, videtur quod Papæ auctoritas in alienationibus, & dispositionibus requiratur, de quo iuramento, quomodo intelligatur, & de multis speciebus dicti iuramenti, vide per Abb. in cap. ut super, de rebus ecclesie non alie. vbi Abb. ponit, & disputat quæstionem, an possit prælatus alienare, seu concedere consanguineis rem ecclesie, concludens ibidem: quod prælatus potest concedere rem ecclesie, etiam sine utilitate ecclesie, propter privilegium quod habet, satis est enim, quod ecclesia non deterioretur. Id quod potest etiam Prælatus in fauorem consanguineorum facere: pro qua materia, vide etiam Archid. in cap. sine exceptione. xij. quæst. ij. Hodie prouisum est per extrau. Pauli ij. in extrau. com. de rebus ecclesie non alienan. vbi excommunicantur alienantes res ecclesiasticas, siue facientes pactum, per quod ipsarum dominium transferatur, ac omnes concedentes, hypotecantes, infeudantes, aut in emphyteosim dantes, siue locantes: nisi in casibus a iure concessis, exceptis fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt, & hodie habemus extrauag. Pauli Quarti, editam temporibus meis, in confirmationem constitutionum d. Pauli ij. & etiam Pape Simmachii, cuius vigore fuit recessa locatio dohanarum, pecudum, & pasuorum vrbs, facta dominis de Saulis, propter quam fuerunt damnificati ultra centum millia scuta. Item dicit glo. in d. cap. nulli, in ver. immobilium, ibi mobilia vero, quæ seruando seruari non possunt, potest prælatus alienare instar tutoris, l. lex quæ. C. de administ. tutor. Abb. vero dicit in d. capit. nulli, quod mobilia, quæ commode seruari non possunt, etiam alienantur sine solennitate, veluti vestes, quæ quotidie magis veterascunt. Item fructus, & similia, & dicit Ang. in. §. & quia parum. in authen. de nuptijs, quod omne illud, quod corrumpitur triennio, computatur inter illa: quæ seruando seruari non possunt, est glo. sing. in l. vnic. C. si aduers. vsu. & sic quæ vsu consumuntur, non sunt de illis: quæ seruando seruari possunt: pro qua materia vide glo. si. in cap. Ceterum de dona. quæ dicit, quod Prælatus potest donationem facere de rebus ecclesie, si adsit consuetudo loci: quia consuetudo loci dat iurisdictionem, & liberiolem tribuit administrationem. ff. quod vi, aut clam. l. prohibere. §. non tantum. Ita tamen, ut Ecclesia enormiter non grauetur. cap. Fraternitatem. §. accepimus, extra de donatio. vbi dicit Io. Andre. quem

quem etiam ibi refert Imola, quod si in loco, vbi est sita Abbatia, adsit consuetudo, quod Abb. possit dare. xx. solid. vel centum, vel rem mobilem, quæ supersit ipsi ecclesie, alicui pauperi, vel nobili indigenti, vel puellæ maritandæ: vel si sit consuetudo, quod Episcopus faciat aliquos milites, & eis aliquid donetur, in istis casibus valebit datio, & donatio: siue in vita sit facta: siue in morte: & ibi dicit Hostien. quod forte valebit donatio facta in consuetudinarijs, si fiat egenti, licet non nimis, non tamen poterit obligare ecclesiam, & sic inquit. Imola refidet Ioan. And. Sed addit, quod per prædicta non habetur plena veritas. Ideo dicit, quod si Prælatus vult immobilia donare, vel mobilia preciosa, non poterit: siue sit consuetudo, siue non, nisi interueniant solennitates requisitæ in alienatione rerum eccles. At Flor. inquit tenet contrarium: quia tex. loquitur indistincte, & ideo videretur intelligi posse de immobilibus, & per hoc dicit, quod licet non valeat donatio, quæ fiat per prælatum, de bonis immobilibus sine debita solennitate, tamen non videtur verum: nisi hoc habeat consuetudo, quia tunc valebit, dum tamen sit moderata, & idem dicit de mobilibus pretiosis: quia de illis iudicatur idem, q̄ de immobilibus. l. lex. quæ tutores. C. de adm. tut. & pro ista opinione inquit Imola, posset adduci quod habetur in cap. terrulas. 12. q. 2. per quem tex. videtur, quod hæc opinio possit satis sustentari, si esset res modici valoris, tamen tutius esset abstinere propter opiniones vitandas.

De fructibus, & in fructibus ecclesie, dicit Hostien in cap. si. de pecul. cler. q̄ clericus, vel prælatus potest in vita, pro suo libito disponere, & distinguit ibidem inter clericum habentem ecclesiam, vel beneficium cum administratione, vel quia si habet cum administratione, quandiu viuit, & sanus est, æquiparatur usufructuario, qui facit fructus suos, unde de donare potest, sed tamen moderate, cap. Ceterum de donatio. quod si egrotet, tunc non est amplius usufructuarius, sed æquiparatur usufructuario, aliquid tamen plus habet, quam usufructuario: quia eleemosynas facere potest cap. ad hæc de testam.

Si absque administratione simpliciter, & personaliter sit beneficiatus, habet omnimodam in fructibus potestatem, & dispositionem, quia quantum ad fructus suos faciendum, æquiparatur usufructuario, & facit illos suos vsque ad obitum, ac de eis etiam testari potest, cap. Requisti. §. illud. de testamen. & ita dicit Hostien. seruari de consuetudine, quæ quasi vbique viget generalis, hanc opinionem sequitur, & approbat glo. in cap. præfenti, in ver. Reseruati de off. ordin. in 6. quæ glo. multum inualuit apud omnes, ut dicit Abb. in cap. fina. de pecul. cler. vers. in glo. 2. & idem in cap. cum in officijs. de testamen. ibi,

sed alia opinio multum inualuit de consuetudine, & illam approbare videtur Rota in antiquis decis. 855. incip. cum Camera Apostolica, & eadem Rota in antiquis in rubrica de obliga. & solutio. decis. 330. incip. nota quod clericus, & ita communiter teneri dicit Butr. in cap. peruenit, de fideiussor. Corne. consil. 314. Butr. cap. primo de causa possess. & propr. Imola. cap. fina. de pecul. cler. vbi Calder. Imola. cap. relatum 2. de testamen. & cap. requisisti & cap. quia nos, vbi dicit quod est communis opinio, idem dicit in d. cap. peruenit, Bellon. consil. 3. numero 2. & dicit Poer. consil. 48. quod illam glo. sequuntur omnes scribes. Sed Abb. subijcit, illa glo. mihi nunquam placuit, quia per Capitulum requisisti, quod allegat, & in quo se fundat, in nihilo probatur in iure eius intentio, quinimo potius ille text. facit contra, quia in text. solum dicitur: quod relictum clericum non habenti administrationem, sed tantum simplex beneficium, præsuntur relictum non intuitu ecclesie: sed personæ, & sic acquiritur personæ, non ecclesie, &c. vt ibi per eum, facit optimus text. in cap. Episcopus. 14. questio. 1. vbi probatur: quod Canonici: qui simplex habere dicuntur beneficium, non habent bona sui Canoniciatus, & ecclesie, vt propria, sed vt ad dispensandum, & præbendæ cum procedant de rebus ecclesie, non dantur Canonici simpliciter, vt de eis faciant quicquid velint ex redditibus. Sed vt primo necessaria percipiant pro se, & si quid superest, expendant in vilitates ecclesie, quia inquit Abb. in cap. relatum. 2. bona præbendarum sunt Ecclesie: quamquam sint diuisa per præbendas, vnde per hanc diuisionem non perdunt bona naturam suam; quia bona Ecclesie cedunt pijs vsibus, non autem, vt Canonicus de eis possit testari ad libitum. Vnde bona istorum simpliciter beneficiatorum, ita sunt, & debent dici res ecclesie, sicut bona habentis administrationem, sunt autem diuisa per præbendas, vt commodius percipiantur necessaria. Etiam in acquisitis de simplicibus beneficijs, statuit Pius Quartus, quod clerici non possint disponere, nisi habeant ad hoc speciale Apostolicum priuilegium, vel adsit consuetudo in loco legitime prescripta, vt per breue suum Francisco Odescalco sub die sexto Martij 1560. Anno Pontificatus primo, per ea verba quoad beneficia simplicia, nisi ex priuilegio Apostolico, seu ex consuetudine legitime prescripta &c. Item, & in breui Donato Mathæo Minali thes. sub die xxx. Iulij eiusdem anni 1560. fac. glo. in cap. res, quæ 12. questio. 1. quæ dicit, quod si clericus emit equum de redditibus ecclesie, est ecclesie, non proprius, & redditus potest esse tam beneficij administrationem habentis, quam simplicis, ex quo est verbum generaliter prolatum, non specialiter, & generaliter idcirco dicit

eo dicit intelligi. l. de precio, de publico. in rem actio. faciunt, quæ leguntur, & notantur. 44. dist. in principio. vbi dicit glo. q. de rebus ecclesie sufficere debet clerico, q. habeat necessaria tantum, & illa necessaria arctantur ad victum, & vestitum, & text. ibidem habet, q. sacerdos viuere debet de altari, non luxuriari: nec ibidem fit distinctio qualitatis beneficij, an habeat administrationem, nec ne, & in terminis dicit Angel. in summa in ver. emptio. vers. verum emptum, de aliena. quod si clericus habens pecuniam de præbenda, de illa emit prædium, non poterit illud dare, etiam intuitu pietatis, licet pecuniam potuisset dare, quia statim prædium sic emptum, fit Ecclesie: eandem glo. reprobat Abb. in cap. cum esses. numero 23. idem in cap. cum in officijs, de testamen. item in cap. secunda de deci. nec illa glo. placet Archid. in cap. statutum. §. assessorem de rescrip. in 6. idem tenet Innocen. in cap. inde eorum, de ætat. & qualitat. qui dicit indistincte, quod clericus non debet dispensare res ecclesie, nisi in sua necessitate, & illorum qui sibi inferuiunt, & potest donare pro remuneratione seruitij, vbi Innocen. nullam facit differentiam, an bona, & res sint beneficiati simplicis, vel alterius generis. Idem tenet Dominic. de sancto Germl. & Franc. in d. cap. presententi, de off. ordin. col. 5. Barba. in tracta. de præstan. Card. prima q. 3. numero 80. Idem in cap. requisisti, de testam. num. 34. Idem in cap. fin. num. 14. de pecul. cler. vbi Imol. Bertrand. in consil. 258. 2. vol. Iaf. consil. 75. vol. 3.

Quia Clericus de rebus ecclesiasticis mobilibus, ac fructibus ecclesie potest in ægritudine constitutus, si sit compos mentis, dare, & disponere pauperibus, locis religiosis, & his, qui sibi honesta exhibuerint seruitia: etiam si tales fuerint sibi sanguine, vel affinitate coniuncti, cap. ad hæc, cap. relatum. de testamen. & idem potest donare, dum sanus est, ex iusta causa, dummodo moderate donet, cap. ceterum, de donat. & cap. ad Apostolicæ: sed dicit Ioan. de Imola d. cap. Ceterum secundum d. Anto. q. si Prælati velit rem mobilem pretiosam alienare, aut vult facere donationem de redditibus quos facit suos, quod quando fit, notatur per glo. in cap. presententi de offi. ordin. lib. 6. §. porro. & tunc potest donationem facere, in quantacunque quantitate voluerit, etiam sine consensu capituli, vel superioris, ex quo sunt sui: nec obstat (inquit) quod habetur in cap. cum olim 2. de priuileg. quia ibi non loquitur de fructibus: sed de mobilibus acquisitis ecclesie, nempe de pecunia: quam episcopus, qui erat religiosus, acquisierat, nam illa cedit episcopatu cap. 1. 18. questio. 1. ideo non poterat de illa disponere in quantitate immoderata, sed quando esset moderata sic, in fructibus autem agitur tunc de præiudicio solius prælati, ideo potest donare in quantacur-

tacunque vult, cum prælatus de illis possit libere disponere. Si vero vult donare de redditibus: quos non facit suos, tunc si vult donare aliquid minimum benemerenti, potest, etiam sine consensu capituli, etiam non subsistente aliqua consuetudine: & quid dicatur minimum, vel non, stabitur determinationi consuetudinis, si de illa apparet, aliàs videtur, quòd arbitrio superioris hoc poterit determinari, argu. cap. de causis, de offi. deleg. qui habet considerare quantitatem, seu valorem rei, vide per D. Imol. in d. cap. Ceterum, quæ dicatur minima, seu modica quantitas:

Si autem vult donare aliquid, quod non sit minimum, non tamen læderet ecclesiam enormiter; & tunc sine consensu capituli non poterit, nisi hoc habeat consuetudo, sed cum consensu capituli hoc posset; si autem vellet immoderate donare, tunc non posset etiam cum consensu capituli, etiam si consuetudo hoc haberet, quia talis consuetudo, veluti onerosa ecclesijs, non valeret; Subdens idem Imola, tamen Floren. hic dicit, quòd si prælatus donet rem mobilem, non preciosam, si moderate donat, valebit donatio, etiam cessante consuetudine, quod, inquit, tene menti, tamen propter vitandas opinioniones tutius videtur, quòd fiat cum consensu capituli, nisi consuetudo aliud haberet, sed inquit Bald. in consil. 298. primo. volum. quòd secundum quosdam Prælatus potest donare consanguineis ex generali consuetudine, quam Papa scit, & tolerat, argu. l. filius. ff. de donation. alij dicunt, quòd ista consuetudo est abusiva, & inualida: per quam Papa dicitur pati, non facere: alij dicunt, quòd causa pietatis, vel meritum potest vsque ad competentem modum, non enim intelligitur iactari, quod propter benemerita ecclesiæ, vel prælati erogatur: alij dicunt, quòd donare nullo modo potest: nisi forte, quòd potuisset nugatorie expendere, puta in equis, domicellis, & conuiujs, nam si ab ijs abstinuit, vt posset providere consanguineis, ecclesia non est facta pauperior ex tali donatione: De redditibus ergo appropriandis ipsi prælato potest facere quicquid vult, dum viuit, in mortem autem non, not. in cap. præsentis. de offi. ordin. vt ibi per eum, quia est dominus, sed hoc Abb. intelligit, si vtatur, fruatur, vel quod idem est, si in vita de illo legitime disponat, per eum in cap. reprehensibilis, de appella. & dicit Abb. in cap. cum in officijs. de testamen. quòd clericus de bonis intuitu ecclesiæ, vel de facultatibus ecclesiæ acquisitis, non potest testari, vel aliter de ipsis bonis in alios disponere regulariter, nisi in quatuor casibus: primo si clericus tantundem de suo ecclesiæ contulerit, quantum vult relinquere, vel disponere. 12. quæstio. 2. si quis qui-
libet, ead. cau. quæstio. 5. cap. si episcopus. secundo de rebus mobi-
libus,

libus, & modicis si adsit consuetudo: tertio potest donare intuitu elemosynæ, quam clericus potest facere in infirmitate constitutus: quarto quando clericus vult remunerare seruitia honesta recepta, tam a consanguineis, quam ab extraneis. §. licet d. cap. relatum, & per eundem Abb. in capit. relatum. ij. vers. nota in verbo. vbi dicit, quòd clericus in ægritudine, de qua post modum decessit, potest aliqua mobilia ecclesiæ conferre religiosis locis, & pauperibus; item his, qui sibi seruiunt, siue consanguinei sint, siue extranei, secundum seruitij meritum: ex quibus verbis inferitur, quòd in pauperibus, & locis religiosis, sufficit ad erogationem faciendam sola charitas, sed in alijs qui non sunt pauperes, vel non sunt loca religiosa, requiritur quod præcedat aliquod seruitium. Et ex hoc infero secundo, quòd consanguineo diuiti, qui non seruiuit ecclesiæ, vel prælato, non potest prælatus aliquid conferre, etiam de mobilibus ecclesiæ, & pondera-
9 ibi verbum, aliquid, quod denotat quandam moderationem, non enim debet omnia mobilia ecclesiæ dispensare in ægritudine, quia dicit specul. in tit. de stat. monach. vers. 57. quæritur, quòd episcopus, & presbyter, non tamen religiosus, de fructibus ecclesiæ suæ, & mobilibus sibi ratione ecclesiæ acquisitis, poterit seruitoribus mercedes relinquere, & donare, & remunerare. l. iubemus. C. de sac. san. ecc. dum tamen non fiat in fraudem, prout quidam faciunt, legantes ne-
10 potibus, & consanguineis suis maximas, & diuersas pecuniæ quantitates sub nomine remunerationis receptorum ab illis seruitorum contra iura vt. 65. dist. non satis. prope princ. melius est quod dicit Did. Couarruias in cap. cum in off. de testam. vers. & his: quod per tex. in cap. ad hæc de testa. probatur, videlicet quòd clericus in ægritudine constitutus, causa donationis inter viuos, potest redditus ecclesiæ in piam erogare causam, modo in donatione moderamine vtatur, si ex ea ægritudine decessat: sed si in bona existens valetudine velit in pios vsus erogare aliquid de bonis mobilibus, id agere poterit libere nulla præfixa quantitate: id quod probatur etiam in cap. quia Ioannes, iuncta glo. 12. quæst. v. notat Abb. & maxime per finalia verba, Anchar. Imol. Barba. in d. cap. ad hæc, vnde oportet a viuentem fieri traditionem horum bonorum, quæ sic donantur, Barb. in dicto
11 loco ij. col. & isti sunt modi, vel casus per Abb. enumerati, in quibus videtur licita, & permilla clerico dispositio in fructibus, & rebus ecclesiæ, nec vltra hos, alios enumerat. nec in eis iura allegata distinguunt magis in fructibus, ac rebus ecclesiæ habentis administrationem, quam simplex beneficium: quia inquit Abb. in cap. cum esset, in repetiti. de testa. col. 8. ante numerum 22. quod indistincte
qui-

quilibet clericus, quæcunque acquirit de bonis ecclesiæ, debet conferre ecclesiæ, alias punitur, per tex. in cap. primo 12. quæstio. 3. & in hac materia est in terminis (inquit) tex. §. fina. cum cap. seq. 12. quæstio. 1. vbi expresse habetur de clerico non habente administrationem, & dicitur ibi, quod præbenda pro necessitatibus datur canonico, & si quid deductis necessitatibus superest, illud in communes vsus ecclesiæ expendat, eundem tex. allegat idem Abb. in cap. fina. de pecul. cler. in confutatione dictæ glo. & similis tex. habetur, vt diximus, in §. his ita respondetur. cap. episcopus 14. quæstio. 1. vbi habetur expressum, quod canonicus non vitur rebus ecclesiæ tanquam rebus suis: sed tanquam ad dispensandum sibi creditis, & commissis: quia ipse in rebus ecclesiæ est procurator, pro hac parte est text. in cap. videntes 12. quæstio. 1. vbi habetur, quod ideo fuit ordinatum, quod bona, quæ offerbantur ecclesiæ per Christi fideles ad fidem confluentes, reuerentur ecclesiæ, & non amplius venderentur, prout, a principio fiebat: vt ex sumptibus eorum necessaria tribuerentur egentibus, & communem vitam ducentibus: quia non est vera secundum Abb. in dict. cap. cum esset, in repetit. eadem colum. octaua, & nona, & per eundem in rubrica de pecul. cler. in. fi. eorum opinio, qui dicunt, quod clericus siue prælatus faciat fructus beneficii suos, nisi ad hoc, vt de illis sibi prouideat primo, & de superfluis deducta sua prouisione, dispenset in vsus pios, non vt de illis possit, vel testari, vel pro libito suæ voluntatis facere: quia est de hoc bonus text. in cap. si quos deseruis 12. quæstio. 12. vbi donatio facta de fructibus reuocatur, & pro non facta habetur: & per eundem Abb. in cap. ceterum, de donatio. vers. sed dubium, vbi dicit, quod clericus de redditibus ecclesiæ potest dare illos redditus, & fructus, quos facit suos puta quales sunt quotidianæ distributiones, & huiusmodi, vt habetur in cap. vnico. de cler. non residen. in 6. item de fructibus beneficii illam partem, quæ est sibi pro necessitatibus suis, & suorum ex canonis dispositione assignata: sed illam clericum facere suam tamen intelligit Abb. si in vsum, & alimoniam suam conuertat, vt per eundem in cap. reprehensibilis, extra de appella. & dico infra in seq. quæstione, fac. text. in cap. iudicatum. 89. distinct. vbi dicitur, quod episcopatus est patrimonium episcopi, & debet intelligi quantum ad dispensationem, quia clerici sunt dispensatores, & habent potestatem dispensandi res ecclesiæ: & per præfata, ac per alia, quæ ibi adducit Abb. nulla est differentia inter habentem administrationem, & non habentem: innuens, quod tam sunt ecclesiæ bona ex simplicis beneficio prouenta: quam ex beneficio administrationis acquisita, quia talis distinctio iure non probatur. Id quod sentit Cardinalis

Zaba-

Zabarella in cap. fina. de pecul. cler. colum. fina. circa finem, per illa verba, secundo casu, licet vt prædixi, & quidam distinguant inter beneficia simplicia, vel non simplicia. Item alij distinguant inter clericos sæculares, & regulares: tamen tales distinctiones iure non probantur: & per illa verba paulo inferius, secundo casu indistincte potest, etiam donando, quia dominus est fructuum, & æquum esset statuere, quod de omnibus fructibus &c. per quæ, concludit, Abb. id, quod etiam videtur tenere Zabarella, quod clericus, vel prælatus non habet in fructibus, ac prouentibus ecclesiæ, nisi victum pro se, & suis: & illo deducto, ius in ecclesia, & in pauperes illos fructus canonicè dispensandi: & iura dicentia, quod clericus facit fructus suos, ac quod in illis acquirit dominium, loqui, & intelligi in illam partem fructuum, quæ sibi pro necessitatibus est assignata, quæ est omnino sua, quia clerico omnino debetur, licet aliunde habeat victum, alimenta, vel sustentationem, per Didacum Cauarruias in cap. cum in officijs 14 de testam. vers. tertio. vbi dicit, quod clericus habens beneficium ecclesiasticum, potest libere disponere de illis redditibus, qui sunt necessarij ad eius honestum sumptum, inspecta cuiusque qualitate, si eos præcipuo is habeat, qui aliunde victum, & necessaria sibi ministravit, hæc etenim pars bonorum ecclesiasticorum ministris ecclesiæ, per canones antiquos constituitur cap. ecclesias 13. quæstio. 1. tex. & ibi Abb. in cap. de his, de eccles. ædific. vel repar. Sanct. Thom. secunda secundæ quæstio. 185. articu. 7. respon. ad 2. quod intelligit Abb. si vtatur vt dico supra, & hoc intellige de quocunque beneficio ecclesiastico nulla habita distinctione simplitis, curati, vel habentis aut non habentis administrationem. Super qua materia vide, quæ dicit Geminian. in cap. præfenti de officio ordin. super illa glo. vbi dicit, quod quidam intelligunt glo. illam, vt loquatur de simplici beneficio, vt quilibet habens beneficium simplex testari possit, quod dicunt falsum, & contra tex. in cap. relatum, quod loquitur in canonico, & sic consequenter in habenti simplex beneficium, qui tamen non potest testari, atque hoc (inquit) etiam ego fateor. At glo. recte intellecta est verissima, & id non dixit, sed bene dixit, quod ad hoc, vt beneficium possit testari, tria requiruntur: Primum quod non habeat administrationem: Secundum quod beneficium sit simplex: Tertium quod illud obueniat sibi personaliter tantum, & consequenter tales fructus concessi ratione stipendij personalis: quibus concurrentibus poterit disponere, & testari, & alias, vt ibi per eum: quia sic intelligendo bene procedit id, quod dicit glos. & ea, quæ dicuntur per Abb. qui intelligit, quod glo. loquatur in simplici beneficio tantum, non autem

in

in fructibus, qui obveniunt ratione seruitij personalis, quia distributiones quotidiana, & alia huiusmodi, quæ dantur, & distribuuntur clericis ratione laboris, & exercitij personalis, acquiruntur clericis, quo ad liberam eorum dispositionem, per Didacum Couarruias in dict. cap. cum in officijs, de testam. numero 4. tex. in cap. vnico de cler. non residen. in 6.

Id, quod etiam procedit in commendatario, secundum Nicol. de Vbal. in tracta. de succes. cler. ab intesta. vers. secundo quæro, vbi proposita quæstione: An fructus commendatarij referuntur futuro successori, an vero commendatarius faciat eos suos, ita quod veniant post mortem commendatarij ad eius hæredes, dicit, quod Lud. Pontan. in consil. 352. incip. omnipotentis Dei postulat suffragio, in casu propositæ consultationis, distinguit, quod aut commenda est facta ad utilitatem ecclesiæ, & tunc fructus referuntur successori, quia in tali casu commendatarius non facit illos suos. 61. distinctio. quoniam festus: sed bene verum est, quod ex redditibus tantum potest detrahere, quantum sibi, ac suorum victui sufficiat, 12. quæstio. 2. charitatem. cap. vnico de clerico ægrotante. §. primo libro 6. de quo nihil mirum, quia commenda in tali casu, nihil aliud est, quam depositum, quod potest ad libitum deponentis reuocari, etiam si dictum fuisset, quod depositum vsque ad obitum depositarij duraret. l. prima. §. si deposuero. ff. deposit. cap. primo extra eo. Et tali casu potest commendatarius ad libitum remoueri, Et beneficium commendatum, tamquam vacans conferri, per Lud. Gomes. reg. de publican. resign. quæstio. 4. vbi vide, eo quod commenda fit duobus modis, & quando commendatarius æquiparatur titulari, aut commenda fit non in fauorem, vel utilitatem ecclesiæ, sed commendatarij tantum, & eo casu commendatarius facit fructus suos, & eos lucri facit, instar depositarij, ad cuius gratiam factum est depositum, quoniam illos redditus ex re deposita perceptos, sibi depositarius acquirit, & lucratur semper, nisi eos percipiat post moram, quia perceptos post moram, & a die moræ debet restituere deponenti, cuius fuit res deposita. l. dies spoliatorum. §. pecuniam. ff. deposit. & ita debet (inquit) intelligi glo. in cap. nemo deinceps, de electio. in 6. sed inquit idem D. Nicol. quicquid ipse D. Pontan. dicat, mihi videtur, quod non sit magis priuilegiatus, commendatarius in aliqua commenda, quam intitulus in aliqua ecclesia, vel beneficio, qui vt supra dicit, in morte potius censetur vsuarius, quam dominus &c. Et Cardin. Zabarella in præallegato loco colum. antepen. declarando materiam dicit, quod multis modis quid potest dici suum, & **15 proprium: sed secundo modo potest dici proprium id de quo quis habet**

habet liberam dispensationem, tamen si male dispense potest puniri, non tamen reuocabitur dispensatio, & hoc modo dico (inquit) habere clericos proprietatem in fructibus beneficiorum, & sic loquuntur omnia iura, quæ dicunt clericos debere esse contentos victu, & vestitu. si enim extra modos licitos dispensant, peccant vt in allegatis iuribus per eum, & possunt puniri, adeo, quod quandoque possunt ab ecclesia remoueri: subiungit idem, quin si clericus distrahit fructus beneficij, & donauit pecuniam amico, non valet donatio, nec id quod **19** acquireret ille ex illa pecunia, sed erit ecclesiæ, Idem dicit in cap. peruenit, de fideiuf. idem dicit glo. fina. cap. fina. in fin. 12. quæstio. 1. glo. & Archid. cap. fina. quinta. quæstio. 3. subiungens Zabarel. d. cap. fina. de pecul. cler. licet autem secundum prædicta teneat dispensatio qualitercunque facta per clericum in vita, secus videtur in vltima voluntate, per quæ verba videtur innuere, quod potest clericus qualitercunque dispensare fructus suæ ecclesiæ, & idem circa finem, per illa verba, dic ergo, quod aut loquimur in administrationibus, quæ non sunt proprie beneficia, aut in illis, quæ sunt beneficia; vel in beneficijs simplicibus. **17** primo casu exemplum poni potest in hospitalibus, quæ non sunt beneficia. Clemen. per litteras de præbend. & Clemen. quia contingit, de religio. dom. & institutus in talibus non facit fructus suos. secundo casu, licet quidam distinguant inter simplicia beneficia, & non simplicia, & inter clericos regulares, vel seculares, tamen hæc distinctio iure non probatur. Vel queritur, an beneficiatus faciat fructus suos, ita quod libere disponere possit, sicut dominus, adeo quod, etiam si male dispense, non possit puniri, & dic, quod non potest, vt cap. secundo de pecul. cler. aut an faciat suos intantum, quod possit sibi conseruare, vel ex eis aliquid acquirere, quod suum sit, & adhuc idem, quod non potest cap. tertio eo. aut an faciat suos, adeo quod de eis possit disponere, ita quod non reuocetur, quod fecerit, & hoc, aut in vltima voluntate, aut inter viuos, & primo casu non potest cap. ad hæc cap. relatum. de testamen. secundo casu indistincte potest, etiam donando, quia dominus est fructuum cap. vnico de cler. non residen. in 6. & æquum esset statuere quod de omnibus fructibus, idem dicit Imola ibidem per eadem verba. Subdens idem Zabarella, item esset æquum, quod clericus posset libere disponere in vita, & in morte de omnibus acquisitis ecclesiæ mobilibus, siue immobilibus, & hoc, si sint acquisita tempore suo, nisi constaret manifeste, quod essent acquisita intuitu ecclesiæ, per hoc enim clerici essent promptiores ad bene agendum, & bene acquirendum, & multi magni viri, qui abstinent a clericatu, non abstinerent, nec facerent clerici fraudes, quas faciunt

faciunt, in faciendo cantare instrumenta emptionum, & aliorum contractuum in alterius persona, prout quotidie faciunt: & ibidem paulo ante, valde absurdum est ita restringere potestatem clericorum, vt videantur nudi ministri, nam per hoc surgerent lites, & multi retraherentur a beneficijs, & a clero, si putarent non posse aliquid in amicos, vel propinquos ex fructibus beneficij erogare: qui tamen alias sunt vtilis beneficijs, & beneficia magnificant; & ita inquit seruatur: vnde etiam in foro conscientie videtur beneficiatus tuto posse largiri de fructibus beneficij, dummodo per hoc non omitat hospitalem, eleemosynas condecetes, & alia, ad qua de iure tenetur: Dom. vero Flor. secundum quod refert Ioan. de Imol. in cap. fin. de pecul. cler. tenet indistincte, qd clericus sit dominus fructuum beneficij perceptorum, & qd de illis possit quoquomodo, & pro quantacunque quantitate in vita dispo- nere libere, & sine aliqua difficultate, vt per eundem Imolam d. loco 18 colum. antepen.

Et ex praedictis habes tres principales opiniones: vnam, qua multum restringit, potestatem clericorum circa fructus beneficij, qua fuit opinio Innocen. cap. Indecorum de erat. & qualit. Archid. in cap. statutum. §. allefforem prallegato. Io. Cald. cap. fin. de pecul. cler. Abb. in cap. cum esse, in repet. & alijs locis supra adductis, & quam etiam de iure sequitur Dom. Anto. cap. fin. 3. causa. de causa possess. & proprie: Secunda opinio principalis est D. Flor. de qua vltimo dixi, qua dat magnam, & largam potestatem clericis circa fructus, & redditus beneficiorum: qui voluit, qd clericus beneficiatus non distinguendo, an habeat administrationem, vel non, faciat fructus suos, & de illis habeat in vita plenam administrationem, & potestatem, adeo qd possit etiam alteri donare, si velit: & non reuocetur donatio.

Tertia est opinio Hostien. in cap. fina. de pecul. cler. & glo. in cap. praesenti de offic. ordin. qua mediam viam eligendo, distinguit inter clericum simpliciter, & personaliter beneficiatum, & habentem administrationem: quia in primo casu est dominus fructuum beneficij, & de illis habet plenam dispositionem in vita, & in morte: secundo casu in vita dicitur facere fructus suos, & potest de eis disponere, etiam donando aliquid de eis, dummodo moderate hoc faciat: & in hac materia stantibus istis opinionibus resoluit Ioan. de Imol. in d. cap. fin. de pecul. clericorum, quod opinio Innocen. Abb. Archid. & sequentium sit vera de iure, & quod clericus possit moderate aliquid donare de fructibus, saltem si adesset consuetudo; & quod dicitur, qd dicit Hostien. quod seruatur de consuetudine, & vbique obtinet consuetudo, videtur, quod consuetudo illa possit tolerari, per illud qd habetur in cap. si propter

propter tua debita, de rescrip. in vj. & in extrauag. Io. 22. suscepti. qd fructus beneficij vltimi anni, in quo clericus decedit, etiam si nondum sint percepti, spectant ad haeredem ipsius clerici: vnde videtur qd valeat consuetudo, quod clericus personaliter, & simpliciter beneficiatus, faciat fructus suos: si vero habeat administrationem, quod non possit donare in magna quantitate alteri, sed moderate: id, quod inquit Imol. puto verius de iure.

Et in hac materia pro declaratione veritatis, est meo iudicio bonum subdistinguere, inter qualitates fructuum, reddituum, & proventuum, qui percipiuntur ab ecclesia, & inter eos qui percipiuntur occasione ecclesiae: quia iudico, quod de omnibus indistincte non sit habenda eadem ratio: vt videlicet aliqui fructus sunt, qui obueniunt beneficiato regulariter ratione tituli tantum, non ratione alicuius, vel residuae, vel seruitij, vel personalis interessentiae, vel sit beneficium habens, vel non habens administrationem, quia nihil refert, per Abb. in rep. cap. cum esses, de testam. & cap. fin. de pecul. cler. puta redditus, qui veniunt ex praedijs, domibus, censibus, terris, locis, aut alias ex rebus ecclesiae, quia ei debentur ex eo, quia est in beneficio institutus, aut intitulus: & de istis est satis dictum supra, vbi deduxi, quod sunt tres opiniones, vna Innocen. & sequac. alia Floren. alia Hostien. qua mediam viam elegit &c. pro qua est decis. rote 855. in antiquis. incip. cum camera Apostolica. item alia decis. eiusdem rote decis. 37. in vltimis incip. pariter cum Camera Apostolica. fac. pro ea vsus communis, & communis consuetudo, qua illa approbat, vt per Abb. capit. peruenit, de fideiuss. numero 12. circa finem. & per eundem in cap. reprehensibilis. de appella. in additio. numero 20. vbi dicit, esse consuetudinem generalem apud omnes, quod personaliter beneficiati faciunt fructus suos. Et per eundem in cap. nouum genus. iij. col. in fin. extra de decimi. quod vtrum canonici, & sic personaliter beneficiati, faciant fructus suos, nec ne, standum est (inquit) consuetudini.

Alij vero fructus sunt, qui obueniunt beneficiato, non ratione tituli tantum, neque ex eo, quia est in beneficio institutus tantum, vel intitulus: sed quia in ecclesia, in diuinis horis; & laudibus dei deseruit, veluti sunt illi fructus, vel proventus, qui debentur tantum seruiti, & qui non seruit, illos non percipit: veluti sunt distributiones quotidianae, qua dantur pro seruitio in diuinis personaliter impenso, & huiusmodi; de quibus habetur cap. vnico de cler. non resid. in vj. & in cap. licet, de praeben.

Alij demum fructus sunt, qui non debentur habenti titulum, nec deseruienti in ecclesia in diuinis, sed quia sunt tertio auctoritate Apostoli-

ca, vel alia, ex fructibus, vel emolumentis alicuius ecclesie canonice reseruatis, ex aliqua causa, vel arbitrio superioris regulariter, vel concessi, prout sunt fructus in aliqua ecclesia specialiter reseruati, & prout sunt fructus pensionum, & pensiones, quae non debentur nec ratione tituli, nec seruitij, sed sola Papae, aut alterius superioris ordinatione, aut concessione, obligantes in id, habentem beneficium, siue ecclesiam, de quibus habetur per Caccialup. Gig. Paulum de Roma. in eorum tracta. de pensio. in principio, & per totum: Et de his duobus videtur res aliter sese habere, quia in huiusmodi multo maiorem potestatem clericus, vel praelatus habere videtur: & primo videntur vera esse, quae diximus supra de distributionibus quotidianis, videlicet quod acquiruntur etiam ratione dominij recipienti, & canonicus, siue clericus, facit illas suas adeo, quod pro libito suae voluntatis potest de illis receptis disponere. di. cap. vnico de cler. non resid. quia distributiones quotidianae, dantur pro labore impenso, & in multis locis, vt diximus supra, dantur in pane, vino, & huiusmodi, nec augent corpus praebendae, seu beneficij fructus, nec inter fructus beneficij numerantur, nec veniunt appellatione fructuum beneficij, per Probum qui multos enumerat in cap. primo col. fin. de cler. resid. est decis. rotae decis. Achil. incip. pensionem tit. de pensio. in manuscript. & dicit summa Tabiena in ver. restitutum. §. 19. quod de bonis sibi deputatis, & de distributionibus simplicis beneficij non habentis administrationem idem est iudicium, quod de bonis proprijs, pro quorum etiam pondera, quod aliud esset in distributionibus beneficij curati, dignitatis, & administrationem habentis, aliud in simplicibus distributionibus, quae debentur propter operam personae, arg. l. 1. secundo respon. ff. si ment. Fal. mod. dixit. ff. pro Soc. l. si duobus. §. si in coeunda. & in cap. licet vobis, de praebend. optimus tex. in extrauag. communi postulasti. de praeben. vbi distributiones, quae dantur illis, qui horis intersunt diuinis, sunt exclusae ab impositione collectae fructuum primi anni, & si impetratur beneficium certi valoris, distributiones non sunt computandae in ualorem fructuum, quia illae dantur ratione certi ministerij, puta clericis interessentibus diuinis, & non sunt de corpore beneficij, nec sub illo comprehenduntur prout legitur & notatur in cap. licet de praeben. & per Ioan. And. in cap. vnico de cler. non resid. in vj. in nouella, & per eundem in additione ad speculator. titulo de concess. praeben. §. in illis, fac. cap. fin. de concess. praebend. §. in illis vero. in vj. vbi distributiones quotidianae sunt aliud, quam illud, quod datur ratione praebendae, Rotae decis. 134. in nouis. Eadem Roata decisio. 406. in antiquis est decisio. Boeri decis. 340.

in

incip. Xpi benedicti. vbi condemnatus restituere fructus, non restituit distributiones quotidianas distributas pro interessentia in diuinis horis. sequitur Nicol. de Vbal. in suo tracta. de success. cler. ab intesta. §. sexto quæro. vbi multa adducit in contrarium, sed id dicit face-
re disputationis gratia, de quibus clericus videtur posse ad libitum donare, disponere, dispensare, & contractare, cum ei obueniant in præmium & solutionem laboris, & ministerij sui personalis, vt per Didac. Couarruias cap. cum in officijs de testa. §. tertio ex eadem. & §. quinto ex principali quia licite clericus potest locare operas suas, quamuis spirituales, ac etiam eas vendere per Innocen. cap. quoniam ne prælat. vic suas.

Subdens idem de Vbaldis ibidem, vers. quæro primo, de fructibus præbendae: si præbenda non est distincta, vel separata: sed canonica, aut beneficio annexa; dicendum esse quod vadunt ad successorem: si vero est distincta, aut separata, sine dubio in locum defuncti alius est ordinandus, & notat. in cap. dilecto. de præben. in cap. cum M. de constit. tamen dicendum est, quod dicti fructus prouenientes, etiam ex præbenda distincta, reseruentur capitulo: nec est verum, quod canonicus proprie habeat successorem, nisi tantum, quoad corpus antiquae præbendae, ad hoc glos. & quod ibi not. in cap. quod sicut. de electio. quapropter de fructibus præbendae, idem est censendum quod de fructibus beneficij, nec præbendae in hoc aliquid habere videntur commune cum distributionibus: in quibus præbendatus non videtur habere tantum iuris, quantum in distributionibus, vt per dictum D. de Vbal. vers. vj. quæro ibi, & multo magis de quotidianis distributionibus, in quibus præbendatus habet maius ius, &c. de quibus clericus potest disponere, sicut mercenarius, & rusticus de lucro operis diurni: quia canonicus, habens præbendam distinctam, non potest de illis fructibus, nec testari, nec disponere, ex quo dicitur habere administrationem, per Innocen. in cap. nouum genus de decimis, & est casus in cap. relatum. de testam. secus si præbendae non sint distinctae, sed quia omnia veniunt in communi, & postea distribuuntur, singulariter tantum pro quolibet, quia de istis bene potest disponere & testari. Idem videtur dicendum de eis qui habent capellanas in ecclesijs ad nutum amouibiles, quae non dantur eis in titulum, sed datur eis certum stipendium in anno in pecunia, de tali stipendio possunt, disponere: quia datur eis intuitu personae, & pro labore. Si verò distributiones quotidianae sint quae non dentur, vel soluantur illis qui horis intersunt: sed & illis qui sunt praesentes in ciuitate vel loco, licet non intersint horis, crederem quod istae non sunt nature & quali-

K 2 tatis

tatis prout sunt quæ dantur pro seruitio, quia videntur valde ab istis differre, quia illæ sunt exemptæ ab impositione collectæ, istæ vero non per extrauag. postulasti. & extrauag. cum nonnullæ. de præben. extra. eod. vbi etiam vide de capellanijs quæ sunt institutæ pro missis pro anima decedentium celebrandis, quæ gaudent privilegio distributionû, si non excedant summam xx. librarum: vnde intellige hic de distributionibus quotidianis proprijs, & proprie sumptis, quæ actu distribuuntur, de quibus, per glos. in extrauag. suscepti. ne sed. Vacan. in glos. privilegio. inquit enim, distributiones enim proprie dicuntur quæ actu distribuuntur, ita intelligit Deci. conf. 280. in casu proposito, vbi tenet, quod distributiones quotidianæ sunt, quæ ipso actu distribuuntur, & quod ab actu distribuendi sunt denominatæ, per not. per Domin. cap. primo de cler. non resid. in vj. vbi dicit, quod in talibus distributionibus quotidianis, plus habent iuris clerici, quam in alijs fructibus, & bonis ecclesiæ, quia in illis consequuntur dominium, & de illis possunt testari, de quo late per Didac. Couarruias, varia. resolut. lib. 3. cap. 13. per Paris. conf. 33. lib. 4. & conf. 32. optime Boe. decif. 340. ad fi. vbi dicit quod distributiones pro interestia in diuinis horis sunt priuilegiatæ ab alijs distributionibus: & in materia distributionum quotidianarum, an clericus possit de illis testari, videtur quod variæ sint opiniones doct. secundum Iul. clar. lib. iij. §. testamentum. vers. quinto dixi. & quod distributiones efficiantur clericorum propriæ, tenet Guliel. de monte Laud. & hanc esse communem affirmat Paris. conf. 33. num. 8. lib. 4. & hæc in via iudicij obtinet, licet enim videantur acquisitæ intuitu ecclesiæ, tamen principaliter dantur in intuitu personæ propter diurnam operam, merito clerici eas faciunt proprias, & de eis ad libitum possunt disponere, & ita obseruatur in practica, maxime in exactis, secundum Iul. clar. lib. 3. §. testamentum. d. loco.

Idem venit dicendum, etiam de pensionibus, ac pensionum fructibus, 6 de quibus clericus, vel pensionarius videtur posse pro libito disponere, aded quod pensiones decursas, & non exactas per pensionarium, eius hæredes exigere, & recuperare possunt, quia pensio non est ecclesiasticum beneficium proprie, sed est aliquod prophanum, in mera temporalitate consistens, vt per Fel. & alios doctor. in c. ad audientiam. ij. de rescrip. & in Clem. prima, vbi Card. Imola, & alij. de supplen. neglig. præla. intelligendo, non de pensione, quæ consuevit assignari pro beneficio ecclesiastico, quæ reputatur vt beneficium ecclesiasticum: sed de pensione quæ est certa portio ex aliqua mensa, vel beneficio, ex causa, ad tempus, non perpetuo separata, per Lauren. in Clem. præallegata & Gig. in principio sui tractatus de pensio. quales sunt hodie

hodie regulariter pensiones, quæ etiam laico assignari possunt, vt per 9 doctor. in cap. quamuis vbi Archid. & Franc. 2. not. de præben. in 6. per Imol. dicta Clem. pri. colum. 6. vers. querit Gulielmus: de rebus eccles. non alien. Bald. & post eum Fel. in d. cap. ad audientiam. Item quia pensionarius videtur æquiparari usufructuario, quia pensio extinguitur morte; sicut usufructus morte usufructuarij, §. finitur autem instit. de usufruct. & usufructuarius facit fructus suos, aded quod illos etiam transmittit ad hæredes, per tex. in l. defuncta. ff. de usufruct. per Ioan. de Imol. in Clem. prima. §. primo. colum. 3. de supplen. negli. præla. Gig. in tracta. pensio. quæstio. prima. num. 2. quæstio. 25. num. 4. Paul. de Roma in tracta. pensio. q. 8. & Gig. quæst. 52. Item quia pensio assignatur pensionario, vt commodius sustentari valeat: & 10 sic videtur assignari in causam alimentorum, vt per Gig. in tracta. de pensio. quæst. 51. num. 12. per Roma. conf. 388. incip. in casu propositi thematis. Et ille, qui habet legatum pro alimentis, taliter ius habet in eo, quod decedens transmittit ius exigendi præterita alimenta non soluta ad suos hæredes. l. vti frui. §. fin. ff. si usufru. per. l. fructus, in 11 si. cum l. seq. ff. de rei vendica. l. qui usufructum. §. fin. & l. quæstum. l. defuncta. ff. de usufru. faciunt adducta per Alexan. conf. 4. in fin. in 12 cipi. perspectis his, tertio vol. per Gig. in suo tracta. pensio. q. 52. Accedit ad prædicta, q. in ista opinione inclinant domini de Rota, sicut post meum in vrbem reditum, inueni conclusum in vna Turrinana pensionis. 31. Ianuarij 1567. coram R. P. de Gratis Rotæ Auditore & domino meo, in hæc verba conclusionis, videlicet, stricte ad dubium, conclusis constitutionibus, & bullis Pauli iij. & Iulij iij. ac etiam vsu Camera, fuit conclusum q. pensiones decursæ, & non solutæ, non computentur inter spolia, sed magis transeant ad hæredes, quia pensio non est beneficium ecclesiasticum, sed consistit in mera temporalitate, cap. quamuis, vbi doctor. de præben. 6. Fel. cap. ad audientiam. 2. prima colu. de rescrip. &c. vt in d. conclusione.

Sed in contrarium vidi breue Pauli iij. sub datum Romæ apud sanctum Petrum Die. 3. Martij 1544. Anno decimo, cuius tenor sequitur videlicet. Venerabili fratri Hieronymo Episcopo Castren. Prælato domestico, & dilecto filio Tyberio Palello physico nostris.

Venerabilis frater & dilecte fili salutem, &c. Cum sicut accepimus venerabilis frater Saluator Allepntius Archiepiscopus Turritan. bone me. Francisci olim Archiepiscopi Turritan. & Episcopi Aretin. in summa octingentorum ducat. auri de Camera, ratione annuæ pensionis eidem Francisco Archiepiscopo, & Episcopo super fructibus mensæ Archiepiscopalis Turritan. Apostolica auctoritate reseruatæ, de-

bitor remanserit, & dicta summa octigentorum ducatis, tanquam eiusdem Francisci Archiepiscopi, & Episcopi spolia, ad cameram nostram apostolicam deuoluta sit, & ad ipsam cameram pertineat. Nos singularibus meritis, & antiquis, & recentibus seruitijs erga nos vestris attentis, summam octigentorum ducatorum prædictam, vobis æquis portionibus inter vos diuidendam, auctoritate apostolica gratiose donamus, & liberaliter largimur per præsentem: mandantes dilecto filio curiæ caularum cameræ apostolicæ generali audictori, vt summam prædictam vobis, per ipsum Saluatorem Archiepiscopum, iuxta tenorem præsentium tradi, & consignari faciat, eum per censuras ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita ad id cogendo, & compellendo inuocato etiam si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, non obstant. constitutionibus & ordinationibus apostolicis contrarijs quibuscunque: seu si eidem Saluatori Archiepiscopo ab apostolica sit sede indultum quod interdicti suspendi, vel excommunicari non possit, per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum &c. die iij. Martij. 1544. Anno decimo.

Per quod breue videtur declarari pensiones, & pensionum terminos esse spolia, ac venire appellatione spoliatorum, & illas, vel illos, vti spoliaper collectorem colligi, tanquam ad Cameram Apostolicam spectantia. Vnde tenore talis declarationis, seu breuis attentio, & attentio, quod Decisio Rotæ est facta, dicto breui, & vsu cameræ seclusis, & attentio, quod Pius quartus in breui Matheo Minali Thesaurario declarat fructus redditus, & prouentus ecclesiarum spolia, & illos, vti spolia colligi & non solum fructus, sed & omnia, quæ ex fructibus empta, reedificata, referta, restaurata, seu, quæ ex fructibus quomodolibet prouenerint, attentio etiam, quod pensio est de fructibus ecclesiæ, quia pensio est portio &c. per Gig. Cacialup. & Paul. de Roma in eorum tractatibus in principio. nec non attentio quod pensio, quam tibi soluo de fructibus mei beneficij, ita videtur esse fructus ecclesiæ, vti sunt fructus, qui mihi remanent ea soluta, attentio insuper quod pensio regulariter referuatur, & referuari solet clerico non laico: quia in supplica. referuationis pensionis factæ scholari poni solet clausula, si & postquam clericali caractere fuerit insignitus: præterea attentio quod pensio aliquando datur in titulum beneficij, & considerato, quod pensio non conferatur nisi a Papa, vel ab ordinario in casibus ei permissis, non ab alijs personis, per d. Doctor. d. locis, atque item attentio, quod pensio non exigatur a pensionario regulariter, nisi bullis expeditis, aut saltim supplica-
tione

tione cum obligatione in forma Camere Apostolicæ, vt per Hieronymum Paul. in practica Cancellarie, vbi dicit quod aliter exigens incidit in excommunicationem, & tenetur ad restitutionem: videtur (inquam) his attentis quod pensio sit ius ecclesiasticum non autem quicquam mere temporale. Et attentio, quod adducta per Gig. & alios, vt supra non præferunt casum successionis, vel quod in fructibus pensionum succedatur per hæredes, nisi a simili, similitudinario, vel illatiuo modo, si ne casu canonis, vel legis expresso faciendas illationem: pensio est quid mere prophanum nihil ecclesiastici vel spiritualis in se habens, ergo in ea, vel eius terminis non solutis per hæredes succeditur &c. Et attentio quod iura adducta per eos loquuntur in pensionibus ac usufructibus meri prophanis, non ecclesiasticis inter quæ, vti diuersa, non bene inferuntur, & attentio etiam quod Pius quartus in bulla sua super residentia prælati edita septimo kalendas Decemb. 1564. decreuit, quod non residentes non gaudeant privilegio testandi de fructibus, ac de pensionibus, per quod inferuntur, quod de pensionibus non disponitur sine obtemperata licentia, istis dico attentis putarem quod si quis inclinaret, quod pensiones, & pensionum termini comprehendantur inter spolia, & quod tam in pensionibus exactis, & non exactis quam in acquisitis ex pensionibus Camera Apostolica succederet, & succedere haberet, vt in spolijs forsitan quod inclinatio posset esse non sine aliquo fundamento, vetuntamen communis vsus, & stylus curiæ est (vt dico) in contrarium, a quo non est recedendum, sed post hæc scripta vidi bullam Sanctissimi D. N. Pij Papæ quinti, per quam declarauit, quod bona relicta per beneficiatum xxx. ducati auri de camera valorem annum in beneficijs, aut pensionem similis valoris non habentem, non comprehendantur, nec appellatione spoliatorum venire possint, per quod aperto ore (vti mihi videtur) est declaratum pensionum fructus facere spolia, iuxta quam bulla regulabitur quicquid per me in toto hoc labore in qualibet parte fuit dictum de pensionum fructibus, ac de questis ex pensionibus, vt per eandem bullam, quæ est in calce descripta edita anno 1567. iij. kalen. Septembris incipit. Romani. &c.

In acquisitis vero de fructibus beneficiorum, vel ecclesiæ: vt ad aliud caput distinctionis veniamus, parimodo videtur. quod non possit disponi pro libito voluntatis in vita seu inter viuos quia stante, quod clericus, vel Prælatus non facit fructus ecclesiæ suos, qui supersunt, deductis expensis, vt per Archid. in capitulo statutum de rescript. libro vj. vt refert Dominicus a Sancto Geminiano. in capitulo præfenti de off. ordin. eod. libro vj. per text. in capitulo primo. xij. quest. 3. & ita intellexit Bartol. Brixien. illum tex. patet, quod res acqui-

sitæ de bonis ecclesiæ non sunt clericorum: quia clerici debent ea quæ
superfunt deductis necessarijs, pauperibus erogare, alias inique agunt.
13 Vnde empta, vel acquisita ex fructibus ecclesiæ, sunt ecclesiæ, cap. Epi-
scopi xij. quæst. 1. & consequenter solus usus competit clerico, licet Ar-
chid. eo loco fateatur, quod clerici sunt perceptorum fructuum do-
mini, & habent eorum proprietatem, quantum ad fidem, & debi-
tam dispensationem faciendam: & istam partem Archid. veram cre-
dit Gemin. in d. loco, quia illam optime probant iura, quæ allegantur:
quia clericus non dicitur dominus, sed procurator: fac. optime tex. in
cap. clericus xij. quæst. 1. per totum illum tex. & maxime in illis ver-
bis, si autem ego pars domini sum, & funiculus hereditatis eius, non
accipio partes inter cæteras tribus, sed quasi leuita; & sacerdos viuo
de decimis, & altari seruiens, altaris oblatione sustentor, habens
victum, & vestitum his contentus ero, & nudam crucem, nudus se-
quor, & per illa verba paulo ante, pars mea dominus, nihil extra do-
minum habere potest, quod si quippiam habuerit, puta aurum, ar-
gentum, possessiones, seu variam suppellectilem, pars eius non erit do-
minus, optima glof. in cap. quia nos. de testamen. in glof. prima. ibi.
Item nota, quod de bonis ratione ecclesiæ acquisitis, testari non pos-
sunt, optimus text. in cap. placuit xij. quæst. 3. vbi glof. in verbo. suo.
dicit quod speciale est pro ecclesia: quod licet sacerdos aliquid suo e-
mat nomine, de pecunia ecclesiæ, quod res illa statim facta est ecclesiæ
Abb. in capitul. primo vers. nota ibi. de pecul. cler. quod res em-
pta ex fructibus, aut pecunia ecclesiæ, licet emptio sit nomine e-
mentis, efficitur ecclesiæ, & acquisitum ecclesiæ, debet remanere ec-
clesiæ, nec de eo potest clericus disponere. Abb. in capitul. fin. in
principio. de pecul. cler. Lud. Roma. consil. 159. incip. super eo
quod. quia vt dicit idem Abb. in capitul. presbyter eo. vers. Item
nota. Prælatus non est dominus fructuum beneficii sui: nam si ef-
ficeretur dominus, posset acquirere sibi de redditibus secundum libi-
tum; cuius contrarium, inquit, hic deciditur. Subdens ibidem, quod
quemadmodum prælatus alienans rem acquisitam per ecclesiam, de-
bet a gubernio amoueri, & administratione priuari, ita pari modo si
fraudent ecclesiam in acquirendo, vti quia acquisita ex redditibus ec-
clesiæ appropriat sibi, vel alteri, est consilium Bal. in consil. 298. cum
consil. seq. primo vol. vbi dicit, quod vbi duo concurrunt, quod scili-
cet sit administrator ecclesiæ, & quod emat de pecunia ecclesiæ, quocū-
que nomine emat, efficitur ecclesiæ. Vbi subdit, concludit ergo quatuor
casus, nam, aut quis administrat negocia ecclesiæ tantum, & acqui-
rit ecclesiæ, aut gerit negocia propria tantum, & acquirit sibi, aut si-
mul

mul, & semel gerit negocia sua; & ecclesiæ, & acquirit commu-
niter, aut seorsum negociatur quandoque sibi & ecclesiæ: & tunc, si
constat, quod ipsa pecunia sit ecclesiæ, in dubio pro ipsa ecclesia nego-
ciari præsumitur: quia re liter negocium pertinet ad ecclesiam propter
precium. Sed si hoc non constat, acquirit sibi, quia licite potuit ne-
gociari. Sed si negociator sit clericus, ego hodie aliter puto, per ea-
que dico sup in 2. consil. & paulo post idem Bald. dict. consil. 299. in
additio. vbi dicit in empris de pecunia: vel re ecclesiæ quod ecclesiæ ac-
quiritur aliquando directum dominium, si prælatus se nominat in con-
tractu, si vero nominet amicum, aut consanguineum, vtilem rei ven-
dicationem, & est in electione ecclesiæ, vtrem velit rem vel pretium:
& si ecclesiæ contractus non placet, potest repudiare rem, & pecuniam
suam repetere, & alias, vt ibi per eundem Bald. Item Abb. in cap. in-
quirendum. eo. optima glo. in cap. res ecclesiæ. 12. quæstio. 1. quod si
clericus emit equum de redditibus ecclesiæ, equus est ecclesiæ, bona
glo. in cap. cum in officijs, quæ multa allegat de testamen. dicit, quod
quicquid acquirit sacerdos, vel quilibet alius clericus, intuitu ecclesiæ
ad ecclesiam pertinet. idem tenet Floren. secundum quod refert Ioan.
de Imol. cap. fina. de pec. cler. colum. antepen. vers. quia respondet,
vbi dicit, quod allegata cap. probant solum, quod si emitur res de red-
ditibus ecclesiæ, debet instrumentum confici nomine ecclesiæ. Si tamen
aliquid acquirit ex eis, debet acquirere ecclesiæ, vt in dictis iuribus, &
dicit angel. in summa in verb. emptio vers. vtrem emptum quod si cle-
ricus habens pecuniam de præbenda, & de illa emat prædium, nõ pote-
rit clericus illud prædium dare, etiam intuitu pietatis, licet pecuniam
præbende potuisset dare: quia statim prædium sic emptum sit ecclesiæ.
Immo dicit glo. in cap. Apostolicos in verb. contraxisse 12. quæstio. 2.
quod si clericus de pecunia ecclesiæ in proprio solo edificet, quod tunc
non edificium solo cedit, sed in fauorem ecclesiæ solum ipsum cedit edi-
ficio, per tex. quem allegat 17. quæstio. 4. cap. conquest. & hoc est in-
quit speciale in ecclesia, quod si res comparatur de bonis ecclesiæ, statim
est facta ecclesiæ &c. & paulo ante, eadem glo. quod acquisita de rebus
ecclesiæ potest ecclesia vendicare. idem glo. in ver. acquisisse cap. primo.
de testamen. Imo quod videtur plus meliorationes factæ per prælatum,
seu clericum in ecclesia vel rebus ecclesiæ, sunt acquisitæ ecclesiæ adeo,
quod clericus non potest disponere in eius morte, & si ex sua industria
rem ecclesiæ fecerit meliorem, repetere non potest, per Abb. in cap. si
14 quis de pecul. cler. vbi dicit, quod meliorationes, siue expensæ factæ in
meliorationibus ecclesiæ de patrimonio prælati, vel clerici, repetit ip-
se vel suus hæres, secus si sint factæ ex industria, & in hærede fortius
hoc

hoc procedit, si clericus specificè decreuit illas esse repetendas, ad not. per eundem in cap. de multa. 4. col. vers. secundo fallit, de præben. Immo beneficiatus, qui in primo beneficio de suo patrimonio fecit expensas, non cogitur dimittere illud accipiendo incompatible, nisi sibi satisfiat de dictis expensis, arg. xij. quæst. ij. cap. quicumque, ex quo nota, quod retentio pro expensis habet locum in beneficijs. Corsetus in repetotio in vers. beneficiatus, & dicit Abb. in cap. cum esses col. 8. in repet. de testam. quod dici consuevit: quod acquisita de bonis ecclesiæ, potest ecclesia vindicare. xij. quæst. iij. sacerdos. & quæst. vltima fixum arg. ea. caus. quæst. ij. Apostolicos. in fi. vbi etiam dicit quod, in text. in cap. j. xij. quæst. 3. dicitur de quolibet clerico indistincte, quod quecumque acquisierit de bonis ecclesiæ, debet conferre ecclesiæ, alias punitur, vt ibi, nam si faceret fructus suos non video: quare de illis fructibus non possent clerici sibi emere predia, est text. in cap. relatum. de testam. vbi dicitur: quod acquisita per ecclesiam, debent remanere penes ipsam ecclesiam: siue clerici decedant testati, siue ab intestato vbi idem Abb. secundo nota. dicit, quod si clericus de redditibus ecclesiæ emat equum, vel prædium, hæc possunt dici acquisita per ecclesiam, vnde sunt ecclesiæ, non clerici bona, glo. cap. res xij. quæst. prima. text. in cap. fixum. eadem caus. quæst. v. immo dicit Couarruias in cap. primo. de testa. vers. ij. ex vltimis: quod res emptæ a prælato de pecunia ecclesiæ, dominio ecclesiæ acquiruntur a die emptionis, etiam si proprio prælati nomine fiat emptio, & hæc est communis opinio, & id colligitur optime in aute. licentiam. C. de episcopis, & clericis: nec obstat regula in contrarium, quod emptum de pecunia aliena, ementi acquiritur, non illi cuius est pecunia l. ex ea. C. de rei vendic. quia in rebus ecclesiæ est speciale, vt emptum de rebus ecclesiæ, dominio acquiritur ecclesiæ, non ementi, glo. quam omnes sequuntur in cap. inquirendum. de pecul. cler. & maxime Card. & Barba. ibi col. prima. glo. in cap. Apostolicos 12. quæst. ij. Corsetus in singular. in ver. emptio. Roman. in auten. similiter. C. ad l. Falc. col. vj. Bal. in l. si quis presbyter, C. de episcopis, & clericis, Aretinus in l. cum hæredes in principio. ff. de acquiren. possess. glo. in l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. ij. ff. quando ex facto. & in l. vt proprius. C. de rei vendic. vbi dicitur in re emptæ ex pecunia militis, sicut in re emptæ ex pecunia populi, aut minoris. l. ij. quan. ex facto tut. l. ij. C. arbit. tutel. est & in ecclesia, glo. in l. j. C. si quis alteri vel sibi, cuius opinionem asserit communem Rip. in l. senatus consulto, num. 16. ff. in quibus casibus pig. vel hipot. contrah. vbi etiam quærit an idem sit dicendum, quando res pecunia ecclesiæ emitur

emittitur expresso nomine ecclesiæ, ab eo, qui non est prælatus ecclesiæ, nec ecclesiæ administrationem habet: & est ex argumento minoris ad ecclesiam cap. primo. cap. auditis. de in integ. resti. l. orphanotrophos. C. de episcopis. & cler. & C. in Bart. Alber. Bald. Salic. & Paul. de Castro asserunt non esse idem: nec valere argumentum immo rem ex pecunia ecclesiæ, ab eo qui rerum ecclesiæ administrationem non gerit. effici ementis, non ecclesiæ, nec vindicari ab ecclesia posse, nisi in subsidium, sicuti in re emptæ pecunia minoris, idem est in l. 3. ff. de rebus eorum. in principio. l. filie & ibi Bar. ff. de solut. Paris. conf. 80. lib. primo. nume. 19. licet in pecunia militis absque vlla distinctione sit secus, quia res ex ea emptæ, etiam ab eo, qui res militis non administrat, ipsius militis efficitur, idque Cin. Bar. & alij exceptis Bald. & Guliel. de cuneo ad not. in d. l. sicut vt proponis. C. de rei vendic. vbi tenent, quod res emptæ ex pecunia ecclesiæ, si est emptæ per clericum rectorem expressè. vel tacite, scilicet per interpositam personam, potest vindicari ab ecclesia, sed si per alium est emptæ, habet rem obligatam pro precio, per eundem Bald. in l. 3. C. si quis alteri vel sibi, & idem in l. cum ipse. C. de contrahen. emptio. per Bald. in conf. 299. primo volum. & quamuis in prædictis locis Bernard. & Accus. a milite ad ecclesiam faciant argumentum, id tamen argumentum ita recipiendum est, vt nimium a regulis iuris non recedamus, vt ibi per eundem Didacum Couarruias: & hæc opinio, vt res acquisita de fructibus ecclesiæ sit ecclesiæ est adeo vera, quod ecclesia ædificata de fructibus ecclesiasticis, est subiicienda per episcopum illi ecclesiæ, de cuius fructibus est constructa. 12. quæstio. 2. Apostolicos. & ibi glo. sed in hoc omne dubium si quod esset, an res emptæ de prouentibus ecclesiæ, sint ecclesiæ, & per consequens hodie Cameræ Apostolicæ in locum ecclesiæ succedente, vel successoris potius est penitus sublatum per breue Pij quarti Mattheo Minali, collectori generali deputato, sibi Datum 30. Iulij 1560. in illis verbis: Et etiam illa, quæ ex fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis emptæ, reædificata, resecta, & restaurata fuerint, seu alias ex eisdem fructibus redditibus, & prouentibus quomodolibet prouenerunt &c. & quod dicitur res emptæ de pecunia ecclesiæ est in ecclesia, id non intelligitur, si pecunia ecclesiæ sit alicui mutuata, & de illa quis prædium emit, quia taliter emens, sibi non ecclesiæ emit, quia secus est, si emit de pecunia ecclesiæ non mutuata, per Bald. in l. etiam. C. de fideicom. quia si Cardinalis mutuatur pecuniam nepoti ad emendum possessiones, emens ex tali pecunia sibi acquirit. Bald. in cap. ecclesia. vt lit. penden. refert Ioan. Bertachin. in tracta. de episcopis 4. parte 44. quæro, quod dicit: nisi constet de fraude. l. fraus. de leg.

de leg. facit pro hoc, quod dicit Bald. in conf. 298. volum. primo, ubi dicit, quod si prælatus pecuniam mutuat consanguineo, quod res emptæ ex tali pecunia non est ecclesiæ, quia dominium pecuniæ transiit in accipiebatem mutuam: unde pecunia non erit ecclesiæ sed, sibi debita actione personali, & quia pretium non erat ecclesiæ, ideo non acquiritur ecclesiæ, quia sic ecclesia haberet rem, & pretium, immo prælatus potest sibi ipsi mutuare pecuniam, & se dominum pecuniæ facere, ut ibi per eum, pulchre Bald. dicit. cap. ecclesia. quod naturæ mutui est, quod proprietatem pecuniæ acquiritur ipsi debitori. l. 2. §. appellata. ff. si cer. per. & contrahitur obligatio non ad eosdem nummos in specie, sed in genere: igitur dictæ res sunt emptæ pecunia debitoris, non ecclesiæ, nec etiam eidem ecclesiæ hypothecata, ideo non sunt ecclesiæ, quia nulli cauetur quod contractu mutui pupillus aut ciuitas habeat tacitam hypothecam, ergo nec ecclesia, quia iste tres personæ equiparantur. l. fina. C. de sac. san. eccles. sequitur ergo quod ecclesia habet solum certi conditionem ex mutuo, & quod nepos Cardinalis prædictus potest pro libito has res alienare: porro sicut tutor pupilli ita prælatus ecclesiæ pecuniam mutuat. ubi etiam Bald. dicit quod si quis de pecunia ecclesiæ facit mercantiam nomine proprio, quod commodum est suum, non ecclesiæ, subdens idem Bald. quod si prælatus istam pecuniam donauit nepoti, sicut de consuetudine generali faciunt prælati, dicit inquit frater Ioan. in sum. confess. si ponis donationem valere, quia est moderata, dominium rerum ex tali pecunia emptarum, acquiritur ipsi nepoti, quia si ecclesia abundat, & quotidie etiam extraxit, poterit etiam & suis, unde sequitur quod, id, quod ex pecunia possibiliter donata emitur, potest alteri libere vendere. subdens pariter, quod si non apparet, an fuerit mutuata, vel donata si est magnæ quantitatis præsumitur mutuata, si paræ aut mediocris ex affectione personarum præsumitur donum. l. verum. ff. de dona. inter vir. & vxor. glo. l. cum quid. ff. si cer. per. Bald. ibidem, pro quo vide Abb. in cap. & si quæstiones. de simo. quando præsumatur donatio, mutuum, aut depositum, quod debet attendi ad circumstantias, qualitatem dantis, & recipientis, quantitatem rei, tempus, quia si sit dictum alicui, tolle hanc pecuniam, ex coniecturis potest aliquando donatio, aliquando mutuum, aliquando depositum præsumi, cessantibus illis in dubio debet præsumi mutuum, vel depositum: quia nemo præsumitur iactare suum, ut ibi per eum: & solet in Romana Curia, cuius stilus attendi debet, quia fundatur in iure, per Specul. in tit. de rescrip. præsentatione. §. ratione formæ. Fel. in cap. ex parte. de rescrip. in licentia testandi, quæ expeditur per viam sacræ penitentiariæ, ponit clausula quod

de

de immobilibus ex fructibus ecclesiæ acquisitis, & acquirendis, parce utendo, per clericum possit in remunerationem seruitiorum, & funeris impensas disponi: pro quo non esset necesse obtinere disponendi licentiam, si taliter acquisita essent effecta clericorum, non ecclesiæ.

Per quæ videtur constare, quod acquisita de redditibus, & fructibus ecclesiæ sunt ipsius ecclesiæ, & ipsius ecclesiæ effecta, & sunt ad libitum clericorum, vel prælatorum, ut de illis prout sibi placet canonice disponant, & dispensent, quoad canonicam dispensationem, quia dicit Innocen. in cap. cum super. de caus. possel. & propriet. q. quæcunque homines ecclesiis offerunt, oblata Deo dicuntur. 12. quæstio. 2. nulli. & secundum aliam opinionem dicit, quod ecclesia, idest fidelium congregatio, habet huiusmodi rerum possessionem, & proprietatem. Unde per eundem Innocen. si inueniantur aliquando hæc bona Deo oblata, esse Episcoporum, vel prælatorum, vel capellanorum, debet intelligi, quod sunt eorum, quo ad gubernationem, dicuntur etiam esse illa pauperum quo ad sustentationem: quia de eis sustentari habent pauperes. ut 16. quæstio. 1. cap. quoniam. subdens idem Innocen. quod hæc bona propter vtilitatem communem, diuisa sunt in ecclesijs diuersorum locorum, auctoritate pontificum, & episcopis, & alijs prælati concessa extitit administratio eorum. 12. quæstio. 1. videntes, & cap. præcipimus. sequitur Abb. d. cap. cum esses eorum. 13. ubi dicit, quod illa opinio est præstantior, quod dominium rerum ecclesiæ est penes Deum, pro quo inquit est optimus. text. in capit. cum ex eo. de electio. lib. 6. ubi de Christi patrimonio sublimatis. Item, quia homines offerentes ecclesiæ, habent respectum ad Deum, &c. & de huiusmodi acquisitis idem dicendum puto, quod dicimus sup. de rebus ecclesiæ, & ista procedunt in acquisitis ex fructibus beneficiorum, in quibus clerici, vel prælati habent limitatam potestatem, quia secus est acquisitis ex fructibus pensionum, vel distributionum quotidianarum, quæ acquiruntur etiam per dominium clericis, & in quibus diximus supra clericos habere omnimodam, & ad libitum suæ voluntatis potestatem, ac posse disponere de illis veluti rusticus potest de lucro diurni operis, vel laboris, pro hoc facit, quia Sixtus Papa quartus, & Alexander Papa sextus ut in bulla dicti Alexandri. sub Datum Romæ. 1494. pridie Nonis Octobris. sui pontificatus anno tertio. per suam, quam edidit constitutionem determinauit quod curiales, & personæ degentes in vrbe & ab vrbe ad .x. miliaria, possent disponere pro libito in vita ipsorum, & mortis articulo, & etiam ab intestato relinquere de palatijs, ædificijs, ac bonis immobilibus quibuscunque censibus, bonis emphyteoticis, & alijs quibuscunque iuribus de officiorum, ac beneficiorum ecclesia-

ecclesiasticorum fructibus acquisitis, & acquirendis, dummodo non pertineant ad ecclesiam alia via, quam ex fructibus, & quam, ut ex fructibus acquisita: quam constitutionem confirmat, & innouat Iulius Papa sec. anno .1507. 13. Kal. Ianuarij. anno quinto: propter quod dico, quod si de acquisitis ex fructibus, conceditur curialibus per specialem concessionem, & gratiam posse disponere, quod regula videtur esse in contrarium, quod sint de iure disponi prohibita, quia limitatio, & exceptio firmat regulam in contrarium, quia limitatio præsupponit regulam.

Idem firmat Pius quartus in fauorem curialium, & incolarum vrbis, per suam constitutionem, quæ incipit bulla confirmationis. Nonis Februarij. 1560. anno secundo. Et quamuis clericus possit de aliquibus disponere ad libitum, hoc tamen non potest in multis casibus, in quibus tenetur, & est obligatus ecclesiæ: puta si dolo, vel culpa ecclesiam læsit, intelligendo tamen ut per Innocen. in cap. cum in officijs. de testamen. de culpa non leui; quamuis ipsum teneri etiam de culpa leui sit. apertus in l. quicquid C. arbit. tutel. fac. tex. in l. si res ff. de adm. nistra. tutor. & glo. in cap. ea quæ de offi. ordin. tamen eadem glo. dicit quod non tenetur de negligentia: nisi crassa, idest lata, quæ tamen negligentia est culpa: vnde videtur, quod teneatur de leui culpa, si deliquit scienter, & solum de non leui, si ignoranter, siue ex negligentia. Item videtur non posse disponere, si de bonis ecclesiæ alicui fecit gratiam, per Innocen. dicto loco, vbi allegat. l. ostendimus. ff. de fideius. for. tutor. & C. eodem. l. 2. & vltima. Tertio si passus est rem ecclesiæ propter negligentiam suam præscribi, secundum Abb. in cap. ex præsentium de pignor. per tex. quem allegat in cap. placuit el. 2. 16. q. 3. Quarto si fructus, & redditus eccl. conuertit in vltus in honestos quæst. 4. cap. primo. Quinto in casibus, in quibus dicitur, quod clericus tenetur ad restitutionem, in istis enim casibus primo tenetur ad satisfaciendum ecclesiæ, antequam aliud disponat, quoniam prius sunt soluenda debita, quam beneficia sint præstanda, sicuti magis tenetur homo soluere creditori cæteris paribus, quam amicis bene facere: sed est aduertendum, quod si fructus distributionum quotidianarum, & huiusmodi sunt clerici quo ad dominium, & quo ad omnimodam dispositionem in vita, & in morte, est quoque necessario dicendum, quod quæcunque quæ de talibus acquirunt clerici, quod omnino pari modo faciant sua, ac de eis pro libito, ut de suis bonis proprijs possint disponere argu. eorum quæ dicta sunt supra a contrario sensu, quod ut acquisita de ecclesiæ fructibus, quæ non sunt clericorum, efficiuntur ecclesiæ; non clericorum, ita acquisita de fructibus: qui sunt proprij clericorum, non ecclesiæ,

siæ; efficiantur clericorum, & sint ad eorum liberum arbitrium, & dispositionem &c. acquisita vero de pensionibus, & pensionum fructibus, per Bullam Sanctissimi Pij quinti, videntur non acquisita clericis pensionariis sed nomine appellatione spoliatorum ut per eandem bullam editam anno 1567. 3. kalendis Septembris quæ incip. Pius &c. Romani Pontificis &c.

Omitto dicere de rebus patrimonialibus, & alijs aliunde, quam ab ecclesia licite tamen acquisitis, de quibus clericus potest pro suo libito disponere cap. primo cap. quia nos cap. relatum el. 2. §. ceterum & per Abb. in cap. cum in officijs de testamen. 12. quæstio. 5. cap. primo & cap. episcopus & quasi per totum, & per Bald. conf. 80. volum. 5. incip. ad euidenciam, & conf. 313. volum. 2. Cepol. consil. si incip. In Christi nomine. licet videatur contra, per text. in cap. clericus 12. quæstio. 1. vbi videtur prohibitum clerico habere propria, & bona particularia sed idest secundum iura antiqua: sed si clericus vel Prælatas non habet filios vel consanguineos, videtur quod omnino teneatur ecclesiam instituere, & quod ecclesiæ extraneum præferre non possit cap. episcopus qui 12. quæst. 2. ibi, alium quam ecclesiam non relinquit heredem: sed dic quod ille tex. loquitur de consilio, non de præcepto, ut glo. ibidem vnde potest libere disponere, & ista est communis opinio, Barba. in tracta. de præstan. Card. 3. q. basilica primæ partis vers. nunc nemo. Iul. Clar. lib. 3. §. testamentum vers. circa bona.

Deuenio ad aliud caput principalis distinctionis: & videtur, quod in testamento, vel alia vltima voluntate clericus, siue prælatas non habeat liberam auctoritatem in fructibus ecclesiæ, vel rebus alias ecclesiæ acquisitis, vel illius contemplatione comparatis cap. fixum 12. q. 5. cap. cum in officijs. cap. ad hæc. de testam. per Innoc. in cap. cum in officijs. de testa. immo secundum eum, nec etiam in rebus emptis de redditibus ecclesiæ, quem refert, & sequitur ibidem Card. Zabari. item ibi Hostien. per illa verba, idem dicendum est de rebus: quas emerunt de redditibus iugæ ecclesiæ, quod de ipsis non posset testari: nam, ut supra dictum fuit, multæ auctoritates glo. sunt: quod clerici in huiusmodi comparantur, & comparari debent vsuarijs, aliquæ vero vsufructuarijs, & glo. in cap. duo sunt 12. q. 1. dicit quod clerici sunt domini fructuum collectorum, & licet habeant in illis proprietatem, tamen illos non possunt in morte alicui largiri ratione testamenti, licet aliquid possint facere intuitu cleemosynæ cap. quia nos. cap. ad hæc. de testa. sicut dicitur dominus rerum, hæres per fideicommissum restituere obligatus: qui tamen nihil alienare potest l. deductum. §. vltimo. ff. ad trebel. & l. quidem in §. si quis, est tex.

text. in cap. primo de testamen. in fin. ibi. quicquid vero ecclesie ante
 ipſius consecrationem fuisse cognoueris, vel prædictum Episcopum in
 Episcopatus ordine acquisisse, eiusdem ecclesie dominio conferue-
 tur. Vbi glos. in verb. acquisuisse text. in dict. cap. cum in officijs in fi-
 ne, ibi siue intestati decesserunt, siue alijs conferre voluerint &c. Vbi
 neque per viam testamenti; nec alio modo possunt clerici de acqui-
 sitis intuitu ecclesie disponere. text. in cap. ad hæc. ibidem, de mobi-
 libus per ecclesiam adeptis non possunt clerici de iure testari, possunt
 tamen aliqua; eleemosynæ intuitu, non ratione testamenti erogare, tex.
 in cap. quia. ibi. de his tamen, quæ consideratione ecclesie percepe-
 runt, nullum de iure possunt facere testamentum. vbi glo. dicit, quod
 clerici de rebus ecclesie nullum possunt facere testamentum, cum
 eorum proprietas non sit sua; cum solum vsum habeant, & tantum
 victu, & vestitu contenti esse debent, & totum superfluum erogan-
 dum est pauperibus, moderatam tamen donationem causa seruitij re-
 cepti facere possunt, cum clericus, quasi filio familias comparatur:
 qui non potest facere testamentum: nisi de castrensi peculio, per iura,
 quæ allegat. est consilium Bald. in consil. 313. incip. præmittendum.
 volum. secundo, vbi dicit: quod bona acquisita per clericum intuitu
 ecclesie non transeunt ad consanguineos, nec ex testamento, nec ab in-
 testato. est text. in cap. relatum el secundo. de testamen. vbi bona mobi-
 lia, & immobilia per ecclesiam acquisita, post clerici defuncti obitum,
 26 ad ecclesiam deuolui debent, & in §. licet, habetur: quod licet cleri-
 27 cus de mobilibus de iure disponere non possit, tamen de his potest ali-
 quid conferre pauperibus, locis religiosis, & illis, qui honesta seruitia
 clerico viuenti impenderint, vel fuerint consanguinei, vel extranei, iux-
 ta seruitij meritum, est text. in cap. 1. 2. 3. 12. quæstio. vltima. vide
 Abb. in cap. cum in officijs. vbi dicit, quod de bonis intuitu ecclesie,
 vel de illius facultatibus acquisitis, non potest testari clericus, nec ali-
 ter de ipsis bonis disponere, nisi in casibus per eum ibidem enumera-
 28 tis, puta si clericus, vel prælatus tantumdem de suo ecclesie contule-
 rit, quantum ipse velit relinquere de ecclesie facultatibus, & etiam in fi-
 29 mili dicitur per Soci. consil. 13. primo volum. num. 39. quod rector
 ecclesie potest testari de expensis factis per eum causa ecclesie, & quod
 dicitur: quod clericus possit testari de rebus ecclesie, si tantumdem de
 suo confert ecclesie: Intellige, si confert tantumdem ante alienatio-
 nem, non si post, quia tunc videtur facere ad euitandam pœnam de-
 positionis, & talis damni restauratio, vel compensatio sibi non prode-
 rit, per Abb. in cap. cum esses, vers. 5. principaliter. circa fina. colum.
 antepen. de testam. in repet. secundo loco per eundem Abb. potest te-
 stari

stari si hoc habet consuetudo. tertio in donatione intuitu eleemosynæ
 30 quar. quando clericus vult remunerare seruitia; vt ibi per eum: quia
 dicit Abb. in cap. relatum. el secundo 4. colun. quod bona præbenda-
 rum sunt ecclesie, & quanquam sint diuisa per præbendas, per hanc di-
 uisionem non perdunt naturam suam; quia bona ecclesie cedunt pijs
 vsibus, non autem vt canonicus possit de eis testari ad libitum, pro
 quo vide Imol. in cap. si de præben. 4. col. vers. an Canonicus: Archid.
 xij. quæst. v. in summa. vbi disputat an valeat consuetudo quod cleri-
 cus possit testari de fructibus perceptis, & quid de percipiendis. Specul.
 de statu. mona. vers. 63. & de illa consuetudine, quæ dicat dominus An-
 to. in cap. relatum. tertia col. eod. tit. de testa. & per cardinalem quæst.
 79. & ibi quid si clericus habeat patrem, &c.

Curiales vero, & incolæ Romanæ Curie, & vrbs Romæ, possunt de
 quibuscunque bonis per eos acquisitis, etiam ex prouentibus bene-
 ficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, ac etiam ex illicite acqui-
 sitis in vrbe, & districtu existentibus, tam in testamento, quam ab
 intestato disponere, & relinquere respectiue, concessione generali per
 præallegatam bullam Alex. vj. sub. Dat. anno 1494. Non. Octobris, &
 per bullam Pij Quarti sub titulatione, Bulla confirmationis, & inno-
 uationis priuilegiorum incolarum, & curialium vrbs. Non. Februa-
 rij. 1560. & Iulij. iij. 1530. sexto idus Martij. quarum tenor videli-
 cet Iulij, & Pij est infra descriptus: sed istud priuilegium disponen-
 di de huiusmodi, & relinquendi, hodie non habent incolæ, & distri-
 ctuales vrbs si fuerint beneficiati beneficijs personalem residentiam
 requiruntibus, si extra residentiam decedunt, per constitutionem
 eiusdem Pij Quarti sub Dat. Romæ anno 1564. septimo kalend.
 Decembris contra non residentes editam: quorum bona ex ecclesia-
 sticis fructibus acquisita, applicat Camera Apostolica, rescissa, & subla-
 ta eisdem licentia generali eis concessa, & speciali si quam obtinue-
 rint, quam eis saluam reseruat, si resideant: prout in bulla prædicta
 in qua etiam irritat, & annullat testamta, & alias, dispositiones,
 quæ iam factæ forent, cuius tenor est infra descriptus in quæst. de li-
 centia testandi: de acquisitis vero ex iniunctione penitentiarum
 per sacerdotem iniunctarum, ex quo ecclesie acquiruntur per Innoc.
 in cap. cum inter. de verb. sig. non potest clericus testari, vel alias di-
 sponere, pulchre Abb. in cap. reprehensibilis col. iij. num. 18. de
 appellat. vbi dicit quod ipse semper tenuit illam opinionem: quod
 clerici non faciunt fructus beneficiorum suos, ita quod possint de il-
 31 lis testari, vbi vide pro eo, an condemnato clerico pro aliquo debi-
 to, possit fieri executio in illa parte fructuum beneficij, quæ stat pro
 L victu,

victu, & vestitu illius: & vide Bal. conf. 374. secundo vol. quod intellige tamen, quando sacerdos esset principalis curatus, qui intuitu ecclesie, ex penitentibus iniunctis acquireret: sed ubi esset capellanus vel canonicus, tunc bene potest de taliter quæsitis disponere, & testari secundum Do. Anto. de Butr. secundum quod refert Imola in cap. requisisti. de testam. refert Nicol. de Vbald. in tracta. de successio. ab intesta. cler. §. finita. vers. videretur: & in materia vide eundem Bal. in authen. licentiam. C. de episcopis & cler. ubi distinguit quod, aut bona prælati propria, & ecclesiastica sunt distincta, & tunc de proprijs potest testari, de ecclesiasticis autem non, xij. quæst. ij. sunt manifestæ: aut sunt communia & sunt communiter acquisita ex redditibus proprijs, & redditibus ecclesie, & tunc dicit Innocen. quod quia difficiles, & quasi impossibiles sunt probationes testium, vel instru-

32 mentorum, scilicet quid, & quantum de redditibus ecclesie, & quantum de suo proprio emerit: ideo iudex in hoc facto multum ex præsumptionibus procedet, & arbitrabitur, quid sit patrimonium suum, & quid sit redditus ecclesie: item quid lucratur de artificio, seu doctrina, & alia similia: & sic videtur dicere text. in cap. sacerdotibus xij. quæst. iij. cum ergo apparet per subtilitatem iudicis, quid sit proprium, & quid ecclesiasticum: ergo sequitur de necessitate, quod in proprijs iudicabitur testamentum valere, sed in ecclesiasticis non valere, secundum Innocen. dict. cap. in officijs: aut bona non sunt distincta, nec communia, sed sunt omnino incerta ad quem pertineant, & unde proveniant, & tunc statim (inquit) per presumptionem huius authen. nam quicquid prælatus reperitur possidere post prælaturam: & non constat de titulo, vel possessione antiquiori, præsumitur esse ecclesie, & nomine ecclesie possidere. Vnde prælatus de his testari non potest, nec aliquis alius administrator ecclesie, nec etiam Rector hospitalium: ut ibi per eundem Bal. quia si nihil contra probetur, in dubio est præsumptio quod sint ecclesie acquisita, per Io. And. in cap. ij. de testam. quem sequuntur communiter Doctor. ut per Socin. conf. 91. lib. tertio. Corne. conf. 88. dicit hanc esse communem opinionem lib. 2. & conf. 314. & conf. 288. lib. iij. bene verum est, quod si probetur, quod clericus habebat patrimonium, vel officium, vel exercitium aliquod, vel aliquid aliud ex quo potuerit illa acquirere, præsumitur acquisivisse secundum quod magis verisimile est, & in hoc concordant communiter omnes, per Corne. conf. 83. lib. ij. & ideo hoc casu esset bonum habere iudicem favorabilem: sed hoc non videtur ita indistincte tenendum, quia id dicendum videtur tantum de fructibus, & acquisitis de beneficio administrationem habentibus.

te, non

te, non alio quia glo. in cap. præsentis. de offi. ordin. in 6. & Hostien. in cap. fina. de pecul. cler. distinguunt; quod videlicet aliud sit in clerico habente administrationem, & aliud in non habente, & simpliciter, ac personaliter beneficiato: quia habens administrationem quam diu vivit, & sanus est comparatur usufructuario, unde donare potest, sed moderate, not. in cap. ceterum. de donat. & habet plus etiam quam habeat usufructuarius, quia qualitatem terre mutare potest, puta de aratoria, vineatam facere, nec tenetur satisfacere datis fideiussoribus, uti tenetur usufructuarius, ut not. in cap. fina. de pignor. & ex quo incipit infirmari comparatur usufructuario, licet hoc plus habeat, quod potest elemosinam facere: si vero non habet clericus administrationem, sed est simpliciter, & personaliter tantum beneficiatus, quantum ad fructus suos faciendos, omnino videtur comparari usufructuario, unde & quamvis infirmus sit, semper facit fructus suos usque ad diem obitus sui, & de ipsis testari potest, argu. cap. requisisti. §. illud. de testam. & hoc servat (inquit) consuetudo, quæ quasi ubique obtinet generalis: subdens Hostien. quod etiam canonici fructus perceptos de præbendis suos faciunt, & inde testantur: in quibus tamen si decedat clericus sine testamento, æquum est, quod ei ecclesia succedat. Vbi posita quæstione: qui nam fructus ecclesie sint, de quibus clericus testari non possit, post multa concludit, quod clericus separatos tantum, & reconditos fructus facit suos, quia præter istos alij omnes pertinent ad ecclesiam, sic enim est in usufructuario: cui talem clericum duximus comparandum, id quod inquit procedit, nisi aliud sit de speciali statuto, vel consuetudine, quæ debet attendi, nisi

34 si per eam nimis grauetur ecclesia, si de ea appareat: hanc distinctionem videtur approbare Ioan. Andre. qui nihil contradicendo ibi pertransit, & eam sequitur Rot. decis. 855. in antiquis incip. cum Camera Apostolica. ibi: quia talis beneficiatus non habens administrationem omnes illos fructus, & proventus perceptos in vita, adeo facit suos, quod potest de illis testari, & nisi testetur de illis, ab intestato ei succedit ecclesia: hanc opinionem Anton. & Imola in dict. cap. fina. dicunt esse in practica receptam. Abb. in cap. reprehensibilis de appella. in additio. numero 20. & in cap. fina. de pecul. cler. in cap. pervenit de fideiussor. videtur attestari ita esse de communi consuetudine, licet ipse aliter teneat: Sequitur Guido Papa conf. 110. ubi quærit, an clericus possit testari de fructibus suorum beneficiorum, & spolio, ibi: Et hæc vera sunt in simplici clerico, vel sacerdote administrationem, vel curam animarum non habente, episcopus vero, vel Abbas, vel alius habens curam animarum testari non possunt, nisi de

L 2 his

his, quæ ante eis obuenerunt iure consanguinitatis, vt authen. licentiam. C. de episcopis & cler. Ita dicit in decis. Gracionopolitan. d. loco, & ita esse de consuetudine communiter obseruata dicit Butrius in cap. peruenit. de fideiussor. Corne. conf. 314. lib. iij. Imol. cap. fin. de pecul. cler. vbi etiam Calder. Imola. cap. relatum el secundo in fin. de testa. & cap. requisiti. num. 45. in fin. & cap. quia nos. vbi dicit quod ita communiter seruatur, & tenetur hac esse communem opinionem idem Imola. d. cap. peruenit de fideiussor. & Boer. conf. 48. dicit quod illam glo. sequuntur communiter omnes scribentes.

Ista distinctio glo. & Hostien. non placet Abb. in cap. fi. de pecul. cler. & in cap. cum esses. in repet. de testa. vers. secundo princ. paliter. vbi nullam facit differentiam, an fructus, vel acquisita sint intuitu beneficij habentis administrationem, vel beneficij simplicis administrationem non habentis, quia talis distinctio non probatur iure: quia Canonicus qui est simpliciter beneficiatus, habet præbendam: vt ex illa primo necessaria victui percipiat, & quæ supersunt suis necessitatibus deductis, in communi vsu ecclesiæ expendat: nec iura in quibus (inquit) fundatur ista distinctio, maxime in cap. requisisti. probant illam, cum loquantur de Canonico, & sic de simpliciter beneficiato, per multa, quæ adducit in d. cap. fi. de pecul. cler. & d. cap. cum esses, vbi examinat istam quæstionem late per multa contraria: eandem reprobatur idem in d. cap. cum in officijs. de testam. & in cap. secundo. de decimis. eandem reprobatur Archid. in cap. statutum. §. assessorem de rescript. in sexto. Innocen. in cap. indecorum. de atat. & qualitat. Domin. & Franc. in d. cap. præsent. Barba. in tracta. de præstan. Cardin. prima parte quæst. iij. num. 80. idem in cap. requisiti. de testa. idem in cap. fi. de pecul. cler. Card. Zabarel. in d. cap. fin. circa finem, ibi, tamen tales distinctiones iure non probantur: eandem opinionem dicunt esse veriore Inmol. d. cap. fi. & Bertran. in conf. 258. vol. ij. Ias. conf. 75. vol. iij. quos refert Didac. Couartuias in cap. cum in officijs. de testa. & quod clericus non possit de fructibus sui beneficij testari: tenet simpliciter glo. in cap. fi. de pecul. cler. in ver. obitus: & hanc opinionem dicit cõmuniter teneri Card. ibidem. refert Bolognin. in additio ad conf. Io. de Anan. 87. Nicol. de vbal. de success. ab intesta. vltima particula. post num. 19. vers. non obstant. quod in quibuscunq; redditibus beneficiorum, clerici in morte equiparantur vsuario potius quam vsufructuario, & quod hæc videtur magis communis sententia doctorum. Et Ias. d. conf. 75. quod est magis communis opinio, quod clericus siue habet administrationem, siue non, indistincte prohibetur testari, siue illi succedat ecclesia, vel successor.

Et dicit

Et dicit Gemin. in c. present. de off. ordin. lib. 6. quod Archid. in cap. statutum de rescrip. eo lib. tenet, quod clerici non faciunt fructus suos qui supersunt deductis expensis, per tex. in cap. primo 12. quæst. 3. & ita intellexit Barrol. Brixien. illum canonem, & sic pater, quod res acquisitæ de bonis ecclesiæ non sunt clericorum, quia clerici debent, ea quæ supersunt deductis necessarijs, in pauperes erogare, alias inique agunt, & quod acquisita sint in prouisione ecclesiæ, patet per tex. xij. quæst. j. episcopi. & consequenter de acquisitis solus vsus competit eis, licet fateatur quod clerici sint domini fructuum perceptorum, & habent eorum proprietatem, quantum ad fidem, & debitam dispensationem, sibi, & suis faciendam, id quod verum credit Gem. quia clerici non dicuntur domini, sed procuratores, pro quo est optimus text. xij. quæst. j. cap. clericus, tenet glo. in cap. quia nos: de testa. & dicit, quod clericus non habens administrationem, sed simpliciter, & personaliter beneficiatus, in vita, & in morte comparatur vsufructuario, quantum ad faciendum fructus suos, & de ipsis perceptis testari potest, & ei ecclesia succedit quantum ad hos ab intestato, secundum glo. d. cap. present. de off. ordin. in vj. glofam (inquit idem Gem.) quidam sic intelligunt, quod quilibet, habens beneficium simplex testari possit quod dicunt falsum esse, & contra text. in cap. relatum, qui loquitur in canonico, & consequenter in habente simplex beneficium, qui tamen, vt ibi patet, testari non potest, sed hoc (inquit idem) & ego fateor, sed glo. recte intellecta est verissima, & id non dixit: Sed dicit: ad hoc, quod beneficiatus possit testari, tria requiruntur: primo quod non habeat administrationem: secundo quod beneficium, quod habet sit simplex: tertio quod illud, quod obuenerit, obuenerit sibi personaliter tantum, & consequenter, quod fructus, quos ex beneficio, vel occasione beneficij percipit, sint ei concessione stipendij personalis tantum, quibus tribus concurrentibus poterit testari. Et ex his infertur, Primo, quod canonicus habens præbendam distinctam in ecclesia, de fructibus eius testari non potest, cum habeat administrationem, id, quod voluit expresse Innocen. in cap. nouum genus. de decim. & est casus in d. cap. relatum. Secundo quod canonicus testari potest de quotidianis distributionibus: quia dantur propter stipendium personale, & pro diurno labore vt in c. primo. de cler. non resid. lib. sexto. vnde de hoc testari potest: sicut mercenarius, & rusticus de lucro operis diurni, & ita intelligi poterit ista glo. quia talis quoad istas distributiones, est beneficiatus simpliciter, & personaliter: quia dantur pro stipendio personali tantum: nec habet rerum administrationem. Vnde tales distributiones sol-

L 3 uuntur

uuntur per capitulum singulis, & hanc partem videtur tenere Abb. dicens, quod ea, quæ recipit clericus intuitu seruitij personalis tantum, transmittit ad successores. Et tertio quod si prebendæ non sunt distributæ in ecclesia, quia omnia veniunt in communi, & postea distribuantur singulariter tantum pro quolibet, quod etiam de istis possit de iure testari. Et quarto, quod habens cappellanas in ecclesia ad nutum amouibiles, quæ non dantur in titulum, sed datur certum stipendium in anno in pecunia, de tali stipendio testari possunt cap. quia nos. cap. relatum. de testam. quia datur eis intuitu personæ pro suo labore: & sic alio modo intelligi potest dicta glo. quia tales sunt simpliciter, & personaliter beneficiati, absque alia administratione. Et quinto inferitur, quod sacerdotes, qui sunt in consortijs ciuitatum, sicut Bononiæ: vbi habentes beneficium in ciuitate, ponuntur in quibusdam consortijs, & vniuersitatibus, & conueniunt in certis ecclesijs, ad certam missam celebrandam, habentes possessiones illi consortio deputatas, de quarum fructibus datur tantum venienti ad illam missam, de talibus possunt testari, quia dantur ratione seruitij personalis, & non principaliter intuitu ecclesiæ, vt per eundem Gemin. in d. cap. præsentis: & diximus nos supra per totam præsentem questionem, vbi dicimus, quod distributiones quotidianæ acquiruntur recipienti, etiam quoad dominium, & recipiens taliter acquirat, quod eas facit suas, qualiter usufructuarius qui fructus perceptos donat, ac ad heredes, tam per viam testamenti, quam ab intestato transmittit, merito etiam poterit dici idem de istis distributionibus, quod illas perceptas, & lucratas licet non perceptas, ac ex illis acquisite; ad heredes transmittere possit ex testamento: sed vt dico per breue Pauli iij. Episcopo Torcellano Thesaurario octaua Februarij. 1556. & Pij. iij. Matthæo Minali die 30. Iulij. 1560. bona quæcunque ex beneficijs, administrationem habentibus peruenta, & ex simplicibus beneficijs non disposita ad facultatem testandi ex priuilegio apostolico, vel consuetudine in loco vigente habente, colliguntur, & colligi mandantur, vt spolia: & est eiusdem Pij Quarti constitutio anno. 1560. 26. Maij: quod testamenta, & donationes, seu aliæ dispositiones per personas ecclesiasticas, etiam in fauorem piorum locorum factæ, non valeant.

Et ex his cum alijs supra adductis videtur quomodo clericus, siue prælatus potest, vel non potest de fructibus suæ ecclesiæ testari, aut alia voluntate disponere, & quod possit omnino de illis, quæ sibi dantur ratione seruitij, ac eius opere personali, ac de illis, quæ ex redditibus ecclesiæ sibi obveniunt pro suo, & suorum victu, quam partem facit suam taliter, quod potest disponere libere secundum Didac. Co-

uarruuias

uarruuias in sepe d. cap. cum in officijs. de testa. sed intelligit Abb. quod possit disponere de illa parte pro libito, vtendo tamen, & fruendo, & si vtatur, vel fruatur: quia si non vtatur, & fruatur, videtur secus, per d. Abb. in cap. reprehensibilis col. 3. num. 18. de appella. per eundem in cap. cum esses. 2. lectura. 9. col. vers. ad adducta. ibi. ad cap. Vnicum &c. per Ioann. And. in cap. peruenit. de fideiussor. ibi redditus beneficiorum scilicet, & prebendarum, quos suos faciunt, de alijs enim non fieret solutio, cum nec illos obligare potuisset &c. pro qua etiam materia vide Bal. in authen. licentiam. C. de episcopis. & cler. in fi. vbi ponit questionem, si rector ecclesiæ percepit fructus, & potuit consumere plusquam consumpsit, donec viuit, an potest disponere illos fructus ad pias causas, & nunquid moriens possit relinquere de eis in testamento pauperibus, vel in subsidium terre sanctæ, dicunt Canonistæ quod non, quia viuens equiparatur usufructuario, & ideo habet liberam administrationem fructuum: sed in morte assimilatur vsuario, qui suum facit, quantum consumit non ultra: & ideo de talibus non potest testari, secundum Canonistas, qui (inquit) bene dicunt: quia in administrationibus, quales sunt clerici in rebus ecclesiæ, potentius est ius in vita, quam in morte quia, quod clericus aliqua donare possit, non legare, est ratio secundum Abb. in cap. ad hæc. de testam. quia testamentum morte confirmatur. cap. cum morte. de celebr. miss. & consequenter effectus confertur in tempus, quo clericus non est futurus prælatus, ideo non potest de aliquo disponere in testamento, ex facultatibus ecclesiæ: quando autem vult disponere, dum viuit, modo faciat secundum canones, non prohibetur: quia hoc facit, tanquam administrator ecclesiæ: pro quo vide infra quæstionem an clericus de fructibus &c. Et quod dictum fuit de distributionibus, illud idem potest dici de pensionibus, vel de acquisitis de pecunijs pensionum, vt pensionarius possit proprio testamento disponere, de redditibus ex pensione ecclesiastica perceptis, ac de pensionum terminis maturatis decursis, licet non exactis: ac etiam ab intestato ad legitimos heredes, vel successores transmittere per Gig: in questione. 52. suo tracta. de pensio. Couarruuias in cap. cum in officijs de testam. vers. octauo potest in fin. Faciunt adducta per eundem in cap. primo. §. cæterum. eo. tit. sed vide quæ adduxit contra supra suo loco hac ead. quæst.

Item venit dicendum de acquisitis per clericum, vel prælatum ex propria industria, aut labore, etiam si præbyter, vel prælatus ea bona fuerit consequutus ratione ordinis sacri, nullo tamen prætextu beneficij, vel bonorum ecclesiæ, nempe pro celebrandis missarum solem-

L 4 nibus

- nibus, aut ex stipendio alicuius prælati, vel alicuius principis, cui presbyter uti capellanus seruerit: Idem etiam, si seruerit, uti cantor, magister domus, vel a secretis seruiens scribendo, vel lector, discipulorum magister & huiusmodi, honeste seruiendo: de quibus dicimus in quæstione, Quæ negoc. sint permilla, & interdict. cler. quia de acquisitis ex huiusmodi, ut licite acquisitis, libere clericus potest testari, & suam ultimam voluntatem condere pro libito, quia sunt ei non ab ecclesia acquisita, per Cyn. & Docto. in authen. licentiam. C. de episcopis & cler. vbi Bald. dicit, ex hoc etiam apparet, quod simplices clerici, qui lucrantur ex proprijs laboribus, & nullam habent administrationem ecclesiarum, non pertinent ad istam authenticam, sed ad authenticam presbyteros. C. eod. vbi habetur: quod clerici possunt libere disponere de acquisitis per eos eorum industria, vel labore, vel alias, ut ibi, etiam donando, & testando, & per Hostiens. Anton. Cardinal. & Imol. in capitul. quia nos. Abb. in capitul. cum in officijs, vers. nota quod clerici, vbi dicit, quod clerici de bonis acquisitis intuitu personæ, puta ex successione cognatorum, donatione amicorum, industria clericorum, de his possunt (inquit) clerici libere testari: & intellige de industria licita; qualiter diximus supra: quia si sit acquisitum de illicita industria prohibita, & non permilla clerico, ultra dispositionem iuris communis, non potest hodie clericus de illo disponere, quia facit spoliū, & uti spoliū est applicatum Reuerendæ Cameræ, per extrauagan. Pij Quartii super hoc expresse, & particulariter factam; de qua diximus in quæstione: Quæ negocia sint permilla & interdict. cler. vbi est tenor extrauagantis insertus. Et subdit Abb. ibidem: Nota, quod clericus etiam habens ecclesiam, sibi, & non ecclesie suæ, ex sua industria lucratur. Et in hoc differt a coniuge carnali, quæ operatur, & acquirit ad utilitatem mariti. l. sicut. de oper. liber. & quod de acquisitis ratione clericalis dignitatis, possit testari clericus, dicit, & tenet idem Abb. in cap. cum esset. de testamen. colum. 11. vers. quid autem. qui (inquit) hoc donatur sibi, ut sit suum, & non contemplatione ecclesie, item hoc videtur sibi datum in recompensationem damnorum, quæ sustinuit in trahendo ibi moram, nam interim ex aliquo artificio potuisset tantundem acquirere, per ea, quæ ponit Innocen. in cap. quoniam. ne prala. vic. suas. Barba. in dict. cap. cum in officijs colum. 4. Boer. decis. secunda. Domin. in cap. præsent. de offi. ordin. in 6. Bologna. in addi. ad Anan. conf. 87. Barba. fatetur hanc esse communem opinionem in cap. quia nos. colum. fin. de testamen. Corne. conf. 314. colum. 3. volum. tertio. Socin. consil. 91. 3. volum. pro quo vide glo.

de glo. ordin. in cap. præsent. de off. ord. in 6. glo. in l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. quam ponderat Bart. in l. mancipia. C. si quis alteri, vel sibi. illud tamen, quod clericus, siue sacerdos acquirit pro missis celebrandis, limitat, & intelligit Abb. in c. cum in officijs. de testamen. nisi, qui dedit, tanquam parrochiali sacerdoti dedit, quo casu cum esset datum intuitu ecclesie, esset ecclesie acquisitum, unde disponere non potest: per quæ videtur, quod clericus in illis, quæ sua industria, vel labore, aut alias intuitu personæ suæ comparauit, habeat liberam testamenti factionem & hæc in clericis inferioribus: sed quid in episcopis, ut ad alia capita distinctionis deueniamus. Et in episcopis videtur esse secus, quia quæ sita per episcopum, post episcopatum adeptum, ex propria industria non videntur sibi, sed ecclesie suæ acquisita, adeo quod non potest de illis nec disponere, nec testari, secundum Petrum, quem refert Cyn. in authen. licentiam. C. de episcopis & cler. per quem text. solum conceditur quod possint disponere de acquisitis ante episcopatum, vel prælationem, & de acquisitis per successionem tantum cognatorum usque ad quartum gradum: de reliquis vero qualitercunque acquisitis, non possunt disponere, sed acquiritur ecclesie, idem videtur tenere Iacob. Butrig. in l. sacro sanctæ. C. de episcopis, & cler. vbi dicit, quod episcopi testari non possunt de bonis potest episcopatum, etiam ex propria industria personæ utcunque acquisitis, cui opinioni videtur suffragari text. in dict. authen. licentiam. vbi omnia bona acquisita episcopo post episcopatum sunt acquisita ecclesie præter bona: quæ sibi obueniunt a cognatorum successione, quæ sibi non ecclesie acquiritur: facit pro hac opinione etiam text. in cap. primo de testamen. & in cap. primo 12. quæstio. 11. vbi permittitur episcopis testari de bonis solum, quæ habuerunt ante dignitatem episcopalem, non de acquisitis post: nisi taliter acquisita obuenerint ex causa, vel iure sanguinis: Eandem opinionem sequitur Barba. & illam defendit ab oppugnationibus in cap. primo de testamen. & latius idem in suo tracta. de præstantia Cardinal. parte prima. quæstio. 3. contrarium tenet Abb. in cap. cum in officijs. ibi Petrus tamen, ut refert Cyn. dixit hoc procedere in clericis inferioribus, episcopus autem secundum eum lucratur ecclesie ex industria personæ: sed inquit mihi placet primum dictum indistincte in clericis sæcularibus curuscunque gradus, quia eadem ratio videtur in episcopo: quæ in alijs, tenet glo. in cap. primo. de testamen. in 6. acquisiuisse, vbi dicit, quod quicquid acquirit episcopus de rebus ecclesie, ecclesie acquirit, secus est de alijs rebus, id est aliunde: quam ab ecclesia acquisitis, & Abb. ibidem in finalibus verbis, vbi nota quod etiam episcopus acquirit sibi quicquid adipiscitur

scitur intuitu personæ: sicut dicimus in simplicibus clericis, & dicit hoc notandum: quia iura aperte hoc non dicunt de episcopo, sed potius contrarium innuere videntur authen. licentiam, &c. Sed tene (inquit) primum dictum. tenet Corne. in conf. 314. colum. 3. volum. 3. vbi dicit, quod talis opinio Butrij est communiter reprobata, idem dicit Soci. conf. 91. tertio volum. ex qua opinione infert Socin. quod Cardinalis testari potest de illo stipendio: quod a Romano Pontifice datur cuilibet Cardinali ratione Cardinalitij galeri, quod vulgo a Romana Curia appellatur le distributioni del capello, quia id non datur Cardinali, respectu alicuius ecclesiæ, sed respectu personæ ipsius Cardinalis, qui ipsum Romanum Pontificem in regimine ecclesiæ consilio, & industria coadiuuat, quia Cardinales, ideo reges appellantur, quia cum Papa regunt totum mundum, vt per Hostien. in cap. dilecti el primo de præbend. & quia Cardinales sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ præsunt Curæ ecclesiæ vniuersalis cap. bona de postul. prælat. & illius caput sunt Fabia. de monte in tracta. de emptio. quarta parte principali numero 28. Martin. Lauden. in tracta. de Cardinal. quæstio. 31. Et ex hoc etiam aliqui inferunt: quod episcopi possunt testari de illis, quæ acquirunt, ex illis, quæ offeruntur ipsis, & dantur ab his, qui sacris ordinibus initiantur, & insigniuntur: sed cum episcopus pro ordinando nihil licite recipiat. cap. primo de Simonia videtur, quod de taliter oblati, & receptis non possit testari, si sunt illicitæ acquisite, quia Simoniacè datum, & receptum, turpiter & illicite acquirunt, per Sanct. Thomam 4. cap. articulum vltimo vers. ad quartum super quarto cogita. Et hæc opinio videtur esse melior, & prævalere opinioni Petri, & Iacob. Butr. quia ad tex. in authen. licentiam, & tex. & in cap. primo de testamen. qui in contrarium, & pro Butrigario adducitur, respondetur, quia si rationem dictorum canonum consideremus, & perpendamus, idem, est dicendum in episcopis, quod in ceteris clericis, ea etenim quæ post dignitatem episcopalem acquiruntur a Prælati, ideo per illa iura adiudicantur ecclesiæ, & ecclesiæ esse censentur, quia de bonis ecclesiæ, & de redditibus ecclesiæ acquisite censentur per text. iuncta glo. in cap. primo. de pecul. cler. quæ ratio probatur efficaciter in cap. fixum 12. quæstio. 5. vbi statuitur, quod episcopus res de facultatibus ecclesiæ comparatas, siue suo, siue, alieno nomine non transmittat ad propinquos, sed ad ecclesiam deueniant, de cæteris vero pro libito suæ voluntatis disponat, siue ante episcopatum eius fuerint, siue per eum in episcopatu acquisitæ: unde text. in d. authen. licentiam & in cap. primo de testamen. ita est intelligendus, vt idem dicatur de rebus quas episcopus propria industria

industria acquisit quod dicitur de rebus, quæ manifeste ei iure sanguinis obuenerunt, vt per Abb. & alios in dict. locis. Nec id est intelligendum in omni episcopo, nec de omni episcopo: quia secus videtur, si episcopus sit regularis, qui non potest disponere, nec testari modo aliquo de rebus, per eum post episcopatum acquisitis, cum talis acquisitio in episcopo regulari cedat episcopatu, dicit glo. in cap. primo. de testamen. in 6. quætm sequitur Ioan. Andre. licet contra Hostien. ibidem, dicit enim quicquid dicat Hostien. etiam, quod acquirat intuitu personæ episcopus regularis acquirat episcopatu &c. quem sequitur Abb. vbi dicit Ioan. And. tamen tenet cum glo. & melius, quia quicquid religiosus promotus ad prælaturam acquirat, prælaturæ acquiratur, vt est tex. in cap. vnico 18. quæstio. 1. vbi habetur, quod acquisite per monachum siue religiosum ante illius promotionem ad episcopatum, cedunt acquisite monasterio per Abb. in ca. reprehensibilis, extra de appell. numero 19. quæ vero ei obuenerunt post adeptam episcopalem dignitatem, cedunt in acquisitione illius ecclesiæ, & altaris, ad quod intitulatur, & sanctificatur: idem voluit Feder. de sen. in conf. siue quæstio. vigesima & Calder. in conf. primo de pecul. cler. sequitur Bald. authen. licentiam. C. de episcopis & cler. ibi conclusiue autem loquendo de testamento eorum clericorum, vel prælatorum sic distingue, aut est prælatus regularis, & non potest testari, & si esset Cardinalis, nam nulla dignitas liberat monachum a substantialibus regulæ & est ratio, quia dignitas facit quem ascendere, sed liberari a substantialibus regulæ esset descendere in deteriore statu, vt hic aperte probatur &c. Idem sentit Barba. ad Bald. ibi. nota quod prælatus regularis non potest testari, etiam si esset Cardinalis, vide tex. in cap. quia ingredientibus de testamen. & ibi Dom. Anton. limitat, nisi de licentia Papæ, & quid operetur illa licentia vide Bald. in l. si quando. C. de in offic. testamen. l. ab Anastasio C. mand. Bald. in cap. primo in fide cler. qui inuest. fac. & dicit Zabarella in cap. fina. de pecul. cler. colum. antepen. quod non est legita lata concessa dispensatio religiosi de rebus ecclesiæ, sicuti clericis secularibus, tamen non est eis puto, quod valeat si sint prælati, quia de fructibus habent liberam dispensationem. cap. ceterum de donat. quia clericus secularis, & religiosus, habens administrationem equiparatur, quoad dispensandi potestatem cap. fina. vers. sed & talis. de vit. & honest. cler. vbi optime probat. Idem Zabarella in cap. peruenit. de fideiussor. dixit illud cap. procedere in regulari, sed in alio differunt, quia prælatus secularis quicquid acquirat intuitu personæ, acquirat sibi, & ei succedunt in hoc propinqui dicto cap. cum in officijs. prælatus vero regularis acquirat ecclesiæ cap. 2. de testamen. 18. quæstio. 1. cap. primo &

mo & not. cap. primo. de instit. in glo. pen. cap. olim. de priuileg. el 2. & alijs ut ibi per eundem Zabarel. dict. cap. fina. ubi multa pro & contra adducit: & intellige de religioso; qui profitetur tria substantialia regulæ: qui testamentum facere prohibetur cap. secundo. de testamen. 18 12. quæstio. prima. non dicatis. secus est de religioso largo modo, qui ista tria non profiteatur, ut per Abb. in rub. de testamen. numero 6. idem dicit Zabarella in dict. cap. cum in officijs. ibi, procedunt hæc in clerico sæculari secus est in regulari, qui de nullis testari potest: & in materia dicit Did. Couarruias in cap. cum in offic. de testamen. §. ultimo hinc potest: quod moribus receptum est, vt licentia quoad facultatem testandi de fructibus ecclesiæ sit tantum necessaria episcopis, non alijs ecclesiasticis, unde episcopi magis astricti uidentur ad res ecclesiæ custodiendum; & conseruandum, ex quo alij clerici etiam sine licentia possunt disponere, & testari pro suo libito, ut dixit esse consuetudinem in Francia, & in regnis Hispaniarum, ac fere in toto orbe terrarum ab inmemorabili tempore introductam, immo talem consuetudinem uti bonam, & laudabilem, esse pragmaticis sanctionibus Caroli Cæsaris Hispaniarum Regis confirmatam, ac illam seruari iussam anno. 1523. comitijs totius Regni habitis Pintie cap. 47. idem attestare uidetur Petrus Duenas in suis regulis regula. 366. uers. porro circa. ubi etiam dicit, quod hodie per extrauag. Iulij tertij est decisum quod omnes clerici possint de quibuscunque bonis, etiam intuitu ecclesiæ acquisitis in testamento disponere; quam extranagantem ego nunquam uidi, nec in causis spoliatorum ab aliquo unquam uidi illam adduci, aut allegari, immo contrarium semper seruari. Sed credo, quod dicat, & intelligat de motu proprio eiusdem Iulij facto in fauorem incolarum, & curialium urbis, cuius tenor est insertus in bulla confirmationis inuouationis priuilegiorum incolarum, & curialium urbis a Pio iij. edita. anno 1561. quæ est in fine præsentis nostri laboris edita, uel quod intelligat de constitutione aliqua, quam ego non uidi: sed uide eum dict. loco: ubi facit quæstionem, an clericus possit donare nurui, iam quod non potest instituire, uel donare filio. Sed quod dicunt isti docti uiri de ista consuetudine ego ualde dubito, quia contrarium uidi seruari in Vrbe Roma in causis spoliatorum clericorum extra urbem decedentium, pro tempore, quo ego fui in urbe in huiusmodi causis Auditor Reuerend. Thesaurarij, & in ciuitate, ac Regno Neapolis Auditor Illustrif. & Reuerendiff. Domini Nicolai Fliici Episcopi Saouonensis sedis Apostolicæ in dicto Regno Neapolis Nuntij & iurium Cameræ Apostolicæ collectoris a Pio iij. deputati, pro quo tempore semper collegimus iura Cameræ nec talis consuetudo

consuetudo, nedum ab aliquo unquam fuit deducta, sed nec allegata quidem; nec fuit unquam aliqua habita differentia; vel consideratio, quo ad huiusmodi spolia inter episcopos, aut alios clericos: quia omnium spolia passim, & indistincte Camera colligit nisi decedens, vel fuit episcopus, vel clericus, obtinuerit licentiam a sede Apostolica de bonis disponendi, id, quod ego & audio seruari in Regnis Hispaniarum, vt mihi fuit dictum a Reuerendissimo D. domino meo Leonardo de Marinis nobili Ianuen. Archiepiscopo Lancianen. qui fuit in Hispaniarum Regnis sedis Apostolicæ Nuntius, ac Cameræ Apostolicæ iurium collector a prælibato sanctæ memoriæ Iulio iij. deputatus, sed bene audiui, quod in regnis Hispaniarum per collectores, & commissarios Apostolicos colliguntur tantummodo spolia Episcoporum, & Archiepiscoporum, magnorumque prælatorum, non aliorum inferiorum clericorum aut presbyterorum. Sed id etiam potest bene euenire conuiuentia etiam collectoris, & commissarij, aut illorum tolerantia; super quo me remitto veritati. Sed de hac consuetudine, ac consuetudine testandi vel disponendi de fructibus beneficiorum aliqua dicemus infra suo loco.

Credo quod per hæc sit dictum aliquid, quomodo episcopus, vel clericus sæcularis, vel regularis debeat, vel possit inter uiuos, vel in testamento disponere de fructibus beneficij, de distributionibus quotidianis, de fructibus pensionum, de acquisitis opera, vel intuitu suæ personæ, ac de alijs, quæ alijs obuenire possint ecclesiasticis personis ab ecclesia, vel aliunde: aut saltem quod sit demonstratum ubi, & in quibus locis materia per Doctores pertractetur, ad quos pro casus contingentia recurri poterit, & quod etiam materiam sic intelligendo, & sic distinguendo, multa repugnantia sint concordata.

Vnde pro reconciliandis contrarijs pauca erunt dicenda: quia per ea quæ late dicit Abb. in cap. cum esses. uers. 2. principaliter, & per ea quæ diximus supra clericus non est usufructuarius, sed usuarius; quia de fructibus non habet nisi pro suo victu, unde illud quod dicitur: quod habet usufructum, vel dominium intelligitur, quo ad canonicam dispensationem, quia cæteros fructus superfluentes, deducto victu, habet canonice dispensare; quia quando male, & non canonice clerici dispensant sunt prædones. glo. in cap. si. 12. quæst. 1. in glo. fin. de quibus etiam potest clericus alere filios, parentes, consanguineos, si egeant, & sorores, ac filias maritare, non potest tamen eos ditescere per Abb. in cap. inquirendum. de pecul. cler. & quod dicitur quod clericus de redditibus potest donare, intellige vt dictum fuit moderate, & in casibus a iure expressis; & iura loquentia quod beneficiatus habens administrationem sit usufructua












fructuarius, & usufructuario equiparetur, intelliguntur quoad hoc quod finiatur morte, & quoad fidelem administrationem per Rebuff. in praxi sub verbo seculare quotuplex.

De distributionibus quotidianis, ac de illis quæ clericus suo labore acquirit, etiam ratione sui officij, dummodo ei non detur vti Parochiali, dictum fuit quod vti de sibi acquisitis habet liberam administrationem. Quod vero dicitur, quod de fructibus ecclesiæ potest clericus soluere debita particularia, licet Abb. teneat contrarium, tamen Gig. in tracta. de pensio. quæstio. 39. dicit quod illi, qui hanc opinionem tenent sunt plures; quorum habet opinio prævalere. Sed de hoc dicimus in Quæstione de debitis soluendis de fructibus ecclesiæ & spolio. Et quod dicimus: quod prælatus potest ecclesiæ fructus locare, vendere, & hypothecare, credimus verum si faciat, tanquam administrator, sed non sequitur propterea, quin pecunias ex tali venditione redactas, deductis pro se necessarijs, non habeat canonicæ, vt tenetur dispensare: & pro recuperandis rebus ecclesiæ potest agere finium reg. omnemque aliam actionem intentare, per Abb. in cap. cum super de caus. possess. & proprietat. & quod dicit glo. in summa. i. quæstio. 1. quod clericus potest fructus ecclesiæ dare etiam porcis, non intelligas fructus illos, qui habent in pauperes, & in utilitatem ecclesiæ erogari, aut in alios pios, & legitimos vsus a iure expressos dispensari. Sed hos intellige: quos clericus sibi acquirit, & quos facit suos vere, vt diximus de his, quos de distributionibus quotidianis, & de his, quos suo labore ratione sui officij clericus acquirit: & quos pro suæ voluntatis arbitrio potest etiam proijcere, vt rem suam in qua potest esse moderator, & arbiter: nisi forte glo. intelligat de fructibus putrefactis, vel marcidis, qui bene porcis, & alijs bestijs dari, & proijci possunt. Et ad illud quod dicimus, quod clericus de fructibus beneficij soluit sua debita, dici pariter potest de illis fructibus, quos facit suos, quia seculus est in fructibus, qui sunt conuertendi in utilitatem ecclesiæ, vt per Abb. dicto cap. peruenit. de fideiussor. vers. in glo. in verbo. vbi dicit: quod hoc dictum quotidie allegatur in practica, vbi concludit, quod ex quo communis opinio inualuit, quod clerici hodie appropriant sibi omnes redditus: visum fuit Curia, & iudicibus melius esse, vt clerici darent fructus suos creditoribus, quàm vt dispergant in aliam causam. Et ad illud, quod dicit Couarruias, quod clericus voluptuose expendens redditus ecclesiasticos, non tenetur ad restitutionem: respondeo, quod opinio Abbatis est in contrarium, quod immo tenetur restituere de suo patrimonio, si habet, vt per eundem in cap. cum secundum. de præbend. & in cap. fina. de pecul. cler. in fi. vbi dicit, quod vt cle-

ut clericus nõ teneatur, fuit opinio Archid. quæ est opinio periculosa: ex quibus sit absolutum pronunc. quod volumus dicere in præsentia quæstione de potestate clerici circa fructus beneficiorum, & circa acquisita de fructibus.

Circa vero alia ex quibus hodie sunt spolia, qualia sunt acquisita ex illicita negociatione per clericos, idem erit dicendum, quod diximus de fructibus ecclesiasticis data paritate terminorum: quia per extrauag. Pij Quarti super declaratione spoliatorum editam anno 1560. sui Pontificatus Anno primo Nonis Nouembris. fuit declaratum taliter acquisita, fuisse & esse spolia, & uti spolia spectasse, ac spectare ad Reuerend. Cameram, unde cum sit de eis eadem ratio: quæ & de acquisitis ab ecclesiis, in eis debet eadem esse iuris dispositio. I. si socer. ff. solut. mat. immo in illis arctius, & magis stricte procedendum esse, quam in ecclesiasticis, in quibus clericus habent liberam administrationem, & dispensationem fructuum in bene dispensando, quia ex forma Bullæ, non solum non videtur aliqua clericis dispensandi de eis, & disponendi relicta facultas, sed omnino eis, tam in vita, quam in morte disponere interdictum expresse, & penitus prohibitum: super quo uide quæ dicimus in quæstione, quæ negocia sunt permilla, & interdicta clericis: vbi tenor bullæ est descriptus, ac super illius intelligentia aliqua dicimus, ex quibus ad laudem Omnipotentis Dei, & illius beatæ Matris, sit impositus finis præsentia quæstioni.

S V M M A R I V M.

- 1  T standũ cõsuetudini in dispositione fructuũ ecclesiasticorũ.
- 2  Tenere non debent quæ sunt contra ius habens perpetuam prohibitionis causam.
- 3  Consuetudo irrationabilis non est attendenda.
- 4  Improbatur consuetudo, per quam distributiones quotidiana dantur non interessentibus diuinis.
- 5  Non valet statutum, per quod minuitur cultus diuinus.
- 6  Fructus ecclesiarum debent distribui in stipendia ministrorum,
- 7  Clerici fructus ecclesiæ, ultra necessaria, non possunt in seipsos conuertere.
- 8  Consuetudo sacris obuians canonibus non debet attendi.
- 9  Valet consuetudo, quod clericus disponat de fructibus ecclesiæ, & de acquisitis de fructibus.
- 10  Valet consuetudo, quod propinqui succedant clerico ab intestato in rebus per ecclesiam acquisitis.
- 11  Canonicus absens percipiens, percipit contra ius.

- 12 *Consuetudo dat iurisdictionem non habenti.*
 13 *De consuetudine clerici disponerent de acquisitis per ecclesiam, sine licentia.*
 14 *Prohibitio testandi est de iure positivo.*
 15 *Consuetudine clericorum disponendi de reb. ecclesie approbat rex Carolus.*
 16 *Valet consuetudo: quod fructus pertineat ad defunctum per aliquod tempus.*
 17 *Consuetudo immemorabilis idem efficit: quod Principis licentia.*
 18 *Consuetudo disponendi de rebus ecclesie intelligitur ad modica, nec se extendit ad magna.*
 19 *Consuetudo disponendi de rebus ecclesie non se extendit ad immobilia.*
 20 *Valet consuetudo, quod canonicus possit testari de fructibus percipiendis anno sequenti.*
 21 *Consuetudo non debet afferre grauenam ecclesie.*
 22 *Consuetudo de fructibus percipiendis videtur approbata per extrauag. suscepti.*
 23 *Consuetudo in aliquibus ecclesiis Regni Neapolis.*
 24 *In redditibus ecclesiasticis tantum habent iuris clerici, quantum sibi a canone permittitur.*
 25 *Principes seculares non possunt constituere legem in rebus ecclesie.*

De consuetudine testandi; vel disponendi
 de fructibus & rebus ecclesiasticis.

QVÆSTIO III.



- V**ERM quia in materia testandi de fructibus ecclesie perceptis, & percipiendis, dicunt quidam quod debet maxime attendi illud, quod est in consuetudine, cui quoties de ipsa appareat est standum, ut per Hostien. in cap. fina. de pecul. cler. duxi esse ad propositum hic annectere quæ sparsim ex dictis doctorum in hac materia colligere potui. Quæ consuetudo videtur primo, quod in huiusmodi non sit aliquo modo attendenda; quia cum sit prohibitum expresse a iure, quod clerici de rebus ecclesie non testentur 12. quæstio. 5. §. 1. cap. 1. 2. & tertio cap. cum in officijs. & cap. ad hæc. de testamen. & illa quæ fiunt contra ius habens perpetuam prohibitionis causam tenere non debent. 10. dist. iudex. cap. si diligenti. de for. compet. & l. non. C. de leg. ergo testamentum prætextu illius consuetudinis, quæ est contra iuris formam expressam valere non potest, quia talis consuetudo grauenam inducit ecclesie cap. primo de consuet. quæ cum sit irrationalis, & sic impræscriptibilis eo. tit. cap. si. non

- fina. non est attendenda. secundo loco talis consuetudo est omni iuri contraria ideo valere non debet, per tex. in cap. clerici. de iudic. & cap. nostram. de probat. cum similibus. Facit pro hac opinione, quod clerici non possunt dare in morte, seu relinquere suis parentibus omnia mobilia, licet de hoc sit, & obtineat generalis consuetudo, quæ illos propterea non excusat, facit illud: quod dicitur clericos in rebus ecclesie non habere, nisi usum, & vsuario comparari, not. in cap. fina. de pecul. cler. & 12. quæstio. 1. episcopi de rebus. Fecit illud quod habetur in text. in cap. vnico. de cler. non residen. in 6. vbi improbatur consuetudo; per quam fuerat inductum, ut quotidianæ distributiones quæ dantur tantum diuinis officijs interessentibus, darentur etiam non interessentibus: facit quia, si adsit consuetudo, quod clerici de rebus ecclesie possint testari, per hoc videtur aperta via ad minuendum Christi patrimonium, & ad minuendum cultum diuinum, & cum in iure non valeat statutum, per quod minuitur cultus diuinus per text. in cap. pen. de constitu. ita pari modo non debet valere consuetudo, quia istorum duorum de vno ad aliud, valet argumentum, immo ambo æquiparantur cap. primo. de constitu. & cap. primo. de iure iur. Facit text. in cap. pastoralis. in principio de ijs quæ fi. a præla. vbi dicitur: quod prouentus ecclesiarum habent conuerti, & distribui in stipendia ministrorum, quod non erit vigore consuetudinis, si clerici ad hæredes illos testati vel ab intestato transmittant, quia ministri non sunt, qui non seruiunt, prout possunt esse hæredes clerici defuncti cap. proposuit. de fil. præbit. facit quod diximus supra, quod clerici fructus ecclesie non possunt pro seipsis ultra victus sui necessaria percipere, nec in suos vsus conuertere, vel appropriare, quia istud esset subtrahere per Zabarel. cap. fina. colum. pen. de pecul. cler. ergo multo minus in hæredes transmittere per text. in regu. nemo plus iuris. de regu. iuris. facit, quod consuetudo, quæ sacris canonibus obuiat, & aduersatur, non est attendenda per tex. in cap. cæterum. extra de donatio. facit, quod quicquid acquirit sacerdos, siue clericus acquirit ecclesie, & ecclesie efficitur, ac statim illius dominio aggregatur, dicit glo. in cap. cum in officijs. de testamen. ergo de eo clericus disponere non potest, per aliquam consuetudinem immo si in alium transfert, competit ad illud repetendum ecclesie remedium rei vendicationis, & alia quæ late diximus supra in multis locis in præcedenti quæstione, per totam &c.
- In contrarium multa facere videntur, quod immo valeat, & admittatur consuetudo, quæ permittat clericis testari de fructibus ecclesie: tam perceptis, quam percipiendis post mortem, per aliquod tempus,
- M quia

quia id videtur apparere per ea, quæ dicit Hostien. in capit. cum in officijs de testam. vbi dicit, nemo prælatus, siue clericus, siue laicus de rebus ecclesiæ, etiam mobilibus testari potest, & pari modo de rebus quas de redditibus ecclesiæ emerunt: nisi in compensationem relictæ tantumdem darent, vel aliud obtineat de consuetudine: idem dicunt, & tenent per eadem verba ibi Innocen. Io. And. & Zabarella allegantes, quod talis opinio fuit Hugo. per text. in cap. si episcopus. 12. quæst. 5. dicit in terminis Abb. in cap. cum tibi. de verb. signi. ibi nota ex text. præcedentem intellectum. quod valet consuetudo quod clerici possint disponere de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, & quod propinqui succedant eis ab intestato in huiusmodi rebus, & tene inquit hoc menti. Idem dicit, & tenet Gaspar. Calderin. cons. secundo de pecul. cler. circa finem, ibi puto concludendum, quod si loci consuetudo specialis, vel ecclesiæ sit, quod consanguinei succedant in fructibus perceptis, & separatis a solo: illa seruetur aliàs dico, quod de iure ecclesia succedit ab intestato, & ex testamento, &c. nam consuetudo potest disponere, quod consanguinei succedant ab intestato clericis, non solum in bonis intuitu personæ acquisitis, sed etiam, si sint acquisita intuitu ecclesiæ, vt not. in cap. cum tibi. de ver. sig. in cap. si propter sua. de rescrip. lib. sexto. in cap. præsent. de off. ordin. eo. libro in extrauag. suscepti. Io. 22. de electio. sequitur Nicol. de Vbal. in suo tracta. de success. cler. ab intesta. in finalibus verbis. fac. text. in capit. præsent. de off. ordin. in 6. vbi episcopi vel eorum superiores, vel quicuis alij prælati prohibentur occupare, vel in suos vsus conuertere, vel auferre bona inuenta in ecclesijs vacantibus earum rectoribus morientibus siue vacationis tempore obuentibus, nisi hoc sit de speciali priuilegio, vel de consuetudine legitime præscripta, &c. facit quia canonicus absens potest percipere fructus præbendæ suæ si de hoc adsit consuetudo, vt nota. in capit. dudum el. 2. de electio. in glo. pen. & glo. in cap. conquerenti. extra de cler. non resid. in ver. deseruiat, quod tamen est contra ius: quia si vult percipere, de iure debet esse præsent, & deseruire, non autem abesse d. capit. conquerente. & cap. inter. de appell. cap. peruenit. facit, quia consuetudo dat iurisdictionem non habenti, & liberiore administrationem capit. cum contingat. de for. compet. fac. quod dicunt quidam quod cum clerici personis priuilegiatis comparentur, tolerari debet in eis consuetudo ad instar aduocati fisci: qui residuum salarii non exactum & non maturum transmittit ad hæredes. l. post duo. C. de aduoc. diuers. iud. fac. text. in cap. si propter. de rescrip. vbi patet, quod fructus primi anni possunt deberi, etiam singulari personæ, & quod ecclesiarum

ecclesiarum consuetudo, etiam in ecclesijs sit seruanda, habetur in tex. 12. dist. illa. & cap. ex parte. de concess. præb. in fin. imo dicit Did. Couarruias in cap. cum in officijs. de testam. quod moribus receptum est, quod episcopi tantum est necessarium obtinere a summo Pontifice, vel a sede Apostolica licentiam testandi: siquidem omnes alij clerici sine licentia, & libere testantur, & testari, possunt, & in vltima voluntate pro libito suæ voluntatis disponunt de omnibus bonis, quæ ex redditibus ecclesiarum sunt adepti, & in eisdem intestati decedentes successores habent parentes, fratres, cæterosque ab intestato venientes: & hæc consuetudo a plerisque damnatur, ex eo, quia
 12 per text. in capit. relatum el secundo. probatur consuetudo tantum, quæ permittit clericis testari in pios vsus, in præmium seruitij exhibiti clerico viuenti: generaliter autem consuetudo non recipitur, id
 23 quod videtur approbari communiter per scribentes in capit. cum in officijs. & dicto cap. relatum & licet, inquit, hæc sit magis communis opinio, tamen quando animaduerto, quod isti redditus ecclesiastici, de quibus agitur assignantur ex dispositione canon. ministris ecclesiarum separatim ab alijs bonis, quæ in ecclesijs conceduntur ad vestes, paramenta, ædificia, aliaque necessaria; quoties video, quod hæc prohibito est inducta non de iure diuino, sed humano, ego (inquit) non possum consuetudinem præfatam damnare: quippe qui certo sciam, quod Romanus Pontifex ecclesiæ Principes totiusque orbis christiani consensus eam applausu saltim tacite probant, & Carolus Cæsar Hispaniarum Rex anno 1523, comitijs totius Regni Pyntiæ habitis cap. 27. eandem consuetudinem vti bonam, laudabilem, ac legitime inductam seruari mandauit; idem apud Gallos communi vsu receptum, & obseruatum esse præter alios testatur glo. in prag. sanctio. tit. de annatis. §. item quod. in ver. acquisitos, id quod placet Io. Fabro. instit. de rer. diuisio. §. his vero. Guido Papæ decif. 115. Gugliel. Benedic. in cap. Raynurius. de testa. in ver. & vxorem. Io. Andr. in reg. nemo plus. de reg. iuris. & alijs, qui allegantur per Philip. Probum in cap. præsent. de offic. ordin. in sexto. facit pulcherrimus tex. in extrauag. suscepti. de electio. extrauag. Io. 22. vbi habetur quod valet consuetudo, qua inducitur, vt fructus beneficii
 15 vacantis per aliquod tempus pertineant ad defunctum, ergo (inquit) de illis clericus de consuetudine potuit testari, ac illos consanguineis alijisque hæredibus relinquere: subdens, quod hæc consuetudo, cuius initij memoria hominum non est, idem efficit, quod principis licentia, &
 16 priuilegium. l. 3. §. ductus aque. ff. de aqua quot. & æst. & alias vt ibi per eum: vbi multa allegat.

Sed hoc videtur meo iudicio satis magnum dictu, & auditu, quia stat communis opinio scribentium in contrarium, ut ipse Couarruias asserit, Abb. in cap. cum in officijs, quem omnes sequuntur hoc ita indistincte non intelligit, nam, inquit, nota, quod valet consuetudo: quod clericus possit testari de bonis per ecclesiam acquisitis, quod ego non admitto indistincte, sed restringo ad bona mobilia, & modica: qualiter etiam valet consuetudo, ut modica possit donare cap. 17 cæterum. de donat. ita dicendum est respectu facultatis testandi, nam si consuetudo haberet de magnis illa esset onerosa ecclesie, & per consequens non valeret cap. primo si de consuetudine respectu vero bonorum immobilium, puto non sufficere consuetudinem: quia illa non possunt alienari: nisi cum solemnitate: de qua in cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. nec illam solemnitatem remouere potest irrationabilis consuetudo, ut communiter per Doctor. in cap. nulli. de rebus ecclesie non aliena. valet tamen consuetudo, ut canonicus testari possit de fructibus ecclesie percipiendis anno seq. post mortem. quia potius preiudicat canonico successor: quam ecclesie ut per Ioan. Andr. in reg. nemo plus. in mercurial. vbi ponit de hoc quæstionem de canonicis Mutinen. an de fructibus præbendarum suarum post mortem ad annum percipiendis de consuetudine illius ecclesie testari possint, vbi in vtramque partem materia disputata concludit pro affirmatiua
 29 scilicet: quod valeat consuetudo quod possint canonici de fructibus suarum præbendarum percipiendis testari, potissimum ratione, quia per hanc consuetudinem in his fructibus percipiendis principaliter non præiudicatur ecclesie, sed successor: qui habet de fructibus viuere qui habet sibi imputare, & quod talem canoniam cum tali onere assumpsit, vnde (inquit) viuat, quo respectu videtur facilius consuetudinem permittere de percipiendis, quam de perceptis de illis
 20 (inquit) dico in quibus succederet ecclesia cui grauiamen consuetudo ferre non debet cap. primo de consuet. nec ralis consuetudo canonico successor propterea luctum afferre debet, quia eadem lege sibi successorem ligat, quia eosdem fructus ipse successor aufert, quos ei abstulit suus antecessor, & talis consuetudo de percipiendis videtur approbata hodie per dictam extrauag. suscepti. Ioannis. 22. de electio. sed melius per text. in cap. præsent. de off. ordin. ibi siue vacatio nis tempore obuientia. & paulo post. nisi, de speciali priuilegio, aut consuetudine iam præscripta legitime, &c. vbi Pet. de Ancharan. 3. not. dicit quod valet consuetudo præscripta super istis bonis obuientibus, aut dimissis, alteri quã futuro prælato applicadis. & dicit Belon. conf. iij. num. x. quod est cõmunis opinio, quod valeat cõsuetudo,
 quod

quod hæredes beneficiati habeant fructus illius anni, quo beneficiatus, moritur, sequitur Zabarel. in cap. fin. de pecul. cler. secunda colu. ibi modicam erogationem potest facere clericus, vbi hoc habet consuetudo, quæ valet etiam in morte, etiam, quoad fructus percipiendos, ut extrauagan. suscepti, vbi approbatur consuetudo, per quam fructus applicantur defuncto, quod non probabiliter intelligitur vbi relinquitur pro anima, tunc (inquit) enim, proprie applicatur defuncto: sequitur Ioan. de Imola. in d. cap. fin. de pecul. cler. circa fin. vbi tenet, quod clericus posset de redditibus ecclesie aliquid moderate donare. saltem, si adsit consuetudo, & videtur, quod illa consuetudo possit tolerari per tex. in cap. si propter tua debita. de rescrip. in 6. & in d. extrauag. suscepti, in quibus patet quod valet consuetudo, quod fructus beneficij ultimi anni, in quo clericus decedit, etiam si nondum sint percepti, spectent ad hæredem ipsius cler. & sic breuiter consuetudo in talibus multum posset operari & sic videtur, quod valeat consuetudo, quod cler. & simpliciter personaliter beneficiatus faciat fructus suos, & alias, ut ibi per eundem Imolam. Idem Imola in cap. peruenit. de fideiussor. col. 8. vers. quæ autem. vbi dicit secundum aliquos, quos allegat: quod illud, quod dicit glo. in cap. præsent. de off. ordin. in 6. & per Hostien. in cap. fin. de pecul. cler. quod clerici sunt vsuarij & vsufructuarij in fructibus beneficiorũ, potest tolerari propter consuetudinem, per tex. in cap. dilectus. de consuetu. vbi consuetudo habet potestatem interpretandi ius ut ibi per eum & vide Abb. in cap. nouum genus ex. de decimis colum. 3. quod hodie est standum consuetudini, an clericus faciat fructus beneficij suos, id quod etiam dicit Ioan. Andr. in præallegata reg. nemo plus. tenet Tancred. per illud quod in simile dicitur de Vasallo, qui decedit post Calend. Martij ante Kalen. Octobris, in tit. lex. regni cap. si Vasallus. & per text. & quod ibi notatur in l. defuncta. ff. de vsufr. & audiui postquam sum Neapoli hanc consuetudinem vigere in aliquibus ecclesijs Apulie, quod clerici decedentes, etiam ab intestato transmittunt ad hæredes fructus ex præbendis per aliquod tempus post eorum obitum recolligendos, id quod etiam attestatur Ioan. Andr. in regula nemo potest, in fin. vbi dicit, quod in multis ecclesijs viget hæc consuetudo, in quibus minime est immutandum, & dicit Andr. de Isernia in vsibus Feud. lib. 3. consuetudines &c. s. his consequenter, quod Neapoli circa fructus decedentis clerici habent consuetudinem certam præscriptio nem &c. uti vidi ego in Codice dicti Andreæ apud magnificum D. Fabricium Sanmarcum, aduocatum primarium in ciuitate Neapolis mihi amicissimum: cum quo alloquutus sum super ista quæstione: quem reperi apostillatum manu. d. magnifici viri de ista consuetudine Neapo-

litana vide Innoc. cap. relatum de testam. & cap. fin. de pecul. cler. Gemin. in cap. præfenti de off. ordin. in 6. & pro ista consuetudine est bulla, quæ referuatur per canonicos de capitulo ecclesiæ cathedralis Neapolitanæ & reperies illam præsentatam in quodam processu inter Carolum della Gatta & donum Marcum salernum in sacro Consilio. & Lofre. d. cons. 40. pro vt est videre in codice dicti excellentis aduocati.

Et quod dicitur de consuetudine, secundum eundem Io. Andr. est intelligendum de consuetudine legitime præscripta cap. 3. de consuet. & de off. ordin. cap. præfenti. nam verbum consuetudo simpliciter prolaturum intelligitur, de præscripta. cap. comana de electio: & multo fortius, si tanto tempore seruata esset, quod ipsius contrarij non esset memoria de verb. sig. super quibusdam. & cap. primo. de præscrip. cum concordantijs, facit etiam, quia Pius Papa Quartus in suis breuibus deputationis Francisci Odescalchi & Mathæi Minalis videtur velle, quod de bonis peruentis ex beneficio simplici, possit clericus disponere in locis vbi vigeat consuetudo testandi legitime præscripta, in illis verbis, & quoad beneficia simplicia, nisi ex priuilegio &c. vt in dictis breuibus in fine descriptis: ego quoad fructus perceptos non discedo ab opinione Abbatis, quod restringatur consuetudo ad modica, quæ mihi videtur magis ratione suffulta, per ea, quæ late sunt dicta supra per totam præcedentem quæstionem, vbi dixi pro quot a parte, & de quibus clericus de redditibus ecclesiæ possit pro libito disponere, & quomodo reliquos habeat dispensare, & quod eius opinio magis amica ecclesiæ videtur, quia si ad magna consuetudo esset, onerosa esset ecclesiæ, & per consequens admitti non haberet cap. primo. de consuetudine & immobilia non alienantur sine solemnitate: & quod solennitas remoueri non possit pretextu forsan irrationabilis consuetudinis, sequitur Siluest. in ver. clericus quarto vbi dicit quod clerici alicubi de consuetudine testantur de fructibus, ac rebus mobilibus ecclesiæ acquisitis, & secundum aliquos valet consuet. quia de his testari non est illicitum, nisi quia in fauorem ecclesiæ prohibitum, & hæc inquit si sint modica, quia alioquin esset onerosa. subdens limita si pie in foro animæ & sponat, non se extendat, ad vasa sacra diuino cultui deputata, nisi vasa essent superflua, & transirent ad aliam ecclesiam &c. pro quo facit, quod dixi supra, quod si de pecunia præbendæ ematur prædium, vel fundus, non potest amplius clericus de illo disponere, nec etiam intuitu pietatis dare, licet ante potuisset de pecunia disponere, quia statim sic emptum sit ecclesiæ, vt per Doctor. in cap. primo. de pecul. cler. & capit. inquirendum. refert etiam Angel. in verb. emptio. vers. utrum emptum, & per illud etiam: quod ipse Couarruias dicit in d. capit.

capit. cum in officijs. in fi. vbi dicit quod in redditibus ecclesiasticis tantum ius habent clerici, quantum expresse sibi à canonicis conceditur: quia canones expresse tantum concedunt clerico necessaria victui, & reliqua disponere in casibus prænaratis tantum. Item quod ipse dixit in fin. vers. prædicti denique quicquid præter necessarium victum ac simplicem vestitum de altari retines, tuum non est rapina est, sacrilegium est: & quod ipse in vers. secundo. vbi clericis permissus est redditus, qui ad eorum congruam sustentationem necessarij non sint, in pios erogare vsus iuxta illud quod super est date pauperibus: & quod dicit in vers. 3. vbi dicit, clericum posse disponere de illis fructibus pro suo libito, qui sunt necessarij ad eius honestum sumptum, iuxta sui qualitatem, & quod dicit in cap. 7. vbi clericus non potest disponere in testamento de rebus occasione ecclesiæ acquisitis, nec de rebus emptis de pecunia de redditibus ecclesiæ collecta: per quæ deducta optime apparet, quod non potest esse locus allegatæ consuetudini; Facit quia per hanc consuetudinem videretur quodammodo introduci successio in rebus ecclesiæ, quod non est à canone permissum, imo expresse prohibitum, cap. Michael. de fil. presbyterorum, Nec video, quod hæc sit consuetudo totius orbis, vt ipse Couarruias asserit, quia in Vrbe Roma pro tempore, quo sui Auditor Reuerendiss. Thesaurarij in causis spoliatorum cameræ, & in Regno Neapolis pro tempore, quo iam per triennium easdem causas audio apud Illustriss. & Reuerendiss. D. Nicolaum Flicum Episcopum Saouens. sedis Apostolicæ Nuncium in eodem Regno a Pio iij. deputatum, contrarium seruari vidi, nec de tali quidem consuetudine, verbum audiui: facit in contrarium vsus quotidianus, qui videtur oculis ab immemorabili tempore citra inductus, quia quotidie pro Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac cuiusuis gradus, & dignitatis prælatis, & clericis quibuscunque a sede apostolica, & Romano Pontifice pro tempore existenti, procurantur, conceduntur, & expediuntur, licentiæ, & facultates testandi pro summa, quæ peritur, per litteras Apostolicas sub plumbo, vel per Breue sub annulo Piscatoris, vel per litteras sacre penitentiariæ, quod non accideret, si allegata consuetudine se tutos fore clerici putarent: facit in contrarium illud, quod habetur in extrauaganti Pauli iij. edita super spolijs in principio, vbi attestatur res, & bona spolia nuncupata prælatorum etiam Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium cæterarumque personarum ecclesiasticarum secularium, & regularium tempore obitus ipsorum remanentia semper vii spolia ad cameram Apostolicam pertinuisse, & spectasse, prædecessoresque suos, ac se ipsum in varijs mundi prouin-

cijs pro illis recolligendis collectores, & exactores constituisse, & deputasse, ac ab antiquissimo tempore citra nomine Camera Apostolicę exacta, ac inter iura ipsius Camera annotata, & annumerata fuisse, nec valet dicere, quod consuetudinem hanc attestatur Carolus Cęsar, & quod illam mandauerit seruari, & quod etiam dicat ita obseruatum glo. in pragmat. sanctionibus, quia Paulus Tertius (vt vidimus) attestatur de contrario, cui maior venit adhibenda fides, vt dico in prima q.

Nec refert, q̄ Carolus Cęsar prędictus ita seruari mandauerit, quia eius constitutio, & lex ciuilis de se non erit regulariter seruanda tanquam ecclę pręiudicialis & onerosa. Neque enim principes seculares habēt disponere super rebus ecclę, vel in rebus ecclęasticis se intromittere, & si secus faxint, illorum constitutio, & ordinatio, nullius est auctoritatis. 96. dist. in principio. Et ibi glo. cap. bene quidem cap. vbi nam. 24 cum similibus. Eadem distin. dicit glo. cap. sicut episcopum. 1. quęst. 2. in glo. magna in fi.


S V M M A R I V M.

- 1 **N** fructibus maturatis a die mortis vsque ad apprehensam possessionem beneficiorum reseruatorum succedit Camera
- 2 **D**istinctio, ad quem spectent fructus ecclę.
- 3 **S**eruatur consuetudo, quę non est grauis Camera.
- 4 **F**ructus solo coherentes sunt pars fundi.
- 5 **C**onsuetudo in regno Neapolis, quod fructus inexacti pertinent ad capitulum, &c.
- 6 **C**onstitutio Iulij iij. applicat fructus inexactos Camera.
- 7 **P**riuilegio dubio inspicitur intentio concedentis.
- 8 **I**ntentio apparet ex coniecturis.
- 9 **C**ontrariorum inclusio vnius, est exclusio alterius.
- 10 **Q**uando sit sumendum argumentum a contrario sensu.
- 11 **I**lla, pręsumitur causa finalis, quę est posita in lege.
- 12 **V**bi ratio legis reddi potest vnica habetur pro expressa.
- 13 **V**erba dubia interpretantur secundum quod expedit proferenti.
- 14 **I**nspicimus semper illud, quod est magis verisimile.
- 15 **D**igniora semper sunt preferenda.
- 16 **V**ide quid importet dictio, &c.
- 17 **V**erba debent aliquid operari.
- 18 **L**ex non debet habere superfluum sillabam.

An

An in fructibus inexactis relictis per clericum defunctum succedat Camera Apostolica successor in beneficio, vel hæres defuncti.

Q V A E S T I O V.



Nihil dicemus hic de fructibus inexactis pensionum, vel alias reseruatiss, vel distributionum quotidianarum quę dantur inseruienti horis diuinis, quia illos diximus peruenire ad hæreses ex testamento, vel ab intestato secundum aliquorum opinem pro quanto tempore decurreriat vsque ad mortem clerici: prout in quęstione, quam fecimus de successio. clerici seularis ab intest. & etiam in quęst. de potestate clerici circa fructus &c. quia non sunt pręsentis quęstionis, vnde dicemus tantum de illis fructibus, qui obueniunt pręlato ratione tituli pręlaturę, vel clerico beneficiato, ratione tituli sui beneficij, ex eo, quia est in beneficio intitulatus, vel institutus, qui decurrerunt & maturarunt in vita pręlati, vel clerici, & remanserunt inexacti, vt puta quia per superuenientiam obitus illos exigere clericus, vel exactionem inchoatam ad finem perducere aliquo casu non potuit.

Quia de illis, qui decurrunt, obueniunt, & maturant à die obitus, vsque ad diem apprehensę possessionis beneficij reseruatiss, vel pręlaturę, per nouum successorē nihil attinet dicere: quia de illis nihil est dubitandum, vel disputandum cum per extraneantem Pij. iij. sub Datum Romę apud sanctum Petrum die Septimo Decembris 1560. sit clare prouisum, quod in illis succedat Camera Apostolica, si beneficium dico sit reseruatiss, quia si non reseruatiss sit, dico secus. Vnde per contraria procedendo, quia isto modo magis habetur, & magis apparet, veritas, non videtur, quod fructus, prouentus, redditus, obuentiones, & emolumenta, quę obuenerūt ante obitum, vel tempore obitus, & quę per mortem clerici, vel pręlati, qui illa exigere non potuit, remanserunt, inexacta perueniant, aut peruenire possint, aut debeant ad Camera Apostolicam, capitulum, conuentum, collegia, aut ad singulares personas, sed potius ad successorē in pręlatura, vel beneficio, vel quod potius conuerti debent in vtilitatem ecclę sui pastoris obitu desolatę: quia id videtur per ius nouum hodie aperte decisum per tex. in cap. quia sape. de electione. in 6. vbi determinatur, quod tam bona dimissa per pręlatum, quam obuentionia tempore vacationis ecclę, & mortis pręlati, non

non vsurpentur modo aliquo per capitula, conuentus collegia, vel singulares personas earundem, sed referuntur fideliter futuris successoribus: item per tex. in cap. presentis, de off. ordin. eod. lib. ibi siue vacationis tempore obuentionis, quæ in utilitatem earundem, vel futuris successoribus fideliter referuari, &c.

Nec hoc habet locum tantum in fructibus, sed in omni alio emolumento, quod peruenit ex iurisdictione, & sigillo curiæ ecclesiasticæ, vel secularis, aut alias vndeunque iux. tex. in Clemen. statutum, de electio. Et hoc etiam fuerat ante prouisum per ius antiquum, per tex. in cap. illud. & cap. non licet. 12. quæst. 2. cum ibi glo. vbi habetur quod bona episcoporum, & prælatorum decedentium debent sub custodia fidelis, futuro successoris conseruari: & quamuis dicta iura videantur loqui de bonis dimissis per defunctum tempore obitus illius, intelliguntur etiam de bonis obuentionibus tempore vacationis, & post per generalitatem, quæ habetur ibi, quod bona decedentium episcoporum res suæ aut ecclesiæ suæ debent conseruari, & illibata futuro successoris qui episcopus ordinabitur reddi, vbi glo. tradit quis debeat deputati ad illarum custodiam, & conseruationem, & perceptionem. Clarius id videtur dicere glo. in cap. hæc huius. eisdem caus. & quæstio. vbi dicit, quod omnia a morte prædecessoris sunt seruanda successoris, in glo. conseruari. Idem tenet Hostien. in cap. fin. de pecul. cler. vbi posita quæstione quænam sint fructus qui pertineant ad ecclesiam, de quibus non potest testari clericus, responder, quod est aduertendum ad tempus quo moritur clericus, quia si moritur post finitum mensem Augusti & ante kalend. Martij omnes fructus anni proximi sequentis pertinent ad ecclesiam, vel dic inquit alio modo. quod fructus pendentes pertinent ad ecclesiam, separati vero a solo ad clericum: vel dic alio modo, quod

2 inter exequentes clerici defuncti, & ecclesiam fructus habent diuidi, sicut fit inter virum, & uxorem, facto diuortio: subdens, sed est verius, vt intelligamus illos fructus tantum pertinere ad clericum, qui sunt separati a solo, & reconditi, quos clericus, vt vsufructuarius facit suos, cui clericum (inquit) comparari debere diximus, alij autem: qui non sunt separati a solo, nec reconditi, prout est in casu nostræ presentis quæstionis, non sunt clerici, nec clericus facit illos suos, quia spectant ad ecclesiam, & hæc procedunt: nisi obstat aliqua specialis consuetudo in contrarium. cui standum erit, nisi ecclesia, ob illam nimis

3 grauetur.

Idem dicit, & tenet Gaspar. Calder. conf. 2. de pecul. cler. vbi posita quæstione, quis succedere habeat in fructibus præbendæ canonico defuncto, dicit indistincte, quod ecclesia, maxime, si decedat clericus ante fructus

fructus recollectos: quia in illis succedit ecclesia non hæredes ex testamento, vel ab intestato: siue æquiparemus clericum vsufructuario, siue vsuario: si vero decedit post fructus a solo separatos, tunc distinguit quinque casus, vt ibi late per eum videri potest. Et dicit Io. Copus in tracta. de fructibus lib. 4. tit. 3. cap. 2. quod tam fructus a prælato percepti, qui in bonis eius esse ceperunt, & mortis tempore extant, quam etiam ij qui tempore vacationis obuenerunt, debent futuro successoris referuari. Idem videtur tenere Specul. in tit. de fructibus & interesse. vers. sed pone prælatus. vbi dicit, quod quidam decedens talem fecit ordinationem, volo quod de omni mobili meo, quod nunc habeo fiant tres partes, sic distribuende: quæritur, qui fructus pertineant ad defunctum, & responder, quod omnes fructus a solo separati tempore mortis suæ, quia quamdiu solo coherent sunt pars fundi. l. fructus. ff. de rei vend. Vnde in casu nostro fructus inexacti cum non sint, & cum non possint dici a fundo separati sunt ecclesiæ, cuius est fundus, & per consequens successoris in beneficio. Item est bulla siue motus proprius super hoc factus per Iulium. iij. qui incipit Motu proprio. &c. Cum sicut nobis nuper innotuit. &c. de qua fit mentio in alia regula, vel bulla eiusdem ædita pari modo super fructibus inexactis relictis, quæ est descripta in fine, in qua expressè huic casui prouidetur, & determinatur, quod tales fructus inexacti, non vadant modo aliquo ad hæredes defuncti, sed ad successores in beneficio, vt in dicta constitutione.

In contrarium videtur opinio Bar. in l. diuortio. §. è contrario. ff. solu. mat. vbi dicit, canonicus decedens transmittit ad hæredes suos fructus perceptos, & percipiendos pro rata temporis, etiam pro rata anni, quo stetit in canonicatu.

Item facit in contrarium pari modo illud, quod tenet Ioan. And. in regula nemo plus. de reg. Iur. vbi disputando quæstionem de canonicis Mutinensibus, tenet, quod canonicus, stante consuetudine, potest disponere in testamento de fructibus sui canonicatus, etiam percipiendis pro tempore post mortem, & quod valet dispositio.

Item audiui esse multas ecclesias in regno Neapolitano: in quibus inest consuetudo quod fructus inexacti per clericum, seu beneficiatum defunctum, & illi etiam qui obueniunt, & decurrunt post eius obitum vsque ad nouam prouisionem accrescunt capitulo, collegio, vel canonicis, seu conclericis dictæ ecclesiæ.

Quid tenendum ergo in casu isto? ego puto in istis fructibus inexactis, quod non succedant nec hæres defuncti, nec successor in beneficio, nec alius, qui alias de iure communi posset succedere, quandoquidem

dem fuit expresse determinatum per prælibatum Iulium iij. quòd isto casu succedat Camera Apostolica, in locis, vbi sunt collectores Cameræ Apostolicæ: prout per ipsius Iulij constitutionem editam, vel publicatam sub anno Domini. 1551. die Decima octaua mensis Iunij. in quo Papa declarat, quòd constitutio, quam alias fecit, quòd in fructibus inexactis, relictis per defunctum clericum, non haberent succedere hæredes defuncti, sed successores in beneficio, comprehendebat tantum loca, vbi non sunt collectores spoliatorum, & iurium Cameræ Apostolicæ: & quòd in dictis locis suum effectum sortiri haberet tantum, non autem in locis vbi essent, & esse consueuerunt collectores, & in locis, vbi essent collectores, voluit, quòd circa istos fructus inexactos, haberent locum consuetudo, priuilegia, & iura particularia, quæ iubet seruari: per quam constitutionem Iulius iij. adimendo illos fructus inexactos a successoribus in beneficijs, in locis, in quibus adsunt collectores spoliatorum, & iurium Reuerendæ Cameræ, vt de se pater, voluit, & intellexit illos applicare iuribus Cameræ, ac vt bona Cameræ per collectores colligi in dictis locis.

Verum quia ego ita dictam constitutionem intelligo, & simul audiui, quem
6 dam magnum doctorem in ciuitate Neapolis aliter intelligere, & aliter sentire, in cuius opinionem, & sententiam licet pro eius auctoritate, quæ apud omnes magna, & apud me maxima ego iuuenis descendere deberem, tamen hic adducam rationes, & fundamenta, quibus moueor ad dictam constitutionem, ita interpretandam, & eam ita intelligendam, prout aliter intelligi recte non posse puto.

Et pro euidencia præmitto, quòd sensus bullæ talis est videlicet constitutio, quam fecimus, quòd fructus inexacti relictis per clericum defunctum, non vadant ad illius hæredes, sed ad successores in beneficio, quos solutis primo certis debitis, & legatis defuncti, in suos vsus conuerterent, habet locum in locis tantum, vbi non sunt collectores iurium Cameræ Apostolicæ, circa quæ loca seruari habet ius commune, nec comprehendit loca, vbi sunt, vel esse consueuerunt collectores, & in locis collectorum, valeant consuetudo, priuilegia, & iura particularia quæ vigeant. Credo quòd iste sit germanus eius intellectus, & verus sensus bullæ.

Præmitto secundo & aliud. quòd cum per constitutiones, de nouo factas, per Romanos Pontifices, hodie Camera Apostolica sit subrogata, & successa in bonis acquisitis de fructibus beneficiorum, ac in acquisitis, occasione ecclesiæ, & in fructibus relictis per clericum defunctum in locum, ac in vicem successoris, prout per bullas, & constitutiones extrauagan. in materia spoliatorum editas, de quibus in prima quæstione
per

per decif. Rotæ 855. in antiquis. Camera Apostolica, & successor in beneficio habent se, vti contraria, & incompatibilia.

Et vbi sit vnum de istis, ibi aliud esse non possit de iure, quia, vbi colligit Camera ibi colligere non possit successor, & vti contraria, alterum excludatur ab altero.

Item præmitto etiam, quòd de iure intentio legem condentis est consideranda Clemen. 2. §. fina. vbi Cardin. de religio. dom. quia cum priuilegium est dubium, concedentis intentio inspicitur, per text. in l. Neratius. ff. de regu. iur. cap. cum venissent. ex. de iudic. per Specul. in titu. de instrumen. aditio. §. 11. incip. nunc autem. vers. si autem dubium est. & intentio apparet ex coniecturis. l. si quis intentione. ff. de iudic. per Specul. in tit. de libelli conceptio. §. iam nunc. vers. sed cum ex his.

Istis ita præsuppositis, ego iudico, quòd principale intentum Papæ in hac constitutione fuit providere de istis fructibus, ac rebus inexactis Cameræ Apostolicæ, in locis, vbi sunt collectores, si nulla adsit consuetudo, priuilegium, aut ius particulare in contrarium, & quòd causa finalis, quæ illum ad sic statuendum induxit, fuit ipsa Camera, & ita intelligi debet, licet per verba expressa non appareat, id quòd ego deduco hoc modo.

Et primo, quia reformatio constitutionis, vt non habeat locum, vbi sint collectores iurium Cameræ Apostolicæ, videtur facta pro Camera Apostolica, & respectu Cameræ, per illa verba in bulla sæpius repetita providere intelleximus solum ecclesijs, monasterijs, & beneficijs in locis in quibus collectores fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum deputari, seu esse non consueuerunt &c. Vnde, si respectu Cameræ sit facta, ad illius vtilitatem, commodum, & beneficium facta interpretari debet, quia in locis collectorum excluduntur a perceptione talium fructuum successores in beneficijs, ad quos tales fructus regulariter de iure communi spectant, vt iuribus primo allegatis, ergo ipsis exclusis inclusa intelligitur Camera Apostolica quæ est successoribus in materia spoliatorum contraria, per regulam contrariorum, quòd inclusio vnus est exclusio alterius, & electo vno de contrarijs alterum perpetuo est extinctum. Notat Bald. per illum tex. in l. prima. C. de fur. & ser. corrup. notat & dicit Specul. in tit. de exceptio. §. 4. vers. illud autem, quòd contrariorum electo vno, videtur alteri renunciatum.

Item ex eo, quia in prima constitutione, vel motu proprio a talibus fructibus, vtia rebus ecclesiasticis in alienationibus excluduntur omnino hæredes, & illi conceduntur successoribus in beneficio, ad quos
spectant

spectant de iure, cum facultate illos in suos proprios vsus conuertendi soluti certis debitis, & legatis factis ad pias causas defunctorum. in secunda constitutione adimuntur a successoribus, in locis vbi sunt collectores Camere, in quibus locis est seruanda consuetudo, & priuilegiū: & si nulla adsit cōsuetudo, vel priuilegium, vel ius particulare, prout euenire potest, de necessitate est dicendum, quod tunc isti fructus sint Camere, Apostolicę, cuius respectu limitatur constitutio generalis, in locis vbi sunt collectores: quia si non intelligerentur esse Camere, ista noua constitutio reformatiua primę, nihil operaretur, quę operari debet etiam ultra ius commune, per Bartol. & alios in l. 4. §. p̄tor ait. ff. de damno infec. per Fel. in cap. de causis. de offic. deleg. in verb. in glo. ibi & per tex. in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. vbi dicit: quod quando uerba statuti in sensu directo nihil operantur, tunc de necessitate sumi debet argumentatio a contrario sensu, etiam ad correctionem iuris communis: immo illa uerba bullę, in locis in quibus collectores, serui-
rent deuento, & essent eluforia, & statuta semper debent intelligi, ne red-
dantur eluforia. l. prima. §. pecunia. ff. de calumniat. glo. in cap. quam-
quam de usur. in 6.

Item si dicamus istos fructus, & res inexactas non spectare ad Cameram Apostolicam in locis collectorum, si veniat casus, quod per consuetudinem, priuilegiū, aut ius particulare ad neminem spectent, nascitur inconueniens, videlicet quod nullius erunt, & in dominio incerto permanebunt, quod esse non debet.

Vnde ad euitandum inconueniens, cum non sint hæredum, non sint successorum, nec per aliquam consuetudinem, priuilegium, aut ius particulare ab aliquo vendicentur: est de necessitate dicendum, quod ad Cameram Apostolicam pertineant, cuius intuitu, & contemplatione videtur emanasse ista noua reformatiua constitutio, argumento a sufficienti partium enumeratione, quod valet in iure. l. obligatione fere. §. placer. ff. de actio. & obliga. l. filius. §. filius. de lega. primo. & §. in bonę. fidei. instit. de actio.

Item cum in bulla dicatur, quod successores habent cessare percipere fructus, & res inexactas in locis vbi sunt collectores iurium Camere Apostolicę, nisi adsit consuetudo, priuilegia, vel aliquod ius particulare, ipsa Camera, & respectus ipsius Camere, videtur fuisse causa finalis, quę ad sic statuendum, & disponendum Papam mouit, quia ista causa est posita, & expressa in lege, vt per Bart. in l. metum autem. §. sed licet. in primo not. ff. quod metus caus. per Bald. in l. generaliter. §. colum. vers. secundo principaliter. C. de epis. & cler. & causę, quę cohærent ipsi dispositioni inspecta iuris dispositione inducunt, & arctant ad ita disponendū,
dicun-

dicuntur esse causę finales, per Bartol. Soci. conf. 159. & conf. 245. quia causa finalis videtur esse mens legis, quę inspicere debet, per Specul. in tit. de aduocat. §. 4. vers. vel tale. Item cum hic non possit dici, quod ratio, quę mouit Papam principaliter fuerint hæredes defuncti, a quibus tales fructus omnino ademit per primam constitutionem. Item nec successores, a quibus ademit in terris collectorum. Item, nec consuetudo, vel priuilegia, cuius clausula (si inspicitur bulla) est posita post determinationem principaliter factam de interesse Camere, per ista uerba: Et omnino ea non obstante, quę præsupponunt, vt eorum est sensus, aliam determinationem præcedere, est de necessitate dicendum, quod fuerit ratio Camere Apostolicę, quia præter istam, nulla alia apparet, & nulla alia reddi potest, quę debet haberi in casu nostro pro expressa, late per Fel. in cap. si quando. ex. rescript. 2. col. vers. circa reddendum, &c.

Accedit quod non videtur inuersimile, quod Papa qui pro subueniendis necessitatibus sedis Apostolicę pro regimine Urbis, totiusque status ecclesiastici, ac manutatione Pontificalis dignitatis in vniuerso orbe terrarum, applicauit Camere Apostolicę bona quęcunque de fructibus ecclesiasticis acquisita relicta per clericos defunctos, quę spolia hodie vocamus.

Item fructus obuientes a die vacationis, vsque ad apprehensam beneficii vacati possessionem, quod voluerit etiam in subuentionem onerum dictę sedis, & Camere dictos fructus, & res inexactas conuertere, charitate, & dilectione adductus Romanę Ecclesię, & Sedis suę præfata, quę charitas, & dilectio est vna de coniecturis ad mentem coniecturandum, per text. vbi Ias. in l. seruus plurium. §. si numerus de lega. primo. id, quod videtur tanto magis dicendum, cum attenditur eius absoluta, & quam habet ampla potestate in beneficialibus, ac fructibus beneficiorum, id facere possit pro libito, & solet, per extrauagan. cum nonnullę. la prima & la 2. in titu. de præbend. vbi fructus beneficiorum vacantium pro ecclesię Romanę necessitatibus releuandis, Camere Apostolicę applicantur, vbi vide in extrauag. communibus, idem vide in extrauagan. antecedenti, quę parimodo incip. nonnullę. & in extrauag. postulasti. eod. & dicit glo. in Clem. vnica. de supplen. negli. in ver. reuocari. quę dicit quod hodie Papa recipit fructus vacantium, &c.

Et cum in hoc non præiudicet nisi clericis, qui in dictis fructibus succedere possent, quibus præiudicare potest de iure, secundum libitum voluntatis suę, & cum uerba dubia debeant interpretari, secundum quod expedit proferenti, per Paul. de Castr. & alios in l. si quis intentione.

tione. ff. de iudic. & in obscuris inspicimus semper illud, quod est magis
 4 verisimile cap. inspicimus. de regu. iur. in 6.

Item cum verba dubia, regulariter interpretantur in fauorem proferentis. l. habemus & dict. l. si quis intentione. de iudic. tamen fauore ecclesie verba dubia interpretantur in eius fauorem etiam contra eius intentionem, per glo. in verb. dubium. ex. de probatio. cap. in presentium.

Per hæc ego dicebam, quod mens Papæ in d. regula, vel constitutione reformatiua fuit, quod fructus, & alia inexacta, quæ adimuntur successori in beneficio, peruenirent ad Cameræ Apostolicam in locis, vbi essent collectores iurium Cameræ, si tamen aliqua consuetudo, priuilegium, vel ius particulare non adesset in contrarium, & quod collectores yti bona, & iura Cameræ colligere possent.

Nec iudico verum illud: quod dicebat ille magnus Doctor, quod causam præbuit constitutioni consuetudo, & quod illa fuit causa finalis, & impulsiva constitutionis quia, si bene inspicimus bullam, non loquitur de consuetudine, nisi secundo loco, siue inspicimus in narratiua parte, siue indispotiua, & nisi postquam est loquutus Papa, respectu collectorum Cameræ, nec de consuetudine statuit, nisi postquam determinauit de causa, & loco collectorum iurium Cameræ Apostolicæ, quam causam reputauit, & habuit Papa pro digniori, quia de illa primo loco tractauit, quia digniora habent semper præcedere. vnde de consuetudine
 5 ne statuitur secundo loco, vnde causa consuetudinis non videtur fuisse causa principalis, neque principale intentum, quod mouit Papam ad statuendum.

Item statuit de consuetudine per illa verba, videlicet, & omnino eadem constitutione non obstante &c.

Per quæ videtur, quod constitutio fuit iam facta super alio penitus diuerso a consuetudine, vnde illam limitat, vt non habeat locum, vbi sit consuetudo in contrarium, vel ius particulare.

Item statuit de consuetudine, addendo ad principalem constitutionem, iam factam per dictionem, & quæ est dictio copulatiua copulans semper
 6 aliquid alicui. l. titiæ. textores. §. nihil. 2. de lega. primo. l. si quis inquilinos. eo. tit. quæ dictio aliquando importat ordinem successiuum, l. galus. §. quædam. ff. de lib. & posthu. & de sui natura implicat casum minus dubitabilem Raphael. Fulgo. & Lud. Rom. in l. qui se patris. C. vnd. lib. Ias. in l. prima. §. municipes 2. col. vers. responderetur not. de acqui. poss. & per Bar. in l. sicut & in l. 3. ff. de Fund. instru. vbi dicit quod dictio, &, coniungit æque principaliter, per Fely. in cap. quanto. de iudic. col. antepen. vers. sed posito.

Item

Item dicat mihi ille magnus doctor, si consuetudo sola fuit. quæ præbuit Papæ causam statuenti, ad quid ponere in bulla illa verba, sæpe repetita, constitutionem eandem solum comprehendere ecclesias, & monasteria, in quibus collectores iurium Cameræ non essent, vel esse non consueuerint. quid operantur illa verba? Nam verba debent aliquid operari, vt diximus, & superfluitas debet euitari per Specul. in tit. de test. §. iam de interrogat. or. §. prima col. in si. vers. habita.

Quid acc. debar: nisi dicere regula quod successores percipiant fructus inexactos, non habeat locum vbi sit consuetudo in contrarium, & profecto si consuetudo sola fuit: quæ Papam mouit, & non Camera Apostolica, illa verba sufficiebant.

Profecto illa verba in locis, in quibus collectores esse non consueuerunt fuerunt superfluo addita, quod esse non debet, maxime in lege, quæ nedum verba superabundantia, sed superfluum sillabam habere non debet. per glo. in l. 1. ff. quod met. cau. & in cap. solitæ. de maiorit. & obedient.

Ego salua pace tanti viri bullam intelligo, quod Papa principaliter sit motus ad statuendum pro interesse Cameræ Apostolicæ, & quod collectores Cameræ tales inexactos fructus nomine Cameræ perciperent, & si adesset aliqua consuetudo, priuilegium, vel ius particulare in contrarium, quod vigeret, quod constitutione non obstante seruaretur, & seruari haberet.

Nec obstant, quæ primo loco deduximus in contrarium. de tex. in cap. quia sæpe. de electio. in 6. & de tex. in cap. presenti. de off. ordin. eo. lib. & de tex. in cap. illud. cum alijs adductis. 12. q. 2. vbi apparet: quod fructus, & emolumenta, obuenientia, quouis tempore relicta per defunctum deberet futuro successori fideliter referuari: nec minus illud, quod adduxi de Hostien. in cap. fin. de pecul. cler. de Calder. & Specul. & de Io. copo.

Quia ista haberent locum de iure antiquo, & quando nihil statutum esset in contrarium per ius nouum, prout determinatur de fructibus obuenientibus a die vacationis usque ad apprehensam possessionem beneficii per de nouo prouisum per Bullam Pij. iij.

Item de fructibus inexactis, relictis per defunctum per dictam constitutionem. Iulij i. j. quæ, vti iura noua attendi debent vulgatis Iuribus.

Non obstat, quod pari modo adduxi. de Bartol. in l. d. uortio. ff. solut. mar. quod clericus decedens transmittit ad hæredes suos fructus percipios, & percipiendos pro rata anni, vel temporis quo stetit in canonicatu, quia ipsemet Bart. non firmat ibi eam opinionem, sed dicit, quod contrarium tenent canonistæ, quibus in hoc est standum, vt ibi per eum,

Nec



Nec est aliquid, quod dixi. de Io. And. qui disputat quaestionem de canonicis Mutinensibus, qui stante consuetudine possunt disponere de fructibus canonicatus percipiendis: quia non dico, quod in huiusmodi fructibus non debeat attendi consuetudo: quia imo est attendenda, & obseruanda, prout latius dixi supra in quaest. de consuetudine.

Et aduerte, quod fructus inexacti: de quibus in praefatis bullis, habent intelligi, si sunt maturi, & in statu, quod decedens ipse illos decerpere, & colligere potuisset.

Sed nunquid collectores poterunt tempore sedis vacantis, scindere nemora non caedua, vel alia, vel pulchras arbores: seu exhaurire, aut euacuare stagna de grossis piscibus per multos annos nutritis: & licet videatur, quod sic, quia quicquid fructuum nomine vtiliter suo tempore euenit, totum suum est oneribus supportatis cap. praesenti. de off. ordin. lib. 6. tamen, quia ista sunt talia, sine quibus deterioratur proprietas, videtur de iure contrarium, quia ista non cadunt sub fructuum nomine, nec appellatione fructuum venire possunt. l. arboribus. & l. pridem. ff. de usufr. & cap. forma. de cens. vnde videtur dicendum, quod magna nemora, & arbores non caeduas non vastabunt, nec caedua, vel stagna, nisi quatenus augmentum, seu emolumentum eorum tempore istis competentibus poterunt adaequari, ad instar mariti fructus dotis lucriantis. l. diuortio. §. non solum. ff. sol. mar. per glo. in ver. collectores. extrauag. suscepti. extrauag. com. ne sed. vacan.

Regula siue constitutio perpetua Sanctissimi Domini Iulij diuina prouidentia Papae iij. in qua declaratur, quod fructus beneficiorum, tempore obitus beneficiorum inexacti, debeantur successoribus in beneficijs, & non haeredibus dictorum beneficiorum, ac quod ducati 500. & reliqua per mortem reuerendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Camerae, & Cappellae Apostolicae debita solui debeantur, nec de eisdem per praefatos Cardinales testari possit.

MOTU PROPRIO, &c. Cum sicut nobis nuper innotuit diuersi diuersorum beneficiorum, etiam Episcoporum, Patriarcharum, & aliorum praelatorum, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium pro tempore decedentium haeredes, non solum bona relicta spolia nuncupata sic decedentium beneficiorum, Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum praelatorum, ac etiam Cardinalium verum etiam fructus &c. ecclesiasticos, ac pecunias, & res alias per ipsos beneficiarios, Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios praelatos, ac etiam Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam si eorum solutionis dies ante obitum ipsorum non aduenerit, sub eo forsitan praetextu: quod pro tempore ante obitum huiusmodi decurserint, debeantur

debeat exigere, & quandoque solutionem debitorum per ipsos beneficiarios, & Cardinales, dum viuerent contractorum, & legatorum per eos in sua vltima voluntate, etiam ad pias causas factorum subterfuge, & haeredes Cardinalium huiusmodi paramenta, & ornamenta capellae ipsorum Cardinalium, quae iam tanto tempore, quod eius initij hominum memoria non habetur capellae Apostolicae, in qua missae papales celebrantur, & ex qua pauperibus praelatis ad Romanam Curiam pro tempore confluentibus & paramenta ecclesiastica, cum quibus processionibus, & alijs solemnitatibus per Romanum Pontificem fieri solitis incedere possint non habentibus subuenitur, deuolui consueuerunt occupare, ac solutionem quingentorum ducatorum auri de Camera, qui post obitum singulorum Cardinalium, pro pretio annuli, eis in eorum ad Cardinalatus assumptione exhiberi soliti, Camerae Apostolicae persoluuntur declinare contendunt, & saragant. Nos attendentes fructus &c. & pecunias, ac res alias, occasione ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore prouenientium, licet postquam ad manus beneficiorum peruenerunt, & cum alijs ipsorum beneficiorum fructibus, &c. pecunijs, & rebus, seu ipsis beneficijs incorporatae sunt, non vltius in ecclesiasticis sed potius ipsorum beneficiorum proprijs, & ab eis acquisitis bonis iudican. & propterea, quod modo pro saecularibus, & prophanis haberi, & de eis testamento, aut alias disponendi facultas eisdem beneficijs per sedem Apostolicam concedi consueuerunt: nihilominus, donec in manibus eorum, qui illos, tanquam ecclesiasticos seu ex ecclesijs, monasterijs, & beneficijs praedictis prouenien. & pro talibus conseruant, aut, vt tales detinent, ipsique beneficijs pecunias huiusmodi realiter non exegerint, & fructus, &c. non perceperint, nec non alijs eorum bonis commiscuerint, & sibi incorporauerint semper ipsarum ecclesiarum, quarum ipsi beneficijs sunt, ac vere ecclesiasticos esse, & censi debere: & propterea iuri non congruere, vt ipsi beneficijs de rebus certis ipsarum ecclesiarum, quae omni iure alienari prohibentur disponere, etiam in eorum vltima voluntate possint, nec ipsis beneficijs, etiam episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, & alijs, ac Cardinalibus pro tempore defunctis, eorum haeredes, qui, vt plurimum sunt laici, in praedictum successorum beneficiorum fructus, &c. ac res, & pecunias inexactos huiusmodi, os boui trituranti alligando exigunt, & haeredes Cardinalium mala malis addendo, bona capellae Apostolicae debita occupant, seu quod Camerae, & creditoribus, ac legatarijs debent pro se retineant. Volentes in praemissis oportune prouidere.

Motu simili &c. declaramus nostre intentionis nunquam fuisse, nec esse, quod quivis quorumcunque beneficiatorum, etiam, ut præfertur Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum & aliorum prelatorum, etiam Cardinalium vbilibet, etiam in Romana Curia, aut districtu pro tempore decedentium, siue ex testamento per eodem beneficiatos, etiam vigore facultatum quorumcunque eis in specie, vel in genere, etiam prætextu quorumcunque capitulorum, ac statutorum, & ordinationum, etiam nostrorum sub quibusvis tenoribus, & formis ac alias quomodolibet concessorum condit. siue ab intestato hæredes fructus &c. ac pecunias, & res alias per ipsos sic defunctos beneficiatos, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios prælatos, ac Cardinales, ante eorum obitum non exactos, etiam si pro tempore ante obitum huiusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis & Cardinalibus viventibus aduenerit, & per ipsos beneficiatos, & Cardinales non steterit, quominus illos exigerint, quinimo omnium pro illorum exactione necessariam diligentiam, etiam iudicialiter agendo fecerint, quoquomodo exigere aut etiam sponte oblatos percipere, aut cruces, candelabra, imagines, patenas, calices, & alia cuiusvis sortis, tam aurea quam argentea vasa, & iocalia, ac quævis ornamenta, paramenta, & alia utensilia, capellæ singulorum Cardinalium, pro tempore decedentium, ceteraque, tam ad ipsam capellam, quam eius ministros circa altaris ministerium, celebrationem missæ pertinen. pro se retinerè, aut solutionem quingentorum ducatorum huiusmodi evitare possint, sed quod de cætero perpetuis futuris temporibus fructus &c. ac pecuniæ & res, ut præfertur inexacti huiusmodi, ac ipsorum sic defunctorum beneficiatorum etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, & Cardinalium in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs prædictis successores: qui ex illis quorum solutionis dies ante obitum beneficiatorum huiusmodi aduenerit, omnia ipsorum beneficiatorum, etiam, ut præfertur Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum & aliorum prelatorum, etiam Cardinalium debita & ad pias causas facta legata, si aliunde ex alijs ipsorum beneficiatorum bonis solui non possint, soluere teneantur libere deuenire, & in posterum deueniant, ac per eos, & non hæredes prædictos exigi possent, & in posterum possint, necnon cruces candelabra, imagines, patenas, calices, & vasa iocalia, ornamenta, paramenta, utensilia, & alia ad capellam singulorum Cardinalium, & eius ministros, ut præfertur pertinen. & ad eandem capellam Apostolicam pertinerent, & spectarent, ac in posterum pertineant, & spectent,
 & per

& per agentes pro ea realiter, & cum effectu capi, & apprehendi possent, & deberent, ac in posterum possint, & debeant, ac hæredes Cardinalium, tam hactenus defunctorum, quam pro tempore decedentium quingentos ducatos huiusmodi eidem Camera persoluere teneantur, & in posterum teneantur, & propterea successores in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs huiusmodi fructus, &c. ac pecunias, & res per eorum antecessores non exactos, libere, & licite percipere exigere, & levare, ac solutis si aliunde, unde solvant non erit (ut præfertur) debitis, & legatis prædictis, quod residuum fuerit in suos usus, & utilitatem conuertere, necnon agentes pro capella, Apostolica, cruces, candelabra, imagines patenas, calices, vasa, iocalia, ornamenta, paramenta, utensilia, & alia prædicta, propria auctoritate libere capere, & apprehendere posse, ac hæredes Cardinalium, tam hactenus defunctorum, quam aliorum pro tempore decedentium ad cruces, candelabra, & alia prædicta agen. pro dicta capella Apostolica realiter, & cum effectu consignandi, & eisdem quingentos duc. agentibus pro eadem Camera, ut præfertur soluend. teneri, & obligatos esse, ac ad id omnibus iuris, & facti remedijs cogi, & compelli posse. Sicque in præmissis omnibus, & singulis casibus ad præsens occurrentibus, seu penden. per quoscunque &c. in quavis causa, & instan. sublata, &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, &c. decernimus. Non obstant. præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis statutis, &c. privilegijs quoque indultis, ac testandi, & alias de dictis rebus, & bonis disponendi facultatibus capitulis, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam per modum statuti, & ordinationis perpetuorum Motu proprio, &c. aut alias quomodolibet etiam per nos ad dictam sedem concessis, & emanatis: quibus omnibus, etiam si de illis, &c. eorum tenores, &c. hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem hæredes ipsorum beneficiatorum, qui iam ante præsentium publicationem pecunias, ac fructus per ipsos beneficiatos inexactos huiusmodi exegerint, per successores in beneficijs huiusmodi amplius præsentium vigore molestari non posse, necnon præsentis in Cancellaria Apostolica, ut moris est publicari, & illius quinterno inter alias constitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam describi.



Regula S. D. N. Iulij Diuina prouidentia Papæ tertij: per quam declaratur, quod constitutio perpetua, alias super fructibus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum inexactis edita, locum non habeat in
 N 3 locis:

locis: in quibus collectores Cameræ Apostolicæ, esse consueverunt. Motu proprio, &c. Dudum ex certis tunc expressis rationabilibus causis per quamdam constitutionem nostram perpetuo duraturam, inter alia motu simili declaramus nostræ intentionis nunquam fuisse, nec esse, quod quibus quorumcunque beneficiatorum, etiam episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ubi libet, etiam in Romana Curia aut eius districtu pro tempore decedentium, siue ex testamento per ipsos beneficiatos, etiam vigore quarumcunque facultatum eis in specie, vel in genere, etiam prætextu quorumcunque capitulorum, ac statutorum, & ordinationum, etiam nostrorum sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet concessorum condito, siue ab intestato hæredes fructus, &c. ac pecunias, & res alias per ipsos defunctos beneficiatos etiam episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios prælatos, ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam si pro tempore ante obitum huiusmodi decurso deberentur, ac eorum solutionis dies beneficiatis, & Cardinalibus uiuentibus aduenisset, ac per ipsos beneficiatos, & Cardinales non sterisset, quominus illos exegissent, quinimo omnem pro illorum exactione necessariam diligentiam, etiam iudicialiter agendo fecissent, quoquomodo exigere, aut etiam sponte oblatos præcipere tunc, vel in posterum possent: sed quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus fructus, &c. ac pecuniæ, & res, ut præfertur inexacti huiusmodi, ad ipsorum sic defunctorum beneficiatorum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Prælatorum, & Cardinalium in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs ecclesiasticis, quorum fructus, &c. ac pecuniæ, & res huiusmodi essent successores, qui ex illis, quorum solutionis dies ante obitum beneficiatorum huiusmodi aduenisset omnia ipsorum beneficiatorum, etiam Episcoporum Archiepiscoporum, Patriarcharum, prælatorum, & Cardinalium debita ad pias causas facta legata, si ex alijs ipsorum beneficiatorum bonis solui non possent soluere tenerentur, libere deuenirent, ac per eos, & non hæredes prædictos exigere possent, & propterea successores in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs huiusmodi fructus, &c. ac pecunias, & res per eorum prædecessores non exactos libere, & licite percipere exigere, & leuare, ac soluis, si aliunde unde soluere non esset debitis, & legatis prædictis: quod residuum foret in suos usus, & utilitatem conuertere posse. Sicque in præmissis casibus, etiam tunc occurrentibus, seu pendentibus iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, &c. decernimus, prout in eadem constitutione: quam in cancellaria Apostolica publicari, & in illius quinterno inter alias constitutiones perpetuas ad

ad perpetuam rei memoriam describi volumus plenius continetur: Cum autem, sicut nobis nuper innotuit: licet nos per constitutionem nostram prædictam solum ecclesijs, monasterijs, & beneficijs, in locis in quibus collectores fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum deputari, seu esse non consueuerant consistentibus, & circa quæ ius commune seruari debet, prouidere intellexerimus: nihilominus diuersæ personæ eandem constitutionem nostram ad ecclesias monasteria, & beneficia, etiam in locis: in quibus collectores huiusmodi deputari seu esse consueuerunt consistentia: & in quibus diuersæ consuetudines, diuersaque particularia iura, seu priuilegia vigent trahere, & extendere conentur contra mentem, & intentionem nostras, ac in fraudem, & detrimentum quamplurimum. Nos fraudibus, & figmentis huiusmodi occurrere, mentem, & intentionem nostram in præmissis declarare volentes Motu simili, &c. Constitutionem eandem solum ecclesias, monasteria, ac beneficia ecclesiastica in locis: in quibus collectores prædicti deputari, seu esse non consueuerant comprehendere, & ad ea tantum extendi. Nec in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs in locis, in quibus iidem collectores deputari seu esse consueuerunt consistentibus locum habere, aut effectum aliquem fortiri posse, aut debere. Et omnino ea non obstante consuetudines, & particularia iura, seu priuilegia cuiuslibet loci: in quo collectores huiusmodi deputari, seu esse consueuerunt in præmissis vigentia obseruari, & executioni demandari. Sicque in præmissis omnibus, & singulis, etiam ad præsens occurrentibus casibus: seu pendentibus causis per quoscunque, &c. Sublata, &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, &c. decernimus, & declaramus. non obstantibus omnibus quæ in eadem constitutione nostra volumus non obstare præsentibus in præfata Cancellaria, ut præmittitur publicari describi debere decernentes.

Placet, & ita declaramus.

S V M M A R I V M:

- 1  fructibus ecclesia certa portio est assignata pro victu clerici.
- 2  Competit actio clerico pro victu contra eum, qui illum ordinavit ad Ecclesiam non sufficientem.
- 3 Clericus fructus sibi pro victu assignatos facere suos
- 4 Clericus fructus ecclesia videtur posse projicere, & etiam porcis dare.

- 5 suum videtur illud, quod potest vendicari.
 6 De fructibus ecclesie possumus alere, & dotare consanguineas, & filias seu sorores.
 7 Hodie inoleuit qd clerici appropriant sibi omnes fructus ecclesie.
 8 Potest clericus dare consanguineis ad subueniendum, non ad illos ditandu.
 9 Clericus de fructibus ecclesie participat, quatenus indiget.
 10 Non potest fieri executio pro debitis clerici in fructibus pro victu assignatis.
 11 Clericus fructus pro victu debitos facit suos, si vtatur.
 12 Non consumpta per clericum reseruantur ecclesie.
 13 In fructibus non consumptis succedit ecclesie.
 14 In fructibus non consumptis succedit consanguineus si adsit consuetudo.
 15 Papa concedit licentiam testandi de acquisitis parce viuendo.
 16 Acquisita parce viuendo sunt ecclesie.
 17 Camera Apostolica est hodie loco successoris.
 18 Distributiones quotidianae acquiruntur clerico, etiam quo ad dominium.
 19 Non reperitur iure cautum, qd clericus sibi preseruet portionem sibi pro victu assignatam non consumptam.

An Clericus de fructibus beneficii non consumptis possit pro libito decedendo disponere.

QVÆSTIO VI

Maxime clerici beneficiati assistunt aliquando in serui-
 tijs alicuius, a quo aluntur, & nutriuntur. Vnde tali-
 ter viuendo, nihil de fructibus suorum beneficiorum
 expendunt vel consumunt pro victu eorum, vel vesti-
 tu, quales sunt clerici assistentes seruitio Sanctissimi
 Papæ, Cardinalium, vel aliorum prælatorum, seu ali-
 cuius principis, vel domini secularis, a quibus non solum victum, & vesti-
 tum, sed & salaria prouisiones, & recompenationes magnas capiunt. &
 eueniente casu obitus istorum, solent nasci quæstiones, ac suboriri dubia,
 an poterint, vel possint in vita & in morte disponere de fructibus, ac red-
 ditibus suorum beneficiorum, saltem pro illa portione, vel parte, que de
 dictis redditibus sibi ex dispositione canonum pro victu, & vestitu sui, ac
 suorum obtinebat, ideo, & quia etiam quæstio mihi de facto ab amico
 proposita fuit, iudicavi non esse ab re, de hoc quæstionem præsentem
 formare, quia, quanto magis singula discutiantur, vel declarantur, tanto
 magis mihi videtur, quod materia aperitur, & apparet.

Pro

Pro quo, more solito procedendo per contraria, quo modo magis splende-
 scit veritas. l. munerum. §. mixta. ff. de mun. & honor. dico quod clerici,
 vel sacerdotes de portione sibi pro victu suo & suorum de fructibus be-
 neficij debitam faciunt acquisitionem, & quod est eis taliter acquisita,
 quod in vita pro libito de ea disponere possint, & in morte, & tam ad he-
 redes ex testamento, quam ab intestato illa transmittere: quia talis por-
 tio bonorum, & fructuum ecclesiasticorum est ministris ecclesie per ca-
 1 nones, & ab antiquo constituta; & assignata, vt per tex. in ca. quatuor. ca.
 de redditibus. cap. cognouimus. cap. mos. 12. q. 2. cap. ecclesias 13.
 q. 1. per tex. & ibi Abbatem in cap. de h. s. ecclesijs ædifican. vel repara.
 & per Abb. in cap. 1. eo. vbi clerico de iure certa portio de omnibus
 redditibus debetur, & assignatur, & vltra illam partem: nihil expectet
 clericus, vt ibi.

Et in tantum esse verum videtur, quod de redditibus ecclesie est portio
 assignata clerico pro eius victu: quod pro illa, & ad illam consequen-
 dam datur actio clerico contra obligatum, vt puta contra episcopum,
 vel eum qui illum ordinauit ad ecclesiam minus sufficientem, & a qua
 clericus non habeat integre; & sufficienter iuxta suam qualitatem, &
 2 conditionem victu pro se, & suis per tex. in cap. cum secundum Apo-
 stolum. de præben. & per tex. & ibi glo. in cap. pen. de Simonia, per que
 iura apparet, & probatur, quod portio victus debetur clerico de fructi-
 bus ecclesie ex iuris dispositione, quia ad illam petendam ius competit
 clerico.

Quia clericus, siue sacerdos potest etiam de iure subtrahere, & denegare
 sacramentorum exhibitionem populo, si ei non tribuat necessaria pro
 victu.

De quo nihil videtur dubitandum, maxime per illa quæ tradit Abb. in cap.
 cum esses in repet. de testa. col. 9. vers. ad inducta. vbi dicit quod cleri-
 cus fructus pro sua prouisione assignatos facit suos, ibi dicitur illos face-
 3 re suos quoad hoc, vt sibi prouideat, &c. & in tex. in cap. vnico. de cler.
 non residen. in 6. dicitur quod clericus fructus beneficiorum facit suos,
 & in eis acquirit dominium, de quibus potest taliter disponere, & in
 illis talem, & tantam habet auctoritatem quod de illis potest pro libito
 suæ voluntatis disponere, ac etiam projicere, & porcis dare, vt vtar ver-
 4 bis glo. in summa. 1. q. 1. & verbum suos, importet dominium. l. non
 solum. §. meum, de rei vendi. Bar. in l. cum res. 2. col. vel. quid dice-
 mus. C. si res alien. pig. data. & per Card. in Clem. si. de procur. & suum
 5 dicitur, quod vendicari potest l. quintas. §. argento & ibi Bar. in princi-
 pio. ff. de aur. & arg. leg.

Et non solum clericus potest pro suo victu disponere, sed etiam parentes
 amicos,

amicos, filias, & forores si egeant, & non habeant aliunde, alere, & docere, & eis competens subsidium conferre per Abb. in cap. inquirendum. de pecul. cler.

Dicit in terminis Io. And. in cap. peruenit. de fideiussor. vbi asserere videtur, quod clericus potest soluere sua debita de illis redditibus ecclesie quos facit suos, ibi redditus beneficiorum, scilicet & præbendarum, quos facit suos, de alijs autem non fieret solutio, cum nec illos obligare potest id quod tanto magis videtur dicendum, & tenendum, quia hodie inoleuit vsus, quod clerici omnes fructus beneficiorum, & ecclesiarum appropriant sibi, nedum quod non possint de portione sibi tangente per victum pro libito disponere, per doctrinam Abb. in cap. peruenit de fideiussor. vers. in glo. in ver.

Et in hoc videtur omnis sublata dubitatio per dicta Didaci Couarruinas doctoris Hispani in cap. cum in officijs de testam. vers. tertio ex eadem. vbi de hoc posita quaestione, tenet quod possit clericus omnino disponere, dicit enim ex eadem ratione apertum sit, clericum habentem ecclesiasticum beneficium posse libere disponere de illis redditibus, qui essent necessarii ad eius honestum sumptum, inspecta cuiuscunque qualitate, si eos præcipuis habeat, qui aliunde victum, & necessaria sibi ministrant, hæc etenim pars bonorum ecclesiasticorum, ministris ecclesie per canones antiquos constituitur per iura quæ adducit, & maxime per dicta per sanctum Thomam. quaestio. 155. art. 7. vers. ad septimum. vbi dicit, quod bona ecclesiarum, non solum sunt expendenda in vsu pauperum, sed etiam in alios vsus, & ideo si de eo, quod vsui episcopi, vel alicuius clerici deputatum est, velit aliquis sibi subtrahere, & conlanguineis vel alijs dare, non peccat, dummodo illud faciat moderate, id est vt non indigeant non autem, vt ditiores inde faciat. Vnde Ambros. dicit in lib. de officijs, & est approbanda libertas, vt proximos seminis tui, ne despicias, si egere cognoscas, non tamen, vt illos ditiores fieri velis, ex eo quod tu potes conferre inopibus, vbi sequitur Caietan. in suis commentarijs ibidem & in d. vers. ad septimum. dicit quod clerici de his prouentibus qui sunt vsui suo deputati, videtur esse eadem ratio, quæ est de proprijs eorum bonis, de quibus habent liberam dispositionem sequitur Bald. in consil. 298. primo volum. vbi dicit, quod de redditibus clerico, vel prælato appropriandis, potest facere prælatus quicquid vult, dum viuit, in morte autem non, Andreas Ilermia in constitu. regni titu. de decimis præstan. vers. quantum ad partem fructuum deputatam pro victu episcopi potest prælatus facere, quod vult, sicut de suo pro se deputato nec censetur sicut res ecclesie illud, quod pro suo vsu est deputatum, sequitur D. Soto. lib. 10. de iustit. & iure. q.

4. art. 7. vbi dicit, quod fructuum ex possessionibus prouenientium quæ ratione alicuius obsequij clericalis sunt annexæ ecclesie, nempe annuæ sarij, aut capellania, clerici pro sua quisque portione, sunt vere domini, exemplo pauperum, qui largitarum elemosynarum, & magistratus civilis qui stipendiorum pro suis laboribus dominium acquirunt. idem tenet summa tabiana verbo restitutio. vbi dicit, quod de bonis sibi deputatis, & de distributionibus simplicis beneficij idem est iudicium sicut de bonis proprijs facit ad hoc Abb. in cap. secundo de his quæ fi. a præla. 2. colum. vers. limita: vbi dicit, quod bona distincta a capitulo potest prælatus sine capitulo alienare ad sui vitam, quia solum agitur de sui præiudicio.

Sed in contrarium videtur esse veritas, quia dicit glo. in cap. si. de pecul. cler. quod clerici in fructibus, ac rebus ecclesie habent tantum vsu, & vsuario comparantur, idem glo. in cap. cum olim. de rer. permut. in cap. si. de pignor. & cap. quia nos. de testamen. huius opinionis est Ricard. quarto sen. distin. 45. art. 3. q. 1. vbi dicit quod in fructibus ecclesie clerici non acquirunt dominium merito non possunt testari, sequitur Alexan. de ales 3. parte. q. 36. memb. 5. art. 2. Thom. valdens. tom. 1. lib. 4. cap. 42. affirmat Henri. quolibet 8. q. 27. vnde si habet clericus vsu tantum, & si sint ista sibi data ad vsu tantum, & non aliter, videtur quod si non vtatur, habere non possit, quia data ad vnum effectum non debemus habere aut vi ad alium cap. ratio ex. de præben. quia debemus vt concessione iuris, modo & forma a iure tradita: Clemen. sæpe. de re iud.

Quia ecclesia alit clericos ad sui decorem, & dat clericis in fructibus beneficiorum vsu in alimoniam, ac alimenta, vnde si clericus non venit alendus, non tenetur ecclesia ei in aliquo contribuere, puta si sibi aliunde victus, vel alimenta subministrantur, quia clericus debet participare de fructibus, ac bonis ecclesie, quatenus indiget, ad necessitatem sui victus, & non aliter, vt in cap. episcopus. 12. q. 2. 12. q. 1. §. si. & cap. seq. & hæc est doctrina Abb. in cap. reprehensibilis. de appellation. in additio. in colum. fin. vbi ad litteram, vbi dicit etiam, quod ipse semper tenuit illam opinionem, quod clericus non facit fructus beneficiorum suos, & quod pro debitis clerici, non possit ad instantiam creditorum fieri exequutio in redditibus, etiam in illa parte fructuum, qui debent conuerti in vtilitatem personæ clericorum, & qui sunt clerico pro suo victu, & vestitu assignati, quia illam partem clericus videtur facere suam, si pro suo vsu, & necessitate expendat, vel consumat, & quatenus vtatur, non si præferuet.

Quia non consumpta per clericum præseruantur ecclesie, cuius est dominium,

12 nium, & proprietas, vt per Abb. in cap. cum esles in repet. de testamen. vers. quinto principaliter: quia dicit Archid. in cap. statutum. §. assessor. de rescrip. in 6. hæreticum esse iure quod ecclesiasticus acquirat ius domini fructuum præbendæ vel ecclesiæ. Fac. quia prælaus prælaturam accipiens profitetur se pater pauperum, vnde si disponderet, esset ponere manum ad aratrum & respicere retro, quod euangelicè repugnat disciplinæ.

Vnde cum potuisset clericus vti, & noluit de talibus in vita disponere, vt per Bald. præallegato consil. 298. primo volum. vbi dicit, quod de redditibus sibi appropriandis, potest prælatus facere quicquid vult: dum viuit, si noluit, dico videtur voluisse ecclesiæ rem præseruasse, vt sic interpretatio benigna fiat in fauorem ecclesiæ not. in cap. in præsentia. de probatio. Fel. cap. fina. de iudic. nec est quod ille quicquam vterius quærat, quia quod potuit noluit, &c. & dicit lex, qui semel noluit petere bonorum possessionem, perdit ius eius, vbi enim noluit, cepit ius eius pertinere ad alios. l. 1. §. tutor. ff. de suc. edict. etiam quando semel potuit noluit, & quando voluit adimplere nequiuit cap. cum super: de offic. deleg. optima glo. cap. ecclesia vestra el. secundo extra. de electio. in ver. adijcere, &c. Fac. quia ista portio, & isti fructus sunt & possunt dici fructus non consumpti, quo casu succedit, quod dicit Gaspar. Calder. in suo consil. secundo. de pecul. cler. vbi posita quæstione, quis succedat, vel succedere habeat in fructibus canonici defuncti, post multas distinctiones tenet, quod in fructibus non consumptis, si non adsit consuetudo quod succedat in illis consanguinei, succedit ecclesia, in testamento, vel ab intestato, vt ibi per eum, facit quod habetur per Bald. in suo consil. 313. 2. vol. incip. præmittendum est.

Fac. pro hac opinione, quod dicit Bald. in authen. licentiam. C. de episcopis & cler. in fin. vbi ponit quæstionem si Rector ecclesiæ percepit fructus, & potuit consumere plusquam consumpsit, donec ipse viuit, potest disponere illos fructus ad pias causas, nunquid moriens possit relinquere de eis in testamento pauperibus, vel in subsidium terræ sanctæ, dicunt, inquit, canonistæ, quod non: quia viuens æquiparatur usufructuario, & ideo habet liberam administrationem fructuum, sed in morte assimilatur usuario, qui suum tantum facit de fructibus, quantum consumit, non vltra. Et ideo de talibus non potest testari secundum canonistas: qui bene dicunt secundum eum ibi.

Facit quia ita esse interpretatur & intelligit Romana Curia per illud quod notatur in practica in licentia, seu indulgentia testandi: quæ conceditur per

per Papam clericis in Romana Curia, maxime per viam sacre Penitentiarie, quod Papa concedendo talem licentiam clericis: concedit etiam de fructibus beneficij acquiritis parce vtendo, & parce viuendo: id est de illa parte, quam de iure potuissent pro victu suo consumere, quam parce viuendo non consumpserunt, de quo nihil esset, quod partes supplicaret, & quod Papa concederet si pars assignata clerico pro victu de redditibus ecclesiæ, consumpta, vel non consumpta esset in effectu sua, id quod declarat Abb. in cap. cum esles. in repet. de testa. vers. quarto principaliter, vbi dicit: quod de fructibus beneficij, etiam parce viuendo acquiritis, per clericum non debent satisfieri debita clericorum, dixi aliqua in quæstione de licentia testandi.

Per quæ puto possit dici, quod portio de redditibus ecclesiæ assignata clerico pro victu, est sua ipsius clerici, si ea vtatur, & non aliter, quia sibi ad talem vsum assignata videtur, vnde si per eum non expendatur, vel alias præferretur, non intelligitur per supradicta sibi, vel hæredibus reseruata, vel acquisita: sed ecclesiæ, cuius est proprietas fructuum ac rerum ecclesiasticarum acquisita, & erit censenda, vt de fructibus non consumptis censetur, vnde in huiusmodi relictis succedit ecclesia, & loco illius Camera Apostolica hodie in locum ecclesiæ, vel successoris suffecta quia si bene consideres, omnes, & toti fructus ecclesiæ sunt assignati distincti, & destinati, quia videlicet alia pars clericis, alia episcopo, alia fabricæ, alia pauperibus. d. cap. quatuor. cap. de redditibus. cap. cognouimus. l. 2. quæstio. 2. & sicut alia partes si non dispensentur, aut distribuuntur locis, & personis designatis, vel deputatis, debentur successori ecclesiæ, & hodie Camera Apostolicæ, quare non idem est dicendum de portione clerico assignata: quare non idem ius in ea statui debet, in qua est eadem non diuersa ratio. l. si Socer. ff. sol. mat. l. hoc amplius. ff. de dam. infect.

Et ad contraria respondendo, dico, quod non obstat illud quod primo loco dictum fuit, quod portio assignata clerico pro victu, fuit assignata, per antiquos canones, & eis deberetur de iure, quia id ego non nego, sed dico, quod debet intelligi, quod sit assignata pro vsum, si vtatur, non autem aliter, quia talis portio fuit assignata pro necessitatibus: & in casu quo illa clericus vtatur, vt per Abb. in dict. cap. reprehensibilis. quia si non consumetur tali vsum debet illa portio sequi naturam, & conditionem relictorum fructuum, in quibus regulariter ecclesia, vel successor succedit, & hodie Camera Apostolica iuribus allegatis, Et de se patet, quod non sunt contraria seu pro contrarijs censenda, dicere quod pro suo victu, vel sua sustentatione competat actio clerico contra illum: qui ad ecclesiam non sufficientem instituit, vel quod possit clericus

ricus subtrahere populo sacramenta, si sibi de necessariis non contribuat, & ad illud Abb. in reper. cap. cum esses. de testa. quod clericus dicitur facere fructus suos, quoad hoc, ut sibi provideat, & dispenset, dic verum si sibi provideat, & de prouisis utatur, aut prouisus vsu consumat, ut diximus supra: quia est verum, quod clericus dicitur dominus fructuum, ac illos fructus suos facit, qui sunt pro sua prouisione deputati, quia dicti fructus sunt sui proprii quoad vsu, quia illis uti potest, veluti proprium dicitur secundo modo, id de quo quis habet liberam dispensationem, ut per Card. Zabarel. in cap. si. de pecul. cler. 3. col. vers. sed secundo.

Illud vero de cap. vni. de cler. non residen. est verum in casu in quo tex. loquitur in distributionibus quotidianis, quæ cum dentur clerico seruienti pro ministerio, & seruitio personali acquiritur clerico, etiam quoad dominium, & facit clericus illas omnino suas d. cap. de quibus potest dispensare clericus. veluti rusticus de denario diurni operis, prout suo loco diximus in q. de pot. cler. & in q. de success. cler. secul. ab intesta. modo tamen sint distributiones quotidianæ, quæ distribuuntur inferuentibus horis diuinis, non quæ dentur vel soluantur presentibus in ciuitate, vel loco, non tamen seruientibus iuxta distinctionem text. in extrauag. postulasti. de preben. extrauag. commu. quia in talibus non cadit exemptio quæ cadit in alijs. ut d. tex.

Nec minus obstat illud, quod clericus de fructibus, ac rebus ecclesiæ potest alere parentes, amicos, filias, & sorores dotare, quia id est ei permittitur in casu quo aliunde non habeant, quia clericus est dispensator non dominus rerum, ac fructuum ecclesiæ. Vnde bene tenet dispensatio facta per eum in tales personas, & in tali casu, nec ex hoc inferitur ergo portionem, & fructus non consumptos facit suos, quia si dispensare in alios permittitur, non valet, ergo portionem sibi præferre potest, quia id iure cautum non reperitur.

Nec obstat dictum Ioan. Andreae, & aliorum dicentium, quod clericus potest soluere sua debita de fructibus beneficiorum, quos facit suos: quia contrarium ad illud tenet Abb. in præallegata reper. in cap. cum esses. ubi tenet, quod nedum etiam potest soluere de portione, ac de fructibus sibi pro victu assignatis, & quod clericus nullos omnino fructus beneficii facit suos, quæ opinio mihi magis in æquo, & bono fundata videtur, & si vsus inoleuit, quod clerici appropriant sibi fructus, id est ex vsu non ex iuris dispositione, quia fructus, & redditus beneficiorum habent expendi, ut canones determinant, & iura super quibus fundatur dictum Didaci Couarruias, qui de hoc quæstionem facit, & tenet affirmative probant tantum, quod pars certa, & portio assignatur de redditibus ecclesiasticis

fructibus clerico pro victu, quod non negamus, sed habet intelligi, si utatur, vel fruatur, expendat, vel consumet vsu, non aliter ut per Abb. in cap. reprehensibilis. allegato. de appella. ubi decidit casum, & presentem quæstionem, dictum uero sancti Doctoris facit in casu in quo loquitur, ne egeant consanguinei, & ut loquitur, ut per verba illius moderate id est, ut non indigeant, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**icentia testandi conceditur per viam iustitiæ, & per viam gratiæ.
- 2 Quare licentia concessa per viam penitentiariæ dicatur per viam iustitiæ.
- 3 Vide de clausulis, quæ ponuntur in licentia sacre Penitentiariæ.
- 4 Labores, & seruitia debent recompensari.
- 5 Seruitium, impensum pralato, dicitur impensum ecclesiæ.
- 6 Pralatus habet viuere cum suis famulis de bonis ecclesiæ.
- 7 Pralatus licite remunerat de bonis ecclesiæ illum, qui inseruiuit ecclesiæ.
- 8 Pro remuneratione seruitij ecclesiæ impensi, possunt alienari res ecclesiæ.
- 9 Clericus partem fructuum, quam potuit, & noluit consumere facit suam secundum aliquos.
- 10 Videtur verius, quod faciat suam, si utatur.
- 11 Ecclesia non tenetur soluere condemnationes clericorum.
- 12 Ecclesia tenetur contribuere in alimonia clericorum, non in aliam causam.
- 13 Quare in licentia ponitur clausula; parce viuendo acquisitis.
- 14 In administratoribus quales sunt clerici, est potentius ius in vita: quam in morte.
- 15 Licentia testandi per viam gratiæ.
- 16 Per canones antiquos non poterat clericus habere propria.
- 17 Acquisita de fructibus ecclesiæ sunt successoris.
- 18 Clericus de fructibus ecclesiæ non potest donare.
- 19 Licentia testandi est indultum odiosum.
- 20 Habens licentiam testandi non videtur posse codicillari.
- 21 Qui potest testari, potest codicillari.
- 22 In licentia testandi habet clericus, quod potest testari, & codicillari.
- 23 Clericus non potest erogare consanguineis, nisi in subuentionem;
- 24 Personæ in apaci regulariter legari non potest.
- 25 Licentia solet concedi in forma, etiam succedenti ab intestato.
- 26 Tres opiniones diuersæ, penes quem sit dominium rerum ecclesiæ.
- 27 Dominium rerum vniuersitatis est apud ciues.
- 28 Hereditas vacans obtinet vicem personæ.
- 29 Christus habet dominium, & possessionem rerum ecclesiæ.

- 30 Ecclesia fidelium congregatio.
 31 Bona ecclesie sunt prelati, quoad gubernationem pauperum, quo ad sustentationem.
 32 Quare bona ecclesiarum sunt diuisa ecclesijs diuersorum lacorum.
 33 Patrimonium ecclesie est commune, & propterea nullus sibi appropriet.
 34 Quare bonorum ecclesie gubernatio sit prelati concessa.
 35 Moriente prelato proprietas, & possessio ecclesie remanet penes Christum.
 36 Vniuersalis ecclesia nunquam moritur.
 37 Licet ecclesia vacat, eius possessio non vacat.
 38 Dominium, & possessio rerum ecclesie est apud quamlibet ecclesiam.
 39 Homines offerentes ecclesie, habent respectum ad Deum.
 40 Secundum Abb. licentia testandi non datur sine magna causa.
 41 Bona ecclesie sunt bona Dei.
 42 Dimittens debita Dei sine causa, Deum offendit.
 43 Papa Vicarius Christi non habet dissipare bona Dei.
 44 Pro communi utilitate datum, vsibus particularibus non est applicandum.
 45 Subtrahens bona ecclesie videtur necare pauperes.
 46 Deus peccare non potest.
 47 Expresse cauetur q. Papa non alienet bona ecclesie.
 48 Quod clericus possit alienare de rebus ecclesie, si tantundem contulerit intellige si contulit ante alienationem.
 49 Ex quibus causis alienentur res ecclesie.
 50 Alienatio bonorum ecclesie, videtur penitus interdicta sine causa.
 51 Papa in beneficalibus, & in bonis beneficiorum est dominus.
 52 Papa in beneficalibus potest quem suo iure sine causa priuare.

.§. occurrit.

- 1 Beneficialia sunt de iure positio introducta.
 2 In illis que sunt de iure positio, Papa potest omnia.
 3 In beneficalibus Papa est dominus, quantum ad vsum.
 4 Dominium rerum ecclesie est penes Christum, & Papam eius vicarium.
 5 Papa Vicarius Christi cum omnimoda potestate.
 6 Papa habet plenitudinem potestatis.
 7 Non potest Papa auferre ab vna ecclesia, & dare alteri sine causa.
 8 Papa in bonis beneficiorum, habet omnimodam potestatem.
 9 Papa potest subicere ecclesiam alteri, & iura vnus alteri dare.

10 Papa

- 10 Papa facit monachum professum testabilem.
 11 Clerici seculares magis possunt disponere de rebus, quam regulares.
 12 Monaci non habent velle, nec nolle.
 13 Monaci non possident, sed possidentur.
 14 Licentia testandi conceditur a Papa sine causa expressa.
 15 Quod in licentia testandi apponitur clausula in pios, & non pios vsus.
 16 Quotidie per quemlibet obtinetur licentia pro qualibet summa testandi a Papa.
 17 Licentia testandi concessa Cardinali Saripando.
 18 Licentia testandi seruatur inuiolabiliter a collectoribus spoliatorum.
 19 Odiosa concessio respicit primum actum tantum.
 20 Licentia testandi est indultum odiosum.
 21 Quomodo intelligatur regula, qui potest testari, potest codicillari.
 22 Licentia testandi non extenditur ad codicillandum.
 23 Actus odiosus extinguitur, morte concedentis.
 24 Secundum Abba. licentia testandi non conceditur a Papa: nisi cum magna causa.
 25 Non valet dispositio, nisi facta mentione de licentia secundum aliquos.
 26 Non sufficit habere potestatem gerendi, nisi quis gerat eo modo, quo potest.
 27 Valet dispositio, licet non sit facta mentio de licentia.
 28 Presumitur testator voluisse vti facultate, quam habet.
 29 In dubio quis videtur vti privilegio.
 30 Paria sunt non testari, & inutiliter testari.
 31 Presumitur quis facere actum ex capite, quo sibi est vtile.
 32 In forma licentie ponitur clausula toties, quoties.
 Item clausula per plura testamenta.
 Item per codicillos, item quandocumque tibi placuerit.
 33 Vide quid importet verbum quandocumque.
 34 Gratia Papae nunquam expirat.
 35 Verbum prolatum a Papa, interpretatur secundum ius canonicum.
 36 Licentia testandi non amittitur, etiam, si quis non testetur per decennium.
 37 Privilegium testandi, est privilegium aliquid faciendi.
 38 Privilegium faciendi, nunquam perditur.
 39 Non valet dispositio Papae contra legem, nisi de lege faciat mentionem.
 40 De fructibus ecclesiarum disponit Papa pro libito voluntatis.
 41 Papa quotidie concedit licentiam testandi, etiam collegijs officialium Romanae Curiae.

o Papa,

- 42 *Papa si non posset concedere de iure licentiam testandi, non concederet.*
 43 *Gesta a Papa, sancte gesta presumuntur.*
 44 *Clericus de fructibus potest alere consanguineos.*
 45 *Papa presumitur motus causa rationabili.*
 46 *Papa faciens ad supplicationem si non apparet causa presumitur motus ad importunitatem:*
 47 *Papa concedit licentiam ex certa scientia.*
 48 *Certa scientia facit presumi principem velle.*
 49 *Certa scientia facit presumi, quod utatur absoluta potestate.*
 50 *Actus Papæ in bonam semper partem interpretantur.*
 51 *Non possumus de actis Papæ iudicare.*
 52 *Ad Deum solum spectat iudicare de Papa.*
 53 *Facta Papæ excusantur, etiam si videantur iniusta.*
 54 *Factum Papæ est iustum, licet videatur iniustum.*
 55 *Papa potest facere de vxo aliud.*
 56 *Papa Christi Vicarius, & Dei Locumtenens.*
 57 *Papa omnia disponit, & iudicat.*
 58 *Papæ non est, qui dicat, cur ita facis?*
 59 *Papa dispensat in omnibus, in quibus expresse non prohibetur:*
 60 *Est inhærendum semper opinioni, quæ fauet Papæ,*
 61 *Papa potest assignare pensionem, etiam laico, etiam sine causa:*
 62 *Papa in beneficialibus dominus.*
 63 *Papa sanctus reputatur.*
 64 *Prohibitio testandi clericis est de iure positivo.*
 65 *Papa regulariter non dispensat supra ius diuinum:*
 66 *Papa in licentia testandi dispensat sine causa.*
 67 *In illis, quæ sunt iuris positivi Papa potest preiudicare sine causa tercio, & non citato. etiam non audito.*
 68 *Papa quotidie concedit monachis potestatem testandi,*
 69 *Monachi in ipso ingressu dedicant se, & sua Deo.*
 70 *Sufficit licentiam superuenire monacho post conditum testamentum.*

.§. his

- 1 *Forma licentiæ testandi per viam penitentiariæ.*
- 2 *Forma per viam bullæ.*
- 3 *Forma per viam brevis.*

De

De licentia, vel dispensatione testandi clericis,
vel prælati concessa.

Q V Æ S T I O VII.



C C V R R I T sæpe, quòd mortuo clerico pro defensione spoliòrum, ac rerum relictarum per defunctum exhibent hæredes testamenta & indulgentiam, dispensationem, seu licentiam testandi de bonis occasione eccl. acquisitis per defunctum a Rom. Pont. pro tempore existenti obtentam. Super quo sæpe numero oritur controuersia inter agentes pro Camera, & venientes pro parte defuncti: puta quia non sit seruata forma literarum apostolicarum dictæ licentiæ in testamto, vel indispositione, quam fecit testator: vel quia modum, formam, & summam excesserit; aut alias ea vti debebat non vsus fuit. Vnde, quæ mihi occurrerunt, & quæ inueni in hac materia dicta, & disputata a Doctoribus in medium deducere proposui, vt quoties occurreret haberemus loca saltem recollecta Doctorum, ad quos recurrere statim possemus. Et omisso dicere de bonis acquisitis ex hæreditate, artificio, vel doctrina, de quibus libere clericus testari potest sine licentia, & disponere. cap. 1. & secundo. 12. quæst. 3. cap. quia nos. cap. relatum el secundo vers. ceterum, quæ ex hæreditate. cap. requisisti. ante fin. extra. de testam. per Bal. in conf. 3 1 3. volum. secundo. incip. præmittendum est. dicemus de bonis acquisitis per ecclesiam seu intuitu ecclesiæ, de quibus ideo conceditur licentia, vel dispensatio testandi de illis, & disponendi clerico: quia de iure de illis testari non potest: cap. 1. cap. cum in officijs. cap. quia nos. & præalleg. cap. relatum. de testam.

Vnde animaduerti indulgentias, vel licentias testandi concedi clericis
 1 a sede apostolica duplici via, & seu duplici forma: vna scilicet, quæ potest dici iustitiæ, qualis est illa, quæ conceditur per viam sacræ penitentiariæ, quæ in Ro. Curia appellatur ex forma quinterni Cancellarij cuius tenor pro forma erit descriptus in calce præsentis laboris, alia via est gratiæ, qualis est illa, quæ conceditur per viam literarum apostolicarum per viam Cancellariæ, sub plumbo expeditarum: vel in forma brevis sub annulo Piscatoris, quarum ibidem tenor describitur, & dico formam sacræ Penitentiariæ posse dici per viam iustitiæ, ex eo, quia per illam conceditur clerico, vel concedi solet primo, vt de
 2 sui mobilibus, aut de immobilibus iuribus, actionibus per eum proprijs laboribus, industria parentum, vel aliorum successione, aut alias,

O 2 non

non per ecclesiam licite acquisitis, & acquirendis libere testari valeat quia id videtur posse facere clericus ex iuris dispositione, abique aliqua speciali, vel particulari dispositione desuper, vel licentia obtinenda, quia id habetur expressum in tex. in cap. quia nos. & cap. relatum. de testam. per quæ iura videtur ei permissum posse disponere quocumque modo de acquisitis ex hæreditaria parentum, vel aliorum successione, artificio, vel doctrina, ac de illis, quæ proueniunt dono parentum, vel amicorum per doctores ibi, & per Alex. conf. 101. 7. vol. in prin. secundo loco conceditur posse testari de bonis ecclesiasticis mobilibus, ac de immobilibus quæ non fuerint altari, aut diuino cultui deputata, & hoc pro impensa funeris clerici, in remuneratione seruitiorum, ac in pios, & licitos vsus moderate tamen ære deducto alieno, in quibus casibus, maxime de bonis mobilibus, & si adsit consuetudo, videtur de iure clerico permissum d. cap. relatum. §. licet ibi improbandæ consuetudinis. Id quod omne videtur extractum ex text. in d. cap. relatum el 2. de testam. vbi fere sunt eadem verba text. quibus vtitur sacra prænitentiaria in forma prædictæ licentiæ.

Item ex eo videtur ex forma iustitiæ, quia de iure labores, & seruitia accepta debent recompensari præmio, vel præcio capit. charitatem. &c. ecclesiasticus. 12. quæst. 2. gl. in cap. ad nostram. in ver. sufficere. de reb. eccles. non alienan. & notat. Abb. in cap. relatum. vers. item not. de testam. ex quo seruitium impensum, vel præstitum prælato viuenti, videtur ecclesiæ impensum, ex quo de bonis ecclesiæ talis seruitij potest fieri remuneratio capit. per tuas. vbi idem Abb. de donat. quia clericus habet viuere de bonis ecclesiæ ipse cum suis famulis, quibus habent solui salaria, ob seruitia clerico præstita, dicimus infra questione ex quibus cler. præsumatur acquisisse. Idem Abb. in capit. consensus de reb. eccle. non alie. vbi dicit, quod prælatus licite remunerat de bonis ecclesiæ eos, qui exhibuerunt obsequia ecclesiæ, & in margine ad Abb. ibi allegatur Alex. conf. 101. primolib. & Odrad. conf. 278. Imo dicit Bart. in .l. iubemus. la secunda vers. quæro vtrum: quod pro remuneratione illorum, qui exhibuerunt seruitia, possunt alienari res ecclesiæ, vt ibi per eum, vbi vide glo. in ver. permissum, quæ dicit, quod etiam de immobilibus bonis ecclesiæ habet fieri remuneratio, & Prælatus potest donare in remunerationem seruitij suæ ecclesiæ collati, etiam in præiudicium successoris. 16. quæst. 5. illud: Alex. conf. 55. prima parte vbi dicit verum, si de seruitijs constat aliter, quam per confessionem. Io. Andre. in additio. ad Specul. in rub. de reb. eccles. non alien. id quod nota pro eo, quod qui talia accipiunt a prælatis, vel rectoribus pro seruitijs impensis, quod habent probare seruitia nec eis sufficit sola prælati,

lati vel clerici confessio, asserentis se id legare, vel dare pro seruitijs impensis.

Item videtur ex forma iuris, quod pauperibus, & locis pijs, & religiosis fiat erogatio, & elemosyna id quod habetur cap. ad hæc. in fi. de testam. vbi text. vtitur verbo, moderate, quia de fructibus, & redditibus ecclesiæ, deductis necessarijs pro victu clerici, aut prælati, reliquorum superfluentium debet per eum fieri dispensatio capit. videntes xij. q. 1. & per Abb. in cap. cum esses. in repet. de testa. vers. secundo principaliter. per totum, in casibus, etiam prænaratis dat licentiam clerico disponendi, & testandi de immobilibus acquisitis per eum de fructibus beneficij parte vtendo, de acquisitis ex illa parte fructuum, quam licite consumere poterat, si voluisset, puta potuisset pro sui gradus qualitate consumere mille, consumpsit tantum septingenta, unde de parsimonia trecentum præseruauit, ac de illis immobilia acquisiuit, quam partem fructuum clericus facit omnino sua, cum esset pro suo victu, ac suorum, ac pro suis necessarijs destinata a canone & constituta, de qua debuit posse pro libito disponere, vt per Abb. in capit. cum esses. in repetit. col. 9. vers. ad inducta ibi responder, quod clericus fructus beneficij dicitur illos facere, suos quoad hoc, vt sibi prouideat, pereundem. melius in cap. cæterum. de donat. vbi dicit: quod prælat^o potest donare pro libito fructus, quos facit suos per Did. Couar. in c. cū in officijs. de testa. vers. tertio ex eadem. ibi clericum habentem beneficium ecclesiasticū posse libere disponere de illis redditibus, qui essent necessarij ad eius honestum sumptum, inspecta cuiusque qualitate, si eos præcipuos is habeat, qui aliunde victum & necessaria sibi ministrant, hæc etenim pars bonorum ecclesiasticorum ministris per canones antiquos constituitur, &c. Sed videtur intelligi, quod faciat suos consumendo, non præseruando, & quatenus vtatur, & fruatur, quia ecclesia clericis dat tantum vsus, & in casu, quo sibi prouideat pro victu, per ea, quæ dicit Abb. in cap. cum esses. vers. quarto principaliter. vers. aut non pro sui sustentatione, ibi: tunc dico indistincte, quod de fructibus beneficij satisfieri non debet etiam parte vtendo, nam clerici habent solum vsus, melius per eundem in capit. reprehensibilis. de appella. vbi dicit: quod pro debito clerici non potest fieri exequutio in fructibus beneficij, neque etiam in illa parte fructuum, qui habent conuerti in vtilitatem personæ clericorum, quia ad tales redditus non debent extendi manus, & est ratio quia ecclesia tenetur clericos alere ad sui decorem, nec tenetur suas condemnationes soluere, unde si clericus non alitur, non tenetur ecclesia in aliquo contribuere, & ecclesia vult contribuere in alimoniam clericorum,

- 12 rum, non aliam causam, id est vult ecclesia teneri ad supplendum de victu necessario, quatenus cadant, vadant, & conuertantur vere in victum, vt per Abb. d. loco, & cum talia parce viuendo sint acquisita ecclesie: quæ tamen potuisset clericus non parce viuendo in victu consumere, merito apponitur in licentia clausula parce viuendo, ad tollendum dubium, quod forsan oriri potuisset, quod pars fructuum desti-
- 13 nata pro victu clerici, eam faceret clericus suam in totum, vel in parte parce viuendo: quia imo si illam victu non consumit in totum, vel in parte est ecclesie, pro parte non consumpta, declarat optime Bal. in authen. licentiam. C. de episcopis & cler. in fi. vbi posita quaestione si Rector ecclesie percepit fructus, & potuit consumere plusquam consumpsit donec ipse viuit, potest disponere in fructus ad pias causas, nunquid moriens potuit relinquere de eis testamento pauperibus, vel in subsidium terræ sanctæ, dicunt Canonistæ (inquit) quod non, quia viuens æquiparatur usufructuario, & ideo habet liberam administrationem fructuum, sed in morte assimilatur vsuario, qui suum tantum facit quantum consumit, non ultra, & ideo de talibus non potest testari secundum Canonistas, qui (inquit) bene dicunt, quia in administratoribus, quales sunt clerici in rebus ecclesie potestius est ius in vita, quam in morte, & de hoc vide in quaestione, an clericus de fructibus beneficij. vbi aliqua, & per eundem Bal. in cons. 298. primo vol. vbi dicit, quod de redditibus appropriandis prælato, potest prælatus disponere, vt vult, dum viuit, in morte autem non, vidi tamen aliquam formam huius licentiæ penitentiariæ sub nomine, Laurentius, in forma gratiosa, vt de bonis ecclesiasticis in amicos, cognatos, & affines disponi possit.
- Aliam formam per viam litterarum Apostolicarum, & breuium dixi esse per viam gratiæ, ex quo per eam conceditur clerico testari, primo de quibuscunque bonis ex patrimonio quarumcunque personarum
- 15 successione, ac etiam ex industria, prospera fortuna, & alias quomodolibet, non per ecclesiam licite tamen acquisitis, per eundem obtentis, & obtinendis, seu ad illum quomodolibet tunc, & pro tempore spectantibus, quod per antiquos canones non concedebatur, per quos non licebat clerico habere hæreditaria bona, vel propria, cap. clericus & ibi glos. 12. quaest. 1. cum similibus. licet per tex. in cap. relatum. cap. quia nos. cum simil. de testa. sit secus. tamen id est ad tollendum dubietatem iuris antiqui: secundo loco conceditur clerico posse testari de fructibus, ac redditibus beneficiorum, ac ex fructibus, seu redditibus acquisitis, pro summa petita & concessa, quæ sunt ecclesie, vel
- 16 successoris in euentum mortis illius cap. præsentis. de off. ord. in sexto cap.

- cap. quia sæpe. de electio. eo lib. cap. illud. cap. non liceat 12. q. 2. cum ibi glo. de quibus regulariter clericus non habet testamenti factionem
- 17 cap. cum in officijs cap. ad hæc. cap. quia nos. de testam. cum. ibi nota. Franc. in rub. de testam. in sexto, num. 54. item, & posse donare summam concessam, quod regulariter non potest clericus cap. cæterum.
- 18 de donat. Item conceditur etiam de eis bonis disponere per viam codicillorum, & toties, quoties. &c. quod regulariter cum tali licentia testandi, vel disponendi non potest, nec posse habet clericus, quia indultum quo quis habilitatur ad testandum de bonis ecclesie, vel spectantibus ad ecclesiam est odiosum, & sic stricte non late interpretandum, aut intelligendum, vnde habens tale priuilegium debet intelligi, quod possit testari tantum, non autem codicillari: & quod vnum
- 20 possit facere testamentum, non plura, vt gratia sit euacuata, & consumata omnis in primo actu. arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. l. dotis promissio. ff. de iure dot. Marian. socin. in consil. 13. præsens consultatio: vbi in col. 5. dicit, quod Cardinalis ex tali priuilegio potest testari, & non codicillari, non obstante reg. quæ dicit.
- 21 quod qui testari potest, potest & codicillari, quæ est in l. 2. ff. de lega. primo. & l. conficiuntur. §. primo. ff. de iure condicill. quæ procedit & habet locum in eo, qui regulariter habet de iure communi testamenti factionem, & testari potest per Dec. cons. 512. col. 2. post. princip. secus est de iure speciali, vnde ad gratiandum clericum supplicantem, Papa ad tollendum istas iuris difficultates, solet apponere in litteris talis formæ clausulam huiusmodi, etiam donationis inter viuos, aut testamenti, seu cuiuslibet vltimæ voluntatis, vel codicillorum seu
- 22 alio modo, de quo tibi videbitur pro libito tuæ voluntatis ordinare, disponere, & erogare, simul vel successiue, ac quoties tibi videbitur libere, & licite valeas plenam, & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, pariter, & indulgemus. Item solet apponi clausula in pias, & non pias causas, id quod est gratia, quia de iure tantum in pias causas concedi solet erogatio, & dispensatio cap. relatum. de testam. §. licet per Barba. in tract. de præstan. Cardi. prima parte quaest. 4. vbi limitat priuilegium testandi, & restringit ad pios vsus tantum. Item clausula parentum, consanguineorum, & affinium, nepotum, ac etiam propriorum filiorum, quibus regulariter clericus de rebus ecclesie dispensare, vel erogare non potest, nisi in illorum subuentionem, & quatenus indigeant, non autem potest illis relinquere ad illos diuites faciendum, per Abb. in cap. inquirendum. de pecul. cler. Item apponi solet clausula, aut seruitiorum, etiam ultra seruitij meritum, quod est gratia,
- O 4 quia

- quia id habent secundum verba. textus videlicet iuxta seruitij meritum, non autem ultra per text. d. capit. relatum. §. licet in fine. §. Item apponi solet clausula personarum, etiam penitus extraneorum, & in
- 23 capacium, quibus personis incapacibus regulariter nihil relinqui potest, vel debet, neque per viam institutionis, neque per viam legati per text. in §. legari. vbi glos. in vers. testamenti factio. insti. de leg. Item quod plus est, Papa solet gratiare supplicantem, vt de summa
- 24 petita, & concessa, nedum in quos voluerit disponat in testamento, aut alia voluntate, sed etiam si decesserit ab intestato ad hæredes sibi ab intestato venientes transmittat, qualis est forma, quæ est in calce descripta, per hæc & alia, quæ in eisdem literis euidenter in forma gratiæ concessa videntur, dicebam hanc formam esse, & videri formam, seu licentiam testandi, vel disponendi in forma gratiæ, & in forma, vt appellatur gratiosa.
- De qua licentia, seu indulgentia reperio varie scribere Doctores, quia Abb. in cap. fin. de pecul. cler. in fin. dicit hanc esse quæstionem quod
- 26 tidianam, nunquid Papa possit dare clerico potestatem testandi de rebus intuitu beneficij acquisitis, & illam se tractare plenissime in capit. cum esses. in repetit. de testam. in vers. quinto principaliter quæro. Iaf. in authen. ingressi. C. de sac. sanct. eccle. num. 11. glos. in pragmat. sanctio. de num. & qualit. card. §. sint viri. in ver. mouebat. Alex. conf. 101. lib. vij. & dicto loco Abb. pro faciliori solutione quæstionis præsupponit, penes quem sit dominium rerum ecclesiasticarum, & inquit glos. in capit. expedit. xij. quæst. 1. de hoc ponit tres opiniones, prima quod dominium sit penes ecclesiam, secunda quod sit penes Deum, tertia quod dominium est apud clericos, sicut dominium rerum vniuersitatis est apud ciues. §. vniuersitatis. insti. de rer. diuisio.
- 27 glos. in c. causa de verb. signi. in ver. solis ecclesiarum, tenet, quod ista bona sunt Dei, cuius licet omnia sint, tamen sunt ista specialius, & hoc
- 28 tenet illa glos. licet ante dixerit, quod ipsa sunt secundum Alber. loci concludi muro ad instar hæreditatis vacantis, quæ obtinet vicem personæ. l. hæreditas. ff. de acq. rer. dom. secundum alios, quod sunt vniuersitatis illius loci, alij, vt Innocen. & Hostien. in capit. cum super. de causa possess. & propriet. quod Christus est, non prælatus, qui habet dominium & possessionem rerum ecclesiasticarum, vnde oblata
- 29 per homines ecclesijs, Deo oblata dicuntur. 12. q. 2. nulli liceat, & 12. q. 1. res. & cap. videntes: alia opinio eorundem Innocen. & Hostien. quod ecclesia id est fidelium congregatio sit, quæ habeat proprietatem, & possessionem, vbi dicit Innocen. quod si aliquando inueniantur hæc bona Deo oblata esse episcoporum, aut prælatorum, aut capellanorum

- 31 pellanorum, debet intelligi quod sunt eorum, quoad gubernationem & administrationem, & dicuntur etiam pauperum, quoad sustentationem. 16. q. 1. capit. quoniam. ad quod vltimum fac. quod dicit Did. Couarruias in cap. cum in officijs. de testam. vers. quantum quoad, ibi: præterea redditus ecclesiastici, qui supersunt ultra ministrorum victum, alieni dicuntur, non proprii, sed ex quadam metaphora, eo quod pauperibus essent erogandi, quod auctoritate Hieronymi comprobatur, is etenim scribit, bona ecclesiarum dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem, sicut refert Card. a Turre Cremeta. in cap. videntes. n. 2. 12. q. 1. subdens ibidem Innoc. in d. c. cum super, quod ista bona ecclesiarum sunt diuisa in ecclesijs diuersorum locorum, auctoritate summorum Pontificum, propter communem vtilitatem, & episcopis & alijs prælatis,
- 32 concessa fuit administratio earum. c. videntes. & c. præcipimus 12. q. 1. quia vt legitur d. c. qm. 16. q. 1. quicquid habent clerici pauperum est, dicuntur. n. habere clerici quoad administrationem, pauperes. quoad sustentationem, patrimonium enim ecclesiæ est commune, vnde nullus debet sibi appropriare. c. tertio. de Præben. ext. & propterea fuerunt diuisa, & limitata bona ecclesiarum, & ipsorum administratio episcopis, & alijs prælatis concessa, vt nullus in clero penuriam patiat, &
- 34 per supradicta infert Innocen. quod quantumcumque moriatur prælatus, & omnes clerici alicuius ecclesiæ, tamen proprietates, & possessio remanet penes Christum, qui viuit in æternum, vel penes vniuersalem, & singularem ecclesiam, quæ nunquam moritur, nec unquam est nulla, & per hoc dicit Specul. in tit. de pet. & poss. §. primo. vers. sed pone. quod vacante ecclesia, si quis ingrediatur possessionem ecclesiæ, quod prælatus de ecclesia prouisus, potest agere contra talem ingredientem, tamquam contra inuasorem, & ratio est quia
- 37 possessio non erat vacans, licet ecclesia vacaret, immo ecclesia possidere censetur & habes (inquit,) Abb. in d. capit. cum super. de caus. poss. & propri. duas opiniones, vna quod dominium, & possessio sit apud Christum, alia, quod apud ecclesiam: alij dicunt, quod est tertia opinio, quod dominium & possessio est apud quamlibet ecclesiam
- 38 particularem, & quod ipsa bona ecclesiarum sunt quoad dominium, & possessionem ipsarum ecclesiarum particularium, quæ habent illa loco Dei. glos. in capit. si. de reb. eccle. alien. in 6. in vers. ipsarum. & inquit Abb. in d. capit. cum esses. ego puto quod inter istas opinione illa sit præstantior, quæ habet, quod dominium rerum ecclesiæ sit penes Deum, per text. in cap. cum ex eo. de electio. in sexto. ibi de Christi patrimonio sublimatis, & not. ibi glos. in ver. Christi. fac. capit. qui Christi

Christi. & cap. qui abstulerit. 12. quæst. 2. Item teneo hanc opinionem
 39 quia inquit (vt dixi) offerentes homines ecclesiæ, in oblatione ha-
 bent respectum ad Deum d. cap. nulli. 12. 7. 2. & c. res ecclesiæ. 12. q. 1.
 ibi Domino oblati & c.
 His præmissis per Abb. & præsuppositis deueniendo ad solutionem dubij
 & quæstionis, putat ille quod licentiam hanc testandi de rebus eccle-
 40 siæ, non possit concedere Papa nisi cum magna causa, quia hæc bona
 41 sunt Dei, & sine facto nostro, quod nostrum est a nobis euelli non po-
 test capit. ab eo. de electio. lib. sexto, & qui dimittit debita Dei sine
 causa, profecto Deum offendit. cap. si is quoniam 23. q. 4. quia si præ-
 42 latus debitori dominico culpam impune dimittit, non mediocriter
 profecto offendit. per Spec. in tit. de dispensat. §. qualiter & quando
 in princip. & licet Papa sit vicarius Christi, & in terris Dei locum te-
 43 nens cap. vnico. vt ecclesias. beneficia siue dimi. confer. tamen debet
 legitime administrare & conseruare bona Dei, non dissipare quia ex of-
 ficio suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi
 fuit assequutus. §. primo. quarta dist. Item de fructibus rerum eccle-
 siæ debet subueniri egentibus. cap. videntes. 12. q. 1. & est sine ratione,
 44 vt quod communi utilitate datum esse dignoscatur, vsibus cuiusli-
 bet particularis personæ applicetur, de præben. capit. ratio. Item qui
 subtrahit bona ecclesiæ dicitur homicida, quia videtur necare illos
 45 pauperes, qui ex huiusmodi subtractis, & alienatis fuissent alendi,
 vel sustentandi. Item vicarius non habet maiorem potestatem, &
 dignitatem pontificatus, quam habet ipse Deus, sed Deus peccare
 46 non potest dist. 2. de pen. §. sic. ergo nec vicarius debet hoc posse imo
 expresse iure cauetur, quod non licet Papæ bona ecclesiæ alienare ca.
 47 non liceat. 12. quæst. 2. ergo, nec potestatem testandi alicui dare, quia
 per hoc videtur alienare, fac. quia licet clericus non habeat a iure con-
 cessum, quod possit de rebus ecclesiæ testari, si tamen de suo proprio
 tantum contulerit ecclesiæ, quantum vult alienare, vel testari, hoc
 48 benelicebit. cap. si episcopus 12. q. 5. & q. 2. cap. si quis quilibet, id
 quod intellige verum, si contulit ante alienationem, seu testamentum
 quia est secus si post, quia tunc videtur dare in fraudem ad euitandum
 pœnam depositionis, quam incurrit de qua in cap. nouimus. 12. quæst. 2.
 quia talis restauratio damni, seu recompensatio sibi non proderit ad
 euitandam depositionem not. in cap. quod sicut. de electio. facit quia
 clericus res ecclesiasticas, alienare non potest nisi causa pietatis, ne-
 cessitatis, commoditatis, vel utilitatis, in isto casu nulla sub est ista-
 49 rum causarum: merito & c. potest addi quod dicit Archid. cap. hoc con-
 sultissimo, de reb. eccle. in ver. quod bona ecclesiastica dicuntur esse
 ecclesiæ.

ecclesiæ, ita quod ecclesia habet dominium per multa quæ ibi adducit.
 Per hoc dicit Abb. teneo quod Papa licentiam testandi de rebus ecclesiæ
 clerico sine causa indulgere non potest: Clericus tamen, si tantun-
 dem de suis patrimonialibus contulerit ecclesiæ, de rebus ecclesiæ te-
 50 stari poterit. Idem videtur tenere Barba. 5. col. in cap. cum in officijs
 de testam. Franc. in rub. eo. tit. 6. col. & mouetur Abb. & alij, qui
 eius opinionem sequuntur ex eo, quia penitus videtur interdicta aliena-
 tio bonorum ecclesiæ sine causa, vt per Abb. in cap. cum in ecclesiarum:
 col. 2. vers. nota ultimo, de constit. & dicimus in quæst. de potest. cler.
 vel præla. vers. quid dicendum, vbi aliqua diximus de causis, quæ a
 iure requiruntur in alienatione rei ecclesiasticæ, potes ad plenum vi-
 dere in meo tracta. de rebus ecclesiæ non alienan. propediem diuino
 auxilio edendo, facit quod dicit Rebus. in practica beneficia. in ru-
 brica de breui Apostolico num. 38. vbi loquendo de ista facultate te-
 standi, quæ conceditur in forma gratiæ dicit, quod facultas testandi
 conceditur per breue ad certam summam, modicam tamen, nec in-
 quit est componenda, si de modico, quia de modico Romani, & mu-
 lieres non curant. l. scio. ff. de rest. in integ. secus inquit, si de magno.
 Sed meo Iudicio in Papa aliter dicendum videtur, & opinio communis in
 hoc videtur contra Abb. quia dicit Nic. de Vba. in suo tract. de suc. clei:
 ab intest. §. finita. vers. non obstant motiua Old. quod illud quod dicit
 Abb. quod Papa non potest dare licentiam. & c. quod illud est verum de
 honestate, sed non de potentia, per ea quæ habentur in c. cum ad mona-
 steria de stat. regular. & per alia quæ copiose idem Nic. ibi adducit.
 Et antequam ad alia deueniamus, præsupponimus duo, vnum, quod in
 huiusmodi licentia Papæ testari conceditur de fructibus ecclesiæ, vel
 de ex eisdem fructibus, aut occasione ecclesiæ tantum acquisitis per
 clericum supplicansem, quia non videbis licentiam, vel in forma sa-
 cræ pœnitentiariæ literarum apostolicarum, vel breuium, sine illa clau-
 sula per te tamen acquisitis, & acquirendis, per te obtentis, & obti-
 nendis, id quod videtur non solum quod facere possit Papa & debeat,
 imo sine licentia aliqua clerici a se ipsis deberent posse testari, & dis-
 ponere de huiusmodi, quia dicit Zabarella cap. si. de pecul. cler. col.
 pen. quod esset bonum statuere, quod clericus posset disponere de
 omnibus fructibus, item etiam de acquisitis omnibus ecclesiæ siue
 mobilibus siue immobilibus libere, & in vita, & in morte, & hoc
 si sint acquisita tempore suo. Aliud quod præsupponendum puto,
 51 est potestas maxima quam habet Papa in beneficialibus, ac in bonis
 beneficiorum, in quibus est valde potens clem. prima & ibi docto-
 res vt lit. pendet. in quibus tantam habet auctoritatem, & poten-
 tiam,

- 2 tiam q̄ potest etiā, quē iure suo priuare sine causa, & pro suā libito volūtatē, vt per Archid. in suo tracta. de hæresi incip. Sanctiss. in Christo Patri. fo. 15. vers. & quia tanta est præminentia. vbi dicit, q̄ Papa in huiusmodi est dominus, cum alijs similib⁹ quæ in infinitū adduci possent.
3. Hic præsuppositis est indubitanter dicendum, quod Papa possit concedere clerico licentiam testandi de huiusmodi, & quouis modo disponendi: quia huiusmodi beneficia sunt introducta de iure positiuo, per Abb. in cap. constitutus. de relig. dom. Et per eundem magis ample in sua disputatione quæ incipit, Episcopus col. 2. & in illis, quæ sunt de iure positiuo Papa habet omnimodam potestatem, & quæ vult, omnia potest, quia supra ius dispensare potest. capit. proposuit. de concess. præben. per Doctor. in cap. quæ in ecclesiis. de constit. quia licet Papa non possit quem regulariter iure suo priuare sine causa, tamē in beneficiis, quæ sunt induta iure positiuo, potest quem priuare pro libito voluntatis suæ, vt per Archid. in d. tract. de hæresi. d. loco. vbi dicit quod Papa in talibus est dominus, quantum ad vsum, quia eis vti potest, sicut placet, & decet suā potentiā siue statum, alleg. 12. q. 2. bonæ rei. & c. per princip. 9. q. 3. cap. 1. de præben. in 6. clement. 1. ad fi. vt lit. penden. Paul. de Cast. conf. 181. in 3. col. quia dominium rerū ecclesiasticarū. proprie loquendo non est apud aliquam ecclesiam, sed apud Christum secundū, q̄ dicit Inno. in præallegato cap. 4 cum super. de caus. poss. & propriet. cuius Papa est vicarius cum omnimoda potestate in terris: vnde, si auferat rem alicui particulari ecclesiæ, potius dicitur auferre administrationem quam dom. iuxta tex. in cap. 2. de donat. quia dominiū est potius apud ipsum Papam, cū sit apud Christum, cuius ipse est vicarius, vel apud ipsam ecclesiam catholicam, quæ est vnica. 24. q. 1. capit. loquitur. cuius ipse est princeps: quia dicit S. Thomas. q. 88. vers. ad tertium, q̄ sum. Pont. gerit plenarie vicem Xpi in tota eccl. & ipse habet plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus, & dicit dominus Anto. in. cap. constit. de religio. dom. q̄ de rebus. ecclesiæ Papa potest disponere. prout vult, etiam sine causa remouendo vnū a beneficio suo p. d. tex. in 2. cap. de præben. in. 6. & hinc est, q̄ in talibus multo magis potest auctoritas Papæ, q̄ in alijs, vt dicit Abb. in cap. cum a nobis. 2. col. vers. ego credo. de test. in clem. 1. in vers. ego limitarem. de probatio. si dicat q̄ quāuis respectu beneficio rum laicissima sit potestas Papæ, tamen respectu bonorū ipsarū ecclesiarū est iecus, quia non potest Papa auferre bona vnus ecclesiæ & dare alteri sine causa vt not. glo. Archid. & Dom. ca. 1. 10. dif. & glo. in ca. 1. in ver. in iustitia. 22. dist. Archid. in. c. 1. 12. di. Et ideo dixit Archid. in. c. non liceat Papæ. 12. q. 2. post Hugo. q̄ Papa peccat, si vult res ecclesiasticas

- stias consumere in turpes vsus, vel dare consanguineis, vt eos diuites præ alijs faciat, vel vt ipsi construant palatia, & huiusmodi.
- Est dicendum in casu præsentis quæstionis, vt dicit Socin. in conf. 13. primo vol. ibi, nec quispiam dicat quod Papa non possit præiudicare ecclesijs, vel monasterijs super huiusmodi bonis, hoc enim est manifeste falsum, quoniam Papa in beneficijs, & in ipsorum bonis habet omnimodam, & absolutam potestatem capit. secundo. in principio. de concess. præben. lib. 6. in clem. prima. vt lit. penden. not. glof. 9. quæst. 3. cap. per principalem. & probatur 78. dist. cap. oportebat. & 97. dist. ecclesiæ. tenet fo. Andr. in cap. primo. de summa trinit. 19. dist. cap. in memoriam. & posito quod verum dominium non sit suum, secundum q̄ aliqui voluerunt, tamen ipse Papa habet omnimodam, & absolutam dispositionem, administrationem, & dispensationem; & potest vnire ecclesias, & suppressere dignitates, & alteram alteri subijcere, & iura vnus alteri dare, 16. quæst. 1. cap. & temporis. cap. sunt duo. de excess. Prælat. &c. & dicit Bal. in conf. 175. volum. secundo quod Papa quando vendit rem ecclesiæ, non vendit rem alienam, sed suam, nam omnes res ecclesiarum suæ sunt, quoad, plenam, & liberam dispositionem, & nullus prælatus mundi potest aliquid facere, sine auctoritate saltem tacita Papæ, qui tanquam pater patrum cum omni prælato in iurisdictione concurrat vt not. in cap. si eo tempore. de electio. lib. 6. vt per Bal. d. conf. 175. incip. Papa.
- Per quæ concluditur dicit Socin. præallegato consil. clarissime, quod Papa potest facere etiam Monachum professum testabilem, & potest ei concedere potestatem testandi, & donandi de bonis monasterio acquisitis: & dicit Rebus. in sua practica beneficii, quod quando hæc facultas datur religiosi, statuitur summa arbitrio Papæ taxanda, & quod testatur de licentia sui superioris capitulo. ad monasterium. de stat. monac. clem. religiosi. de procur. & Egid. Bellamer. decis. 247. si ergo prædicta conclusio procedit in veris monachis professis, quanto magis id est dicendum, quod possit Papa in clericis secularibus, aut alijs religiosi, qui possent habere proprium, quia facultas siue potestas disponendi de rebus ecclesiæ est concessa regulariter magis lata clericis secularibus, quam regularibus, Card. Zabarel. in cap. fin. de pecul. cler. in col. antepen. Rot. Bellamer. 247. frater minor. quia religiosi datur cum clausula, & de licentia superioris. & dicit D. Quintilianus Mandosius in sua practica, in rubrica licentia testandi, vers. aduertendum, quod hodie monachis, seu religiosi nullo modo testandi facultas huiusmodi conceditur: quod non videtur verum quod sit pace tanti viri dictum, quia quotidie religiosi cuiuscunque religionis sunt, licentiam

centiam concedi uidemus, uel iuxta forma quinerni Cancellariæ per satis standi extra cum beneficijs, & in talibus habentibus proprium, seu tria omnino substantialia regulæ non profitentibus non uidetur esse tanta difficultas, quanta in ueris monachis professis: qui ex quo tria substantialia regulæ sunt professi, ut de se manifestum est, non possunt testari respectu inhabilitatis personæ, quia nec habent uelle, nec nolle xij. q. ij. cap. non dicatis. Item defectu bonorum, quia cum omnia eorum sint monasterij, & cum ipsi nil possideant sed possidentur, nihil habent, tam in habitu; quam in actu cap. ad monasterium. de stat. monac. tum etiam, quia sunt in potestate alterius. 16. quæst. 1. cap. de præsentium, & dicta authen. ingressi. in quibus si licentia testandi a Papa concessa tenet fortius in clericis secularibus, aut alijs illa tria non profitentibus, in quibus sola remanet difficultas respectu testandi de bonis ad ecclesiam, seu religionem pertinentibus, quia manifestum est, quod de eis, quæ sumunt de dignitate ecclesiæ, seu beneficio suo, non possunt testamentum conficere. 12. quæstio. ultima cap. 1. 2. 3. & quasi per totum, nisi ad id accedat summi Pontificis licentia: Ita tenet Bartol. Socin. in d. conf. 13. primo vol. per totum quod est in materia factum, Marian. Socin. conf. 89. per totum, & maximum. 29. ubi dicit quod contrarium seruatur de consuetudine, quod ista licentia conceditur a Papa sine causa expressa, sequitur Deci. in conf. 512. ubi dicit hanc esse opinionem communem, & communiter approbatam, melius idem Dec. conf. 157. ubi dicit non esse disputandum in hoc, An Papa possit, quia id tenetur ab omnibus communiter per Hostien. in summa. de pœnit. & remiss. §. cui confitendum. Angel. & Imola. in. l. si seruus communis. ff. de stip. seruo. Bal. in. l. si quando. C. de inof. testa. in authen. nisi rogati. col. fi. C. ad Trebel. sequitur Couarruias Doctor Hispanus in cap. cum in officijs. de testa. vers. ultimo hinc potest, ubi dicit quod usus Christiani orbis hanc opinionem recipit. Idem tenet Barba. in suo tracta. de præstan. Cardin. 1. par. quæst. 4. ubi dicit licentiam testandi a Romano Pontifice clericis de bonis ecclesiæ esse intelligendam, & habere intelligi ad pios usus, & pias causas, & non alias. Sed ego video, quod in formula testandi maxime litterarum apostolicarum, sub plumbo, forsan ad tollendum istud motuum, aut dubium doctorum, adest clausula in pias & non pias causas, in pios, & non pios usus, & sic habes meo iudicio per communiter scribentes communem opinionem contra Abb. quod Papa potest pro libito cum causa, & sine causa, quando sibi uidetur testandi facultatem clericis, religiosi, & prælati, & clericis beneficiatis pro summa quæ sibi uidetur concedere, & indulgere, de quo inualuit usus,

usus, & consuetudo ab immemorabili tempore citra, qui hodie est quotidianus in Romana Curia, tam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quam Patriarcharum Archiepiscoporum ipsorum, vel aliorum quorumcunque prælatorum clericorum, & religiosarum personarum, quæ quotidie a Papa licentias, & seu indulgentias testandi, pro summa quam volunt, petunt, & obtinent sine ullo labore, & eas, vel per viam sacræ penitentiariæ, vel per signaturam sanctissimi per viam litterarum apostolicarum, vel breuium, ut melius sibi uidetur expediunt, qualis mihi hodie 10. Kal. Aprilis fuit præsentata licentia concessa per Pium Quartum Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Hieronymo Seripando Neapolitano Sanctæ Rom. Ecclesiæ Card. in œcumenico concilio Tridentino Sanctissimi Pij Quarti, & sanctæ sedis apostolicæ legato a latere defuncto, in amplissima forma de quibuscunque bonis suis ex fructibus beneficiorum, & alias quomodolibet acquisitis, in morte, & in vita pro suo libito disponendi, & testandi ad quamcunque summam ascenden. ac iuxta dictæ dispensationis formam de summis pecuniarum, ac rebus obtentis disponunt, & testantur, nec eorum taliter factæ dispensationes si sit in eis seruata forma per collectores spoliatorum ac iurium Camera, in totum vel parte aliqua violantur, imo uti factum proueniens a sanctissimo vel sancta sede apostolica omni cum reuerentia obseruantur, ac obseruari per collectores mandantur inuiolabiliter & indistinctè. Et hunc pium usum dandi, & concedendi licentias testandi, & disponendi de bonis huiusmodi, semper approbarunt Rom. Pontifices ut videre est per breues huiusmodi gratiarum usque a tempore Innocentij. iij. ut in calce præsentis quæst. & est hodie in viridissima consuetudine in curia & stilo qui debet seruari, quia ius facit, & pro lege seruatur. Specul. in tit. de testi. §. publicatis. rota in antiq. decis. 710. & auctoritas Papæ in hoc operatur plenam securitatem etiam in foro conscientie, quia si esset aliter Rom. Pontifices ista non tolerassent nec eis formam dedissent. per Felin. in cap. ad audientiam 2. de rescrip. Caccialup. de pensio. quæst. 9. & pie & sanctè factum censerit debet, ex quo factum a Ro. Pontificibus quorum gesta, sanctè gesta reputantur quia a Papa gestum, a sancto gesta haberi debent. Car. in clem. prima. de præben. l. 1. in fin. C. de sum. trinit. & fid. cathol.

Et ista gratia, seu licentia testandi de bonis ecclesiæ, secundum doctor est intelligenda concessa in 1. testamento & pro primo testamento seu pro prima dispositione non pro secunda. argumento. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. l. dotis promissio. ff. de iure dotiū. cap. non potest. §. primo pe præben. in sexto, probatur ex pluribus quæ adducit

cit Alcia. in d. §. hoc sermone. Hippolitus in rub. ff. de fid. iust. num. 97. Iaf. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matri. Alex. conf. 16. 4. vol. per totum. in his enim, quæ odiosa sunt, simplex concessio primum actum tantum respicit, & idem est in onerosis d. cap. non potest not. in l. placet. ff. de lib. & postu. Feli. in capit. secundo. de treuga. & pace, quia dicit Dec. quod non potest negari quin indultum seu concessio, in quo quis habilitatur ad testandum de bonis ecclesie, vel spe-

20 **stantibus ad ecclesiam, non sit odiosa, & ideo merito restringenda ut per eundem Dec. conf. 512. & propterea dixit Bar. Soci. in conf. 13. col. 5. vers. 17. quod Cardinalis qui ex tali priuilegio potest testari, non potest codicillari, quia regula illa iuris consulti, de qua in l. conficiuntur. ff. de iure codicill. & in l. 2. de leg. primo, quod qui potest testari, habet etiam posse codicillari, habet locum, intelligitur, in his, qui possunt testari de iure communi, secus est si ex priuilegio concessio per principem viuentem, sequitur Soci. Iun. in conf. 89. col. 5. vers. nec in hac licentia: ibi & huic est, quod clericus, qui hoc modo habet licentiam testandi, non poterit facere simplices codicillos, licet pro regula soleat dici: quod qui potest testari potest codicillari. imo mi-**

22 **nus esse videtur codicillari quam testari, & ideo videretur licere debere cap. cui licet de reg. iu. lib. 6. vbi vide quod etiam nititur probare licentiam testandi a Papa alicui clerico concessa, morte Rom. Pont. re integra cessare, ut non habeat locum nisi viuente Pontifice concedente,**

23 **adeo, ut si in uita concedentis priuilegiatus non ceperit uti priuilegio, post modum euanescat, quia actus odiosus restringitur, & morte concedentis vel auctoris extinguitur, per glos. in cap. a nobis de senten. excom. ibi recepta. l. fin. ff. de pen. notat. Abb. & Feli. in cap. ex literis de constit. Martin. ab Azpilcueta in cap. placuit. de penit. distin. 6. num. 161. Did. Couarruatas in cap. cum in officijs. de testam. faciunt adducta per Abb. in cap. cum esset. de testam. vers. 5. quero. vbi disputat, & concludit, qd licentia testandi non potest concedi a Papa nisi**

24 **si cum magna causa, & ea quæ accumulatur Dec. præallegato conf. 512.**

25 **& secundum aliquos testatoris dispositio non valet, nisi in ea sit facta expressa mentio de priuilegio vel licentia, quia alias videtur noluisse**

26 **se uti iure sibi concessio, quia non sufficit aliquem habere potestatem actum gerendi, nisi eo animo, & effectu gerat, quo potest, & aliter nihil valet ut. l. quero. ff. de eo qui pro tutor. per Anchar. conf. primo prima col. per Corn. conf. 304. num. 11. lib. 3. vbi de prælato qui habebat talem licentiam testandi de ecclesiasticis non fuerat usus &c. sed secundum aliquos, licet expresse non sit dictum, præsumitur testator,**

27 **quod voluerit testari, secundum facultatem quam habet, quia in dubio videtur**

videtur quis uti priuilegio, quando dispositio de iure communi non va-

28 **let. l. miles qui destinauerat. ff. de militari testa. Dec. cap. inter cetera. colum. 3. vers. & hoc tantum procedat. de appell. cum debeat considerari**

29 **effectus disponens, non modus conficiendi, quia paria sunt testamentum non fuisse factum, & inutile esse cap. inter corporalia. §. sicut de translat.**

30 **epif. glo. in l. fin. C. de pignor. Bar. in l. gerit. ff. de acqui. hæred. Alex. conf. 55. colum. prima, vol. 5. Aymo. conf. 116. sub num. 9. vbi, qui facit**

31 **actum præsumitur facere ex illo capite quo potest, & quo sibi est vtilius: Facit quia actus, si non valet, ut agitur, valet ut valere potest. Bart. & Alex. in l. prima. §. si quis ita ff. de verb. oblig. per Fely. in cap. cum super 3. col. de off. legati.**

Sed aduerte quod in forma priuilegiorum, seu licentiarum testandi, solent

32 **apponi clausule, quæ videntur tollere dubietates narratas, nam conceditur testari, nedum per vnum testamentum, sed per plura, & toties quoties: & nedum per testamentum, sed etiam per codicillos ut videre est in formis in calce descriptis, & ne dum in vita Papæ concedentis, sed omni tempore, per appositionem illius clausule, videlicet quando-**

33 **cunque tibi placuerit &c. vbi verbum quancumque, quod est verbum, distributiuum temporis, & multiplicatum significat, & dicit infinitatem, per Alexan. in l. tertia. ff. qui satis d. cogan. Bal. in l. si quis ad declinan. 11. colum. vers. restat dubium. C. de epif. & cler. licet etiam potest dici. quod gratia Papæ etiam re integra, & non mandata execu-**

34 **tionem, nunquam expirat eo mortuo. cap. si super gratia. de off. deleg. in 6. cap. si cui nulla. de præbend. & ibi per Franc. tertio nota. Rot. decis. 12. in no. de offi. deleg. Dec. conf. 407. id quod videtur factum ad tollenda hæc dubia quæ forsan oriri possent, pro qua materia vide Soci. dict. consil. 13. & Soci. Iun. dict. consil. 89. & etiam dict. consil. 512. & Bal. in præalleg. locis, & maxime in l. si quando. C. de inoff. testamen. vbi dicit quod concessio testandi libere, intelligitur iuris ordine, & solemnitate seruata, vnde si licentia sit concessa a Papa alicui testandi, ille in testamento uti habet solemnitate iuris canonici, quia ver-**

35 **bum prolatum a Papa interpretari debet & intelligi secundum ius canonicum, non secundum ius commune ciuile, ut extra de testamen. cap. cum esset. ut per eundem Bald. ibidem, & per Soci. Iun. in d. conf. 89. Bar. in l. prima quæst. 5. principali. C. de sacr. san. eccle. idem Bal. in addi. ad Specul. de libel. concep. vers. licet. Felyn. in cap. quam sit. de iudeis, nec credo etiam verum illud quod vidi allegari in casu isto, quod si a die concessionis licentiæ, vel priuilegij testandi effluerit spatium 10. annorum absque usu illius, qd sit amissa facultas priuilegij, per dicta. Bar. in l. prima. de nundin. Abb. & Fely. in cap. cum accessissent. de**

36 constituti, quia cum privilegium testandi, sit privilegium aliquid facere
37 di, tale privilegium nunquam perditur gloss. penultima in fin. cap. vt
38 privilegium. de privileg. Felyn. & Dec. in cap. cum accessissent. de
constit.

Et dixit Petrus de Anchar. consil. 305. incip. tres domini, quod licet Pa-
pa super bonis, & rebus ecclesiasticis habeat plenissimam potestatem,
39 tamen hoc est verum, cum apparet quod vult ea vti, sed vbi precedit
lex derogatoria voluntati suæ, prout in casu dict. cap. non liceat. non
valet eius dispositio contra illam legem, nisi de ipsa faciat mentionem,
ad not. in l. rescripta. & in l. vniuersa. C. de præcibus imper. offer. quia
tunc præsumitur moueri Papa cum causa secundum D. Anto. in dict.
cap. constitutus: quem sequitur Abb. colum. 3. mihi num. 15. Domini in
cap. primo. distin. 10. refert. Felyn. in cap. cum in ecclesiis. de con-
stit. colum. 13. Facit quod dicit Gig. de pensio. in quæst. 6. mihi nu-
me. 7. vbi dicit per docto. in cap. cum in ecclesiis. de constit. & per
ea quæ dicit Dec. in cons. 436. colum. 10. in 3. volum. quod Papa de
40 fructibus beneficiorum potest sine aliqua causa, immo pro libito suæ
voluntatis disponere, quia Papa habet dominium rerum ecclesiæ sicut
Christus, cuius ipse est vicarius Felyn. in cap. quæ in ecclesiis. num.
60. de constit. Paul. de Cast. cons. 414. primo volum. & licentiam tes-
tandi de huiusmodi, pro quantitate certa quotidie Papa concedit, non
41 solum particularibus personis, sed etiam collegijs militum siue officia-
lium Romanæ Curie: puta militibus Laurentanis, de Lilio, sancti Petri,
& sancti Pauli, & similibus, vt est videre in eorum officiorum erectionis
bullis. Item ex speciali privilegio & concessione Roman. Pontif. om-
nes Curiales, ac incolæ vbi bis possunt de omnibus per eos acquisitis pro
libito disponere, & illa etiam ab intestato relinquere per bullam Alexan.
6. sub datum. 1497. Non. Octobris. & Iulij III. sub datum 1549. 6.
Idus Martij anno primo, sub rubrica de reuocatione & cassatione ga-
beilarum, confirmatam, ac innouatam per Pium III. per suam consti-
tutionem Non. Februarij 1560. incip. bulla confirmationis, & bulla
Alex. VI. necnon Sixti Quarti, Leonis X. Iulij III. prædicti loquuntur
de bonis tantum existentibus Romæ, & in districtu vrbis. Sed Pius III.
in dicta sua constitutione videtur extendere ad bona in quibusuis pro-
uincijs extra urbem ultra montes, & maria existentia, in illis verbis bul-
læ declaran. eisdem Motu &c. tam statuta Iulij &c. super quo cogita
quia sensus videtur perplexus, & credo quod textus sit deprauatus, ta-
men verba videntur habere talem sensum, sed audio, quod in Romana
Curia in practica seruatur, quod bulla non extendatur ad bona extra
urbem, & districtum existentia, & verba illa bullæ, de bonis vbiuis lo-
corum.

corum &c. intelligi non in decedentibus in curia, sed in alijs priuilegia-
tis, & habentibus ius testandi per priuilegium a sede Apostolica, vt offi-
cialibus Romanæ Curie aut de illis, quæ specialiter licentiam testandi,
vel disponendi obtinuerunt, & dicit d. Quintilianus Mandosius in sua
praxi signaturæ gratiæ in rub. Licentia testandi & spoliatorum conces-
sio, quod si bona sint per ecclesiam, vel intuitu ecclesiæ acquisita, de illis
prælatus testari nõ potest nisi sit in casu bullæ Sixti: & Leonis, quæ sunt
in 6. lib. statutorum vbi bis, sub bulla potestatis testandi, & edificandi, vel
nisi sit ex officialibus Romanæ Curie quorum ratione officiorum suo-
rum, habent licentiam testandi, ceteri facultatem testandi impetrare de-
bent, quæ indifferenter conceditur: subdens idem Quintilianus, Car-
dinales an testari possint licentia non obtenta, & quid in Card. religio-
sis, & quid in secularibus, vide per Hostien. in summa de pæn. & re-
missio. §. cui confiten. vers. cui Card. vbi dicit quod sine licentia a Pa-
pa obtenta testari non possunt Cardinales per Bal. in l. si quando. C.
de inoff. testamen. Alexan. cons. 101. domini. volum. 7. per Hier. Al-
ber. in tracta. Cardin. quæstione 48. per glo. prag. rub. de num. & qua-
lit. Card. §. sint viri. vers. moribus. uide de hoc late per Barba. in tracta.
de præstan. Card. quæstione tertia & quarta basilica, per Hyer. Manste-
d. in tracta. Cardinal. decif. 128. Et Martin. Lauden. in eo. tracta. quæst.
52. sed quid si Cardinalis testatus sit de bonis ab ecclesia quæsitis & spo-
lijis, an præsumatur in tali testamento quod Papæ interuenit auctoritas,
& si adsit diuturnitas temporis in testamento, videtur præsumi Aretin.
cons. 36. Dec. cons. 409. Aymo. Crauet. de antiq. temp. 3. parte. §. vi
dimus versic. 7. num. 31. & quod Card. regularis non potest testari, ni-
si obtenta licentia a Papa Bal. in authen. licentiam. C. de episcopis &
cler. Bertachin. de episcopis. quarta parte. §. superest. & Cardinalis ex
bonis ex Cardinalatu acquisitis potest edificia in solo proprio construere
dicit glo. singularis in cap. Apostolicos 12. quæst. 2. Barba. d. tract. de
præstan. Cardin. q. 3. num. 14. Manfredus. eo tracta. decif. 135. con-
clauistæ quoque possunt de omnibus suis bonis, etiam ex fructibus bene-
ficiorum, aut alias per eos licite acquisitis mobilibus, & immobilibus,
ad quamcunque summam, & inter viuos quomodolibet disponere, be-
neficio bullæ Pij quarti eisdem concessio. 1559. 8. Idus. Ianuarij,
42 nec est dicendum, quod Papa faceret, si facere non posset, quia a Pa-
43 pa gesta a sancto gesta reputantur per Cardin. in Clemen. prima. de
probatio.
Et quia dicit Abb. dict. cap. cum esset, de testa. quod hoc non concedit, siue
non potest concedere Papa sine causa, est dicen. quod Papa huiusmodi
gratiam concedendo motus sit, vel propter merita clerici, cuius intuitu
P 2 facit

facit gratiam, vel propter subventionem parentum, aut consanguineorum, vel hæredum clerici in quorum favorem, vel beneficium gratia cedit, & aut redundat, aut redundare potest, quos clericus in vita de fructibus beneficij alere, & sustentare poterat, per Abb. & alios in cap. 44 inquirendum. de pecul. cler. aut alia iusta, & bona causa, ex quo concedit, & facit gratiam scienter, & de certa scientia, prout ex forma gratiæ apparet, vbi de summa & quantitate, & pro qua dispensat, & concedit apparet clare, licet de ea causi non appareat: quia dicit Cyn. in l. fina. C. si contra ius, vel vtil. & in l. rescripta. C. de præcib. Imper. off. quod semper præsumitur, quod papa sit motus ex causa rationabili, esto quod de illa non appareat, quem sequitur Abb. in cap. quanto. colum. 5. vers. 43 si tamen Papa, de iure iur. & in cap. cum in caus. secundo nota. de re iud. & per eundem in cap. constitutus. de religi. dom. colum. 1. num. 15. per Fely in cap. quæ in ecclesiarum de constit. colum. vigesima. vers. quinta conclusio.

Et licet istud procedit, quando Papa aliquid motu proprio disponit, & sit secus, quando aliquid facit ad instantiam partis, prout esse videtur in casu licentiæ testandi, vbi Papa mouetur ad preces porrectas, 46 & concedit supplicationibus inclinatus, vt ex forma apparet, quia tunc, si non apparet causa præsumitur potius ad importunitatem petentis, quam ex iusta causa rescribere, per ea, quæ addacit Lud. Rom. in cons. 437. incip. quod indultum Petri colum. 6. idem in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim. & Felyn. cap. quæ in ecclesiarum. præalleg. colum. 22. vers. limita quinto. tamen in casu licentiæ testandi, licet non ad sint verba motu proprio &c. nihil obstat, quia Papa loquitur bene informatus & ex certa scientia, quod facit præsumi Papam velle ita, vt rescripsit, & 47 disponit, secundum Bald. in l. omnes in princip. C. de quadrienn. præscrip. & quando Papa vel princeps loquitur de certa scientia, præsumitur, quod vtatur absoluta potestate. per glo in cap. ad hoc. in ver. elegerint. in fin. de rescript. Item ita disponendo videtur supplere omnem defectum solemnitarum. Rota decis. 234. incip. Papæ. in no. & quando facit de certa scientia, videtur Papa facere de plenitudine potestatis per Innocent. in cap. cum innotuit. de electio. Bal. in l. eos. in prin. 49 C. de appell. Bar. cons. 103. immo plus esse videtur, quod Papa faciat, & disponat de certa scientia, & scienter, quam si faciat cum clausula motu proprio per Fely. in cap. causamque el. 2. 4. colum. vers. 5. nota de test. dando ergo licentiam testandi clerico de rebus ecclesiæ, fecit 50 se cum causa bona & rationabili Papam arbitrari debemus, quia animus & actus Papæ semper in bonam, & non malam partem sumi, & interpretari debet per Felyn. in cap. ex parte de off. et pot. iud. deleg. Ga-

spar

spar de Perus. in tracta. de referu. ben. col. tertia. & nos de Papa, siue 51 de eius mente, vel intentione, vel facto iudicare non debemus, cuius ad Deum solum spectat iudicium capit. cum nunc autem. 21. distin. cap. auditu. secunda quæst. 5. cap. nemo. & cap. seq. 9. q. 3. quia non habet in terris hominem qui illum iudicare possit, nisi in crimine hæresis cum deprehenditur a fide deuius cap. si Papa. 41. dist. imo facta Papæ 52 excusantur, etiam si videantur iniusta cap. primo. 12. dist. quia licet Papa aliquid faciat, quod nobis videatur iniustum, nihilominus est iustum 53 23. q. 5. de liguribus, imo ipse solus potest facere, de aliquo, aliud, 54 argumen. de conse. distin. 11. cap. re vera. not. glo. in cap. venienti. de 55 tranlat. & de non iure Papa facit ius, & naturam rei immutare potest 3. quæst. 6. hoc quippe. l. prima in prin. C. de rei vxor. actio. & dicit Spec. in titulo de legat. §. nunc ostendendum. vers. secundus. quod Pa- 56 pa est vicarius Christi non puri hominis, sed veri Dei locum gerens in terris. capit. inter corporalia. de tranlat. prælat. in primo respon. cap. quinto. 1. respon. & cap. licet & cap. vnico. §. 1. vers. porro, vt eccl. benef. 21. dist. c. 1. capit. pro human. de homic. lib. 6. vnde omnia 57 regit & disponit, & iudicat, prout sibi placet, quæst. 2. capit. cuncta per mundum. & capit. per principalem. & habet plenitudinem potestatis, ad quam vocatus cap. ad honorem. de autho. & vsu pal. 11. quæst. sexta. cap. decreto. & cap. qui si scit. & dummodo contra fidem non veniat, in omnibus & per omnia potest dicere, quicquid placet, auferen- 58 do etiam ius suum cui vult, quia non est qui ei dicat, cur ita facis? 19. dist. in memoriam. de pænit. dist. 3. §. ex persona alias in cap. quamuis. nam apud eum est pro ratione voluntas, & quod ei placet legis habet vigorem, instit. de iur. nat. gen. & ciuili. §. Sed quod principi, idem Specul. ponit in tit. de dispensa. §. nunc breuiter: quod Papa potest in om- 59 nibus casibus dispensare: in quibus non reperitur a iure expresse dispositum contrarium, item tenet Hostien. in cap. rursus, qui cleri. vel v. uen. & Io. Andr. ibi dicit, quod semper est inhæren. opinioni quæ fa- 60 uet, non quæ detrahit summo Pontifici: ex quibus clarissima sequitur conclusio, quod clerici de redditibus ecclesiæ, ac de acquisitis ecclesiæ ex concessione, vel licentia Papæ possunt testari, & disponere: quia Papa attendit eius maxima auctoritate, vel potestate, quam habet in beneficijs, & beneficiorum fructibus, potest, pro libito suæ voluntatis 61 in fructibus cuiuslibet beneficij assignare pensionem alicui, etiam sine causa, etiam laico, & alias incapaci per not. in clem. prima. vt lit. pend. & per per ea quæ tradunt docto. in cap. cum in ecclesiarum. de constit. quia de fructibus beneficiorum potest ad libitum disponere. sequitur Dec. cons. 436. col. 11. tertio vol. quia in huiusmodi beneficialibus, est do-

P 3 minus

62 minus, & illius stat pro ratione voluntas per glos. in capit. si gratiose. de rescript. vbi Dominicus in verb. ad Rom. & in beneficialibus Pontifici omnia stant ad nutum amouibilia per Bald. in l. rescript. C. de precib. impe. offeren. Gig. in tract. de pensio. quest. 6. Facit quia gesta a Papa à sancto gesta reputari debent: quia Papa sanctus reputatur, & presumitur. Card. in clement. prima. de probation. l. prima in fin. C. de summa trinit. & fid. catholica: & est Christi non puri hominis: sed Christi Dei, & hominis Vicarius; Facit quia prohibitio testandi indicta clericis, videtur indicta de iure positio, vt apparet capit. ad hec. cap. quia nos. cap. relatum. de testamen. super quo iure habet plenariam potestatem Papa. imo stat pro ratione voluntas: secus esset, si esset de iure diuino, supra quod Papa regulariter videtur non posse dispensare, late per Abb. in cap. extirpanda. §. qui vero. de præbend. vnde Papa hanc licentiam testandi dispensa-

64 re potest etiam sine causa, quia in introductis a tali iure, Papa sine causa dispensat, nec in eo causa requiritur, quia sola eius voluntas pro causa habetur, imo potest tertio etiam non citato, nec audito, in istis sine causa præiudicare, per Felyn. Abb. & alios in dicto cap. quæ in ecclesiis.

65 siarum. de constitut. late per Caccialup. in trac. de pensio. questio. 29. & quest. 30. sed in hoc non est eundem per argumenta & mendicata suffragia, quia quotidie Papa monachis concedit facultatē testandi, quod videtur esse profecto multo plus, quia monachi maxime professi in ipso ingressu in monasterium, se, & sua dedicant Deo, de quibus dixit text. in authent. ingressi. C. de sacrosanc. ecclesi. ingressi monasteria ipso ingressu se, & sua dedicant Deo, nec ergo de his testantur, ut pote, nec domini rerum. quia etiam si adesset consuetudo monachus testari non potest, quamuis videatur, quod filiusfamilias stante consuetudine testari potuit argument. capitu. Raynutius, de testamen. & quod ibi notatur per Innocen. quia repugnat ratio & regula, & non potest testari monachus de iure respectu personæ, quia non habet velle, nec nolle.

66 & 2. questio. 1. capitu. non dicatis: item defectu bonorum: tam in habitu, quam in actu. capitu. cum monasterium. de stat. monachorum, tum etiam respectu, quia monachi non sunt sui iuris, sed sunt in potestate alterius: 6. questio. prima. de presentium. & dicto cap. non dicatis.

67 & qui est in potestate alterius, non habet testamenti factionem actiuā. l. qui in ff. de testamen. 1. 9. questio. 3. cap. quia ingredientibus, tamen istis non obstat. Papa istas habilitates tollendo, monachis licentiam testandi concedit, vt dicimus supra, & pluribus auctoritatibus probari potest adductis per Bald. in l. si quando. C. de inofficio. testament. post princip. ibi dum dicit, ex ista lege habes, quod si Papa concedit monacho. per eundem in authent. nisi. C. ad Trebellian. prope finem versic. quæro, quod si mo-

68 monachis. ubi firmat Papam posse concedere monacho professo potestatem testandi, & quamuis non exprimat specificè de professo, tamē de necessitate ita est intelligen. quia ante professionem absque aliqua Papæ concessionem potest testari. l. generaliter. C. de sacrosanc. ecclesi. tradiur in cap. benefic. de reg. iur. libro sexto. vbi per Ioann. Andr. in nouell. & per Iacob. de Bel. in authent. de monachis. §. si quis autem. Item probatur per eundem Bald. in l. certum. C. vnde legit. vbi dicit illud non est

69 dubium quod Papa potest concedere monacho testandi licentiam per not. in authent. si qua mulier. C. de sacrosanc. ecclesi. probatur auctoritate Angel. & Ioan. de Imol. in l. si seruus communis. ff. de stipu. seruo. qui prædictam opinionem videntur approbare, in quantum dicunt, quod si Cardinali, qui prius fuit regularis, qui non potest testari, a summo Pontifice testamenti factio conceditur, quod tale testamentum, si ex omissione alicuius solemnitatis non valet iure testamenti, nec etiam ualere iure codicillorum, quamuis in eo esset apposta clausula codicillaris, videlicet quod si non valet iure testamenti, valere debeat iure codicillorum, quia regula iuris consulti de qua in l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum, & in l. secunda. ff. de legat. primo. quæ vult quod qui potest testari, potest codicillari, habet locum in his, qui possunt testari de iure communi, secus ex priuilegio concessio per Principem uiuentem, & sic tacite sentiunt quod Papa potest ex potestate testandi licentiam concedere regularibus. idem tenet Franc. in rubric. de testament. sexta columna. Ias. & alij per eum adducti in authent. ingressi. C. de sacrosanc. ecclesi. vnde decima colum. Barb. in ca. cum in officijs. eod. de testam. colum. penultima Io. Baptista Caccialup. in trac. de pensio. q. 19. in fin. imo quod fortius videtur, sufficit licentiam Papæ de testando monacho concessa superuenire post testamentum conditum secundum Bal. in l. si. 9. colum. C. unde legi.

Sed in hoc si testamentum factum sit ante licentiam obtentam, an subsistat, & conualidetur per superuenientem licentiam, plura pro utraque parte adduci possent, & inter alia discutien. veniret an habilitas superueniens respectu alicuius actus, uel effectus producendi, ita operetur cum superuenit, sicuti si a principio adfuisset, sed tenendum est concessionem, licentiam, vel indultum tale respicere seu validare testamentum iam factum, prout in terminis nostris uoluit Alex. post Paul. de Castr. in l. vt militibus. in principio. C. de milit. testam. uoluit in simili Gemin. in cap. vni. col. secunda in principio. de excess. prælat. in sexto. indultum concessum fratribus de obseruantia Bononiæ, vt possent edificare ecclesias in monte, extendi ad ecclesiam iam ædificatam; & dixit Bald. in l. fin. C. de sentent. quæ sine cert. quantit. quod

si testator legat centum Bertæ maritandæ, & ipsa iam maritata erat tempore testamenti: quod sibi debentur illa centum per l. si iam facta. ff. de cond. & demonstr. Paul. de Castr. in l. si quis filio. §. irritum. ff. de inoffic. testam. vbi concludit, quod si data sit licentia alicui quod faciat molendinum in flumine publico, si ille habebat iam factum, potest illud retinere virtute illius concessionis, pro quibus vide Barba. c. constitutus. penul. colum. de rescript. Fel. in cap. quoniam. colum. 1. 2. de constit. Hyppolit. de Marfil. qui loquitur in proprijs terminis nostris in l. quæstionis habēda num. 45. & seq. ff. de quæstio. refert Quintilian. Mando. in prac. signaturæ licentia testandi.

Et in licentia testandi solet peti & apponi hæc derogatio, videlicet, non obstan. fal. recor. Alex. Papa vj. etiam prædecessoris nostri constit. disponente, tertiam partem bonorum de quibus per quascunque personas uigore quarumcunque facultatum concessarum testari, vel alias disponi contigerit, Cameræ apostolicæ pro illius necessitatibus applicare debere, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis &c. vnde posset dici, quod si reperitur licentia sine derogatione talis Alex. vj. constitutionis, quod tertia pars talium bonorum posset ab hæredibus testatoris per cameram peti: verum meis temporibus iste casus non accidit, ideo, in hoc consulo, quod aduertatur quid in hoc practiceretur in Romana Curia, sed non vidi breue, vel bullam sine dicta derogatione, vel sub anulo, vel sub plumbo de alijs clausulis, & formulis dictæ licentiæ testandi, vide Quintilianū d. loco, & per Stafil. in tracta. signaturæ fol. 187. vers. solet etiam per breue, & per Satn. in tracta. breuium. vers. facultas etiam testandi.

Sed huiusmodi licentia testandi obtenta non gaudent hodie prælati, vel clerici non residen. in beneficijs eorum, residentiam personalem requirunt, etiam quoad testamenta condita, vel dispositiones factas, quia tali obtenta gratia eos priuauit Pius Papa quartus per suam, quam edidit, bullam contra non residen. & in eorum odium, sub dat. Romæ 1564. vj. kalen. Decembris anno quinto. cuius tenor est infra descriptus. Didacus etiam Couarruias Doctor Hispanus vir doctissimus, in capitu. cum in officijs. de testamen. dicit, quod moribus receptum est, quod licentia testandi sit tantum necessaria episcopis, non autem alijs clericis, quia alij clerici possunt testari, & disponere sine licentia, id quod forte dicit dictus excellens vir Hispanus, quia ut audio à collectoribus Hispaniarum, in illis partibus non colliguntur pro parte reuerendæ Cameræ spolia per obitum clericorum, vel prælatorum inferiorum ab episcopo.

Et licentia accipitur & intelligitur, etiam passiuo modo, puta, non quando
testa.

testator aut disponens habet facultatem disponendi, sed quando disponitur in fauorem alicuius loci, vel personæ quæ per gratiam, vel priuilegium apostolicum fuit effectus habilis, & talis cui bona ecclesiæ, quæ alias essent spolia & Cameræ apostolicæ debita, valide possunt legari, & donari, & qui valide potest talia acceptare, & sua facere, veluti est Neapoli venerabile hospitale beatæ Mariæ Annunciatæ, & beatæ Mariæ Incurabiliū, quibus per priuilegium apostolicum diuersorum Rom. Pont. cōceditur quod clerici, & prælati possint in eorum fauorem, disponere de bonis a beneficijs, & ab ecclesijs prouentis: prout ego vidi bullas in forma Rom. Cur. expeditas, coram me pro parte dictorum venerabiliū hospitalium sæpe præsentatas in Curia Reuerendiss. Collectoris spoliatorū esse in viridi obseruantia.

Licentia testandi in forma sacre Pœnitentiariæ.

RAYNVTIVS miseratione diuina tituli Sancti Angeli presbyter Cardinalis. Dilecto in Christo Marco de Caluacantibus Archidiacono Cusentino salutem in Domino. Quia præsentis vitæ conditio statim habet instabilem, & quæ visibilem habent essentiam, tēdunt inuisibiliter ad non esse. Cum igitur salubri cogitatione præmeditans, diem peregrinationis extremum dispositione testamentaria præuenire desideras: hinc est quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate domini nostri Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali mandato super hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, tibi, vt de quibuscunque bonis tuis mobilibus, & immobilibus, iuribus, actionibus, obuentionibus, & emolumentis per te tuis proprijs labore, & industria, aut ex parentum, vel aliorum quorumcunque successoribus, aut alias vndecunque licite tamen acquisitis, ac acquirendis, quæ ad te omnino pertinere dignoscuntur libere testari valeas, ac de bonis mobilibus ecclesiasticis tuæ dispositioni, seu administrationi commissis, quæ tamen non fuerint altaris, seu altarium tibi commissorum ministerio, seu alicui spirituali earundem ecclesiarum diuino cultui, vel vsui specialiter deputata. Necnon de quibuscunque bonis ad te per ecclesiam, vel ecclesias tibi commissas, ac etiam immobilibus ex fructibus redditibus, & prouentibus ecclesiæ, seu ecclesiarum ipsarum illis parce vtendo pro tempore acquisitis, ac acquirendis pro decentibus, & honestis tui funetis impensis, ac remuneratione illorum, qui tibi viuenti seruerint, siue sint consanguinei, siue alij, iuxta seruitij meritum, moderate tamen, ac in quoscunque pios, & licitos vsus, etiam in extremis existens,

stus, & ultimam condendo uoluntatem, ac quotiescunque tibi uidebitur illam mutando, reuocando, & corrigendo disponere, conuertere, & erogare, ac causa mortis donationes facere, libere, & licite possis, & ualeas: prius tamen de redditibus, & rebus præfatis ære alieno, & his, quæ pro reparandis domibus, siue ædificijs consistentibus in locis dictarum ecclesiarum, seu beneficiorum deperditis ex culpa vel negligentia tua, vel procuratorum tuorum destructis, seu deterioratis, necnon restaurandis alijs iuribus earundem ecclesiarum, vel beneficiorum deperditis ex culpa, vel negligentia præfatis deductis, plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Quocirca discretis uiris Decano, & Cantori ecclesiæ Cusentinæ, & eorum cuilibet eisdem auctoritate, & mandato committimus, & mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios tibi in præmissis efficacis defensionis auxilio assistentes, faciant te facultate, & concessione huiusmodi pacifice frui, & gaudere, non permittentes de & super per loci ordinarium, aut alios quoscunque tam ecclesiasticos quam seculares iudices, & personas etiam Cameræ apostolicæ Commissarios quacunque, & apostolica auctoritate fungentes publice, uel occulte directe, uel indirecte, quouis quæsito colore, uel ingenio, contra præsentium tenorem quomodolibet indebite molestari impediri, aut alias inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuram ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo: Inuocato, etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, etiam prouincialibus, Synodalibus, necnon ecclesiarum in quibus beneficia prædicta forsitan fuerint statutis, & consuetudinibus cæterisque contrarijs quibuscunque, uolumus autem quod in earundem ecclesiarum bonorum dispositione; iuxta quantitatem residui, ac alias ecclesias ex quibus eadem perceperis taliter te exhibeas, prout conscientia tibi dictauerit, & animæ tuæ saluti uideris expediri. Dat. Romæ, &c. Præcedens forma licentiæ uidetur restricta ad uiam iuris, & iustitiæ, tamen ego uidi dari licentiæ per uiam sacræ Pœnitentiariæ in ampla forma gratiæ; prout uidi unam expeditam sub nomine Laurentijs Card. Sanctorum Quatuor. qui tunc erat summus Pœnitentiarius, quæ fuit mihi ostensa uti pulchra, & quæ sibi fuit uisa præter solitum mirabilis, ab Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Antonio Scarlato Episcopo Nolano sedis, & Cameræ apostolicæ Nuntio, & Collectori in Regno Neapolis sub Pio Quarto, uiro summi ingenij, eximie ingenuitatis, & bonitatis, ac denique omnium uirtutum præclaro, sub istis dispositiuis uerbis, uidelicet: tibi ut de quibuscunque, tam mobilibus, quam immobilibus bonis,

nis, per te ex industria tua, aut successione uel alias licite acquisitis: & in posterum acquirendis, etiam si de fructibus redditibus & prouentibus beneficiorum ecclesiasticorum huiusmodi per te pro tempore obtentorum, & obtinendorum existant, dummodo ecclesijs, uel beneficijs ipsi, uel alias diuino cultui deputata non sint, in consanguineos, uel affines, & amicos tuos, ac tibi inseruientes etiam in mortis articulo disponere, relinquere, & testari libere, & licite possis, & ualeas, tenore præsentium indulgemus plenam, & liberam concedimus facultatem, non obstant.

Licentia testandi ex forma literarum Apostolicarum.

PAVLVS Episcopus seruus seruorū Dei dilecto filio Antonio Annibale Canonico Neapolitano Salutem, & apostolicam benedictionem, Quia præsentis uitæ conditio statum habet instabilem, & quæ uisibilem habent essentiam, tendunt inuisibiliter ad non esse, cumque hoc salubri meditatione præmeditans, diemque peregrinationis extremum dispositione testamentaria desideras præuenire, nos te a quibusuis excommunicationis suspen. interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs cens. & pœnis à iure, uel ab homine quauis occasione, uel causa latis, si quibus quomodolibet inodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluen. & absolutum fore censentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi ut ultra pecunias, res, & bona quacunque per te ex successione parentum, uel consanguineorum, aut industria tua per te hactenus quomodolibet acquisita, & in posterum acquirenda, ac etiam præter illa omnia, & singula, de quibus, tam de iure communi, quam vigore quarumcunque facultatum, priuilegiarum, & indulgarum apostolicorum tibi pro tempore concessorum, & alias absque infra scripta facultate legitime disponere potes, & poteris in futurum, de quibuscunque alijs mobilibus, & immobilibus bonis, iuribus, actionibus, & alijs rebus quantumcumque preciosis, & quouis nomine nuncupatis, ac uerbilibet constitutis, & quocunque iure, modo, via, forma, causa, & occasione ad te nunc, & pro tempore spectantibus & pertinentibus cuiuscunque qualitatis, seu conditionis fuerint, & in quibuscunque rebus consistant etiam si illa, seu eorum pars ex prouentibus ecclesiasticis cathedralium, etiam metropolitan. ecclesiarum, & monasteriorum quorumcunque, aliorumque similium uel dissimilium beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, uel sine cura secularium, & quorumuis ordinum regularium quomodocunque, & qualitercumque qualificatorum per

te in

te in titulum, vel commendam, ac alias hactenus obtentorum, & in posterum obtinendorum, aut alia quavis occasione, causa, vel contemplatione ad te peruenierint, & in posterum peruenient, & qualitercumque, quomodocunque, & vnde cumque per te, acquisita fuerint, & acquirantur, ac quæ ad te pertinent, & in futurum quomodolibet pertinebunt, etiam si prouentus, & alia præmissa tempore dispositionis per te vigore presentium faciendæ, aut die obitus tui exacta nondum fuerint, sed penes illorum debitores, aut detentores reperientur, quorum omnium qualitates, quantitates, & denotationes, ac causas presentibus pro sufficien. expressis, & specificatis haberi volumus. etiam si talia forent, quæ in generali appellatione bonorum suppellectilium non venirent, vsque ad summam videlicet mille scutorum auri in auro per viam testamenti, nuncupatiui, seu inscriptis codicillorum, vel epistolæ, aut alio quouis modo prohibito tuæ voluntatis testari, seu donationis, tam inter viuos, quam causa mortis in quouis pios, & non pios, ac tibi quomodolibet visos vsus, & inter quascunque personas, etiam fratres, nepotes, filios naturales, spurios, incestuosos, ac alios legitimos etiam ex tuis proprijs lumbis procreatos, & procreandos, ac consanguineos, affines familiares, seruitores, amicos, & beneuolos tuos, & alias quascunque personas, collegia, communitates, & vniuersitates, ac alias quomodolibet incapaces quotiens, & quando tibi placuerit, & videbitur tam vnico contextu, quam successiue, & diuersis temporibus, ac alias, prout de bonis patrimonialibus disponere, & erogare libere, & licite valeas, liberam, & omnimodam licentiam, & facultatem auctoritate apostolica earundem tenore præsenrium concedimus: ac de pecunijs rebus bonis per te, & pro tempore acquisitis prædictis libere testari, ac tam inter viuos, quam causa mortis, prout tibi placuerit disponere posse, necnon testamentum, dispositionem, erogationem, & quicquid per te super præmissis fieri, & ordinari contigerit, vel iam forsitan ordinatum fuit, ac omnia, & singula inde quomodolibet sequuta, & quæ in futurum sequentur, etiam ex nunc, prout ex tunc, & e contra cum primum, & quoties sic vt profertur facta fuerint, dicta auctoritate confirmamus, & approbamus, illaque valida & efficacia fore, & perpetua roboris firmitate subsistere, necnon hæredes legatarios, & personas, etiam si spurij, vel filij tui illegitimi, incestuosi, aut alias quomodolibet incapaces fuerint, aliosque prædictos quibus bona, iura, res, & actiones huiusmodi, quouis modo hactenus reliquisti, aut in futurum relinques, ac executores, & alios, quibus negotium exequutionis vltimæ voluntatis tuæ, iam forsitan commi-

commisisti, & in posterum committes, ad tertiam, vel quamuis aliam partem per te relictorum, nobis aut Roman. Pont. pro tempore existentium, vel ecclesijs, monasterijs, alijsque beneficijs, ecclesiasticis prædictis per te pro tempore obtentis, seu eorum prælati, & rectoribus, quomodocunque nuncupatis, etiam pro quibusuis pijs vsibus, & vrgentissimis causis, etiam contra infideles, aut fabrica basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, seu ecclesiarum a quibusuis relictæ per te quomodolibet obtinuerint soluen. & præsentanda minime teneri, ac easdem præsentibus litteras sub quibusuis reuocationibus, limitationibus, seu modificationibus specialibus, vel generalibus, etiam per constitutiones per nos, & Roman. Pontif. tam prædecessores, quam successores nostros, aut sedem Apostolicam nunc, & pro tempore factas, nullo modo comprehendendi, sed semper ab illis exceptas fore, & esse, ac quoties ille reuocari, aut modificari, viderentur, toties in pristinum statum ex nunc, prout ex tunc, & e contra restitutas, & reintegratas fore, & esse perpetuo statuimus, omnesque alios, & singulos, tam iuris, quam facti, ac quorumcumque qualitarum, & solemnitarum tunc forsitan commissarum defectus, etiam si tales fuerint, de quibus specialis expressio specifica, & expressa mentio habenda esset & qui forsitan interuenerint in eisdem, suppletes, & quatenus te ab humanis nullo per te condito testamento decedere contingat, hæredes tuos, qui erunt tibi magis consanguinei tunc existant, alioquin affinitate coniunctos in omnibus, & singulis rebus iuribus actionibus pecunijs, & bonis tuis vsque ad summam prædictam mille scutorum auri in auro huiusmodi succedere eaque adipisci sic ab intestato, eo ipso peruenire posse, & debere, ac easdem præsentibus surreptionis, vel obreptionis, nullitatis, vel alio vitio, seu intentionis defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, sed validas, & efficaces existere, ac suos plenarios effectus sortiri, & sic in præmissis omnibus, & singulis, per quoscunque iudices, & commissarios quavis auctoritate fungen. etiam Cameræ Apostolicæ clericos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quavis instan. iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus a quoquam quavis auct. scienter, vel ignoranter attemptari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus: non obstant. quod fructus beneficiorum huiusmodi inexacti, personarum in ipsis beneficijs succedentium sunt, & esse debeant, ac alijs Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, nec non fe. rec. Alexandri Papa V I. prædecessoris nostri, tertiam partem bonorum eorum, quibus huiusmodi facultates testandi pro tempore conceduntur, & de quibus ipsi testati fuerint, ipsi Cameræ applicatam esse, & censeri debere disponen. litteris, ac quibusuis illarum innouationibus, ac

bus, ac etiam simul facultatum reuocationibus, & limitationibus etiam per quoscunque Romanos Pontif. prædecesores nostros, ac nos, & sedem prædictam forsan factis, necnon alijs Apostolicis, ac prouincialibus, & synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus ac ecclesiarum, & monasteriorum, seu aliorum regularium locorum: in quibus regularia beneficia huiusmodi existunt, vel erunt, & ordinum quorum illa extiterint iuramento, confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, vsibus, & naturis, priuilegijs, quoque indultis, & litteris Apostolicis illis illorumque superioribus, & personis alijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusquis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus clausulis ac irritantibus, & alijs decretis, etiam motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam concistorialiter, etiam iteratis vicibus, concessis, approbatis, innouatis, quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio habent. aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inferri forent presentibus pro sufficienter expressis habent. illis, alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum. anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quinto. tertio decimo kal. Septembris Pontificatus nostri anno primo.

Alia forma Testandi litterarum Apostolicarum.

P I V S Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Hieronymo titulo sanctæ Susannæ Presbytero Cardinali Seripando nuncupato salutem, & Apostolicam ben. Quia presentis vitæ conditio statum habet instabilem, & ea, quæ visibilem habent essentiam, tendunt inuisibiliter ad non esse, tuque hæc salubri meditatione præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremum, dispositione testamentaria desideras præuenire. Hinc est quod nos te, qui etiam ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini professus ecclesiæ Salernitanæ: ex concessione, & dispensatione Apostolica præesse dignosceris, specialis gratiæ fauore prosequi uolens, tuis in hac parte supplicationibus, inclinatus circumspectioni tuæ, ut

ut, ut de quibuscunque mobilibus, ac immobilibus bonis necnon pecunijs iuribus, & actionibus per te, tam ex tuis industria, & labore ac sanctæ Susannæ, quæ titulus tui Cardinalatus existit, & Salernitanæ, prædictæ aliarumque quarumuis Cathedralium, & Metropolitanarum ecclesiarum necnon quorumcunque monasteriorum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis ordinum regularium quæ ex quibusuis concessionibus & dispensationibus Apostolicis in titulum commendam, & administrationem ac alias, quomodolibet in posterum obtinebis, necnon quorumcunque fructuum reddituum, & prouen. ecclesiasticorum & pensionum annuarum super similibus fructibus redditibus, ac prouen. tibi etiam in posterum referuan. & signandorum ratione, quam al. as quomodolibet, & qualitercunque licite habitis & acquisitis, ac in posterum habent. & acquirendis seu alias tibi pro tempore donatis, vel quomodolibet concessis, & in posterum donandis, & concedend. ubicunque consistant, & esse reperiantur, ac cuiuscunque qualitatibus, quantitatis, etiam si iocalia quantumlibet præciosa, ac alias talia, quæ sub generali bonorum pecuniarum iurium, & actionum appositione non comprehendantur quæ omnia, & singula ac si specificè exprimerentur presentibus pro expressis haberi volumus usque ad quamcunque summam, & valorem, etiam si speciali nota digna & necessario propter sui magnitudinem, & importantia presentibus exprimi debuissent contentantur, tam donatione inter uiuos, & causa mortis: quam testamento, codicillis: fidei commissis, legatis, & quibusuis alijs ultimis voluntatibus, seu titulis semel, vel pluries simul, aut successiue prout uolueris, & tibi placuerit disponere illaque quibusuis consanguineis, & affinis, ac alijs etiam a iure prohibitis, & alijs incapacibus personis. necnon collegijs uniuersitatibus ecclesijs, & pijs locis, ac in quosuis pios, & non pios alias tum licitos usus donare, concedere, relinquere, legare, erogare obligare, & hypothecare libere, & licite valeas plenam, & liberam auctor. Apostolica tenore presentium concedimus facultatem. Ac ex nunc donationes, testamenta, codicillos, fideicommissa legata, & relicta concessionem erogationem, & obligationem & hypothecas huiusmodi, necnon quamcunque aliam, etiam ultimam tui voluntatem, & dispositionem, ac quicquid super præmissis per te fieri donari testari codicillari fideicommissi, legari, concedi, erogari, obligari, hypothecari, relinqui, & alias quouis modo ordinari contigerit, ex nunc, prout ex tunc ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine confirmamus, & approbamus omnesque & singulis iuris, & facti, ac quarumcunque solemnitatum, tunc forte omillarum defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem etiam

si ta-

si tales fuerint, de quibus specialis. & specifica mentio habenda esset eidem, auctoritate, & tenore supplemus, ac illa perpetua roboris firmitate subsistere, suosque plenarios effectus sortiri, necnon tuos donatarios heredes, & successores, ac alios, quibus negocium executionis tuæ ultimæ voluntatis commiseris, ad soluen. tertiam, vel aliam partem bonorum, aut aliorum per te relictorum Camera Apostolicæ aut nobis, vel alio Roman. Pont. successori nostro pro tempore existen. forsân pertinentem, seu in pios, vel alios vsus, etiam forsân contra infideles conuertendam minime teneri, nec super rebus bonis & iuribus per te, vt præfertur, vel alias quomodolibet pro tempore donatis concessis, relictis, legatis, & erogatis per dicti ordinis superiores, & personas, aut tuos in dictis sic obtinen. ecclesijs monasterijs, & alijs beneficijs successores, vel alios quoscunque quouis modo directe, vel indirecte molestari, vel inquietari, neque præsentis litteras de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis defectu notari vel impugnari posse: sed illas validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, nec sub quibusvis specialibus, vel generalibus similium, vel dissimilium facultatum, & gratiarum reuocationibus, suspensionibus, modificationibus, limitationibus, & derogationibus a nobis, & successoribus nostris Roman. Pontif. pro tempore existen. ac sede Apostolica pro tempore emanatis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas existere, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & etiam eo ipso de nouo sub data per te eligen. concessas fore, sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices, & commissarios etiam causarum Palatii Apostolici Auditores in quauis causâ, & instantia sublatâ eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere: ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attemptari contigerit irritum, & inane decernimus. Non obitan. litteris se. recor. Alexandri Sexti, per quas inter alia statuit, & ordinauit, quod tertia pars bonorum eorum, quibus huiusmodi facultates testandi, pro tempore concederentur, & de quibus ipsi testarentur, dictæ Camera applicaretur. Ac pie memo. Iulij tertij Roman. Pont. prædecessorum nostrorum, qua voluit, vt fructus redditus, & proventus mensarum ecclesiarum Cathedralium etiam metropolitan. ac monasteriorum, necnon canonicatum, & præben. ac dignitatum, personatum, administrationum, & officiorum, ac aliorum quorumcunque beneficiorum, ecclesiasticorum qui tempore obitus illa obtinen. non exacti essent, successorum in ecclesijs, monasterijs, canonicatibus, & præben. dignitatibus, personatibus

atibus, administrationibus, officijs, alijsque beneficijs huiusmodi fierent, ac quibusvis alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac Salernitan. prædictæ, aliarumque etiam in quibus beneficia huiusmodi forsân fuerint ecclesiarum. necnon monasteriorum & aliorum, etiam regularium locorum per te, vt præfertur pro tempore obtinendorum, ac ordinum quorum illa fuerint iuramento, confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis illis eorumque superioribus capitulis conuentibus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam quod tales facultates, quomodolibet concessas approbari, & innouari, &c. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis earumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret illorum tenotes, formas, & decreta, ac dat. ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita, obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienti, expressis habent. ac illis alias in suo robore permanens hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, confirmationis, approbationis, suppletionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Tertio decimo kalend. Aprilis. Pontificatus nostri anno secundo.

PAVLVS PAPA TERTIVS

Licentia testandi in forma Breuis.

Venerabilis Frater Salutem & Apostolicam Benedictionem. Quia præsentis vitæ conditio statum habet instabilem, & ea quæ visibilem habent essentiam, tendunt visibiliter ad non esse, tu hæc salubri meditatione præmeditans diem, tuæ peregrinationis extremum dispositione testamentaria desideras præuenire. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ vt de quibuscunque bonis mobilibus, & immobilibus, ac se mouentibus, & pecuniarum summis, ac rebus qui-

buscunque ad rem ex patrimonio: quam quarumcunque personarum
 successione, ac etiam industria, & prospera fortuna, & alijs quomodoli-
 bet non per ecclesiam licite acquisitis per te obtentis, & obtinendis, seu
 ad te quomodolibet nunc, & pro tempore spectantibus: quam etiam ex
 mensa episcopali ecclesie Boianen. cui praesse dignosceris, & quibusuis
 beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura secularibus, & quorumuis
 ordinum, regularibus, quae ex quibusuis concessionibus, & dispensationi-
 bus Apostolicis in titulum, & commendam, ac alias quomodolibet ob-
 tinuisti obtines, & obtinebis, ac pensionibus annuis super quibusuis fru-
 ctibus redditibus, & prouentibus ecclesiasticis tibi assignatis, & assignan-
 dis, ac similibus fructibus redditibus, & prouentibus, etiam loco pensio-
 nibus tibi concessis, & concedendis, ac alijs quomodolibet habitis, & ac-
 quisitis, ac habendis & acquirendis, aut tibi donandis ubiennique existi-
 tibus, & cuiuscunque quantitatis fuerint, dummodo per ecclesiam acqui-
 sita huiusmodi summam quingentorum ducatorum auri de Camera
 non excedant, quandoque tibi placuerit libere testari, & de illis im-
 pias, & non pias causas, etiam in parentum consanguineorum, & affi-
 nium, nepotum, ac etiam propriorum filiorum, aut seruatorum, etiam vi-
 tra seruitij meritum, & aliarum quarumcunque personarum, etiam peni-
 tus extraneorum, & incapacium, ac operum, & locorum quorumcunque;
 de quibus tibi videbitur, & placuerit commodum, & fauorem, etiam
 causa donationis interuiuos, aut testamenti, seu cuiuslibet vltimae volun-
 tatis, vel codicillorum, seu alio modo, de quo tibi videbitur pro libito-
 rae voluntatis ordinare, disponere, & erogare, simul, vel successiue, ac
 quoties tibi videbitur libere, & licite valeas plenam, & liberam auctori-
 tate Apostolica tenore praesentium, licentiam, & facultatem concedi-
 mus, & pariter indulgemus: districtius inhibentes quibusuis locorum
 ordinarijs, ac Camerae Apostolicae Collectoribus, Subcollectoribus, nec-
 non sedis Apostolicae Officialibus, ac quibuscunque alijs quauis facul-
 tate, & auctoritate, etiam Apostolica fungentibus, ne personas, opera, &
 loca huiusmodi desuper directe, vel indirecte quouis quaesito colore mo-
 lestare, impedire, aut inquietare, quoquomodo praesumant: ac decernen-
 tes testamenta, codicillos, donationes, & quasuis alias dispositiones huius-
 modi postquam facta fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ac
 plenum effectum sortiri, & inuiolabiliter obseruari, & sic per quoscun-
 que iudices, & commissarios quauis auctoritate fungen. sublata eis qua-
 uis aliter indicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari,
 & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his a
 quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attem-
 ptari, suppletentesque omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui for-
 san

an interuenerint in eisdem. Quocirca venerabilibus fratribus Caser-
 tan. & Ifernien. ac Allatinen. Episcopis, siue eorum in spiritualibus vi-
 carijs generalibus per praesentes committimus & mandamus, quatenus
 ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios executoribus a
 te super praemissis pro tempore deputatis, tuisque heredibus, & alijs,
 quorum intererit in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes,
 non permittant eos, vel eorum aliquem desuper contra testamentum,
 dispositionem, erogationem, & legata, ac alia in instrumentis desuper con-
 ficien. contenta vel eorum aliqua per locorum ordinarios, seu Collecto-
 res, vel Subcollectores praefatos, aut quoscunque alios, quauis authorita-
 te directe, vel indirecte, quomodolibet, impediri seu molestari, contradi-
 ctories quoslibet, & rebelles p censuras, & poenas ecclesiasticas, ac alia op-
 portuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, ac censu-
 ras, & poenas ipsas iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si
 opus fuerit auxilio brachij saecularis. Non obstantibus quibusuis Apo-
 stolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Concilijs & editis generali-
 bus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac praedictae Bo-
 ianen. & aliarum ecclesiarum in quibus saecularia, necnon regularium
 locorum, in quibus regularia beneficia huiusmodi forsan, seu a quibus
 ipsa regularia beneficia dependere contigerit, & ordinum, quorum illa
 extiterint statutis, & consuetudinibus, ipsorumque beneficiorum funda-
 tionibus, etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate
 alia roboratis, necnon quibusuis priuilegijs, & indultis, & litteris Apo-
 stolicis, & quod tertia, vel alia pars bonorum, de quibus vigore similium
 facultatum disponi contigerit, eo ipso Camerae Apostolicae pro eis ne-
 cessitatibus applicata sit disponentibus, quibus omnibus tenores illorum,
 ac si de verbo ad verbum infererentur praesentibus pro sufficienter ex-
 pressis habentes: quo ad praemissa specialiter, & expresse derogamus, con-
 trarijs quibuscunque, aut si ordinarijs Collectoribus, & Subcollectoribus,
 & officialibus praedictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim
 ab eadem sit sede indultum, quod interdicti suspendi, vel excommuni-
 cari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expres-
 sam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum
 Romae Apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 28. Octobris
 M. D. XXXVIII. Pontificatus nostri anno Quarto.

V. Regien.

F. de Torres.

Q 2 Licen.

*Licentia Testandi ex Registris Innocentij iij.
Innocentius, & c. P. Episcopo Portuen. & c.*

Cum provida deliberatione disponas de rebus tuis condere testamentum, a nobis humiliter postulasti, ut super hoc tibi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur tuo salubri proposito benignum impertientes assensum, presentium tibi auctoritate concedimus, ut de rebus tuis liberam secundum Deum facultatem habeas disponendi. Datum Romae apud Sanctum Petrum. ij. Non. Aprilis Anno Nono.

Bulla S. D. N. D. Pij divina providentia Papa Quarti Super Residentia Praelatorum, Parochialium, & aliorum curam animarum habentium, & residere debentium.

Pius Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam:

In Suprema militantis ecclesiae specula meritis licet in sufficientibus divi na dispositione constituti, cunctos non solum vigilantiae nostrae commisos dominicos greges, sed etiam singulorum pastorum suorum actus intensa nostrae mentis acie collustrantes, studium efficax, operamque sedulam ad hoc omnino statimus adhibere: ut quemadmodum operosum Sacri Concilij Tridentini. progressum, foelicemque exitum domino cooperante praestitimus; ita Sanctissima illius decreta, ipsorum praesertim qui in Apostolica sollicitudinis partem vocati sunt, Pastorum officium concernentia, non tepide, neque dissimulanter exequamur. Sane licet in Concilio praefato saluberrima fuerit ordinatione decretum, quod omnes, & singuli venerabiles fratres nostri, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & alij beneficiati, apud Ecclesias sponas suas residere teneantur; Nonnulli tamen, quod non sine animi nostri mœrore referimus a deo sui, gregumque quos olim deperditos, Saluator noster proprio sanguine redimere dignatus est, sibi creditorum obliti sunt, ut etiam nunc in Alma Urbe, vel alibi commorantes, & sacrosancta spiritualis matrimonij inter eos suasque ecclesias solemniter contracti iura confundentes, sponas suas in longa quasi viduitate relictas, ac praedictas ecclesias quomodocumque sibi concessas inuisere, & apud illas, ut probos, & providos patres familias decet, residere non curent, in perditionem animarum suarum, & subditorum suorum, ac perniciosum exemplum & scandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam alicuius, etiam

tiam temporalis poenae metu frangendam, seu commineendam esse censentes. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine, omnibus, & singulis, Patriarchis, Primatibus Archiepiscopis, & Episcopis praefatis, ac alijs quibuscumque etiam quavis auctoritate dignitate, gradu, vel praereminentia praefulgentibus, praedictas ecclesias in commendam, vel administrationem, aut alio quovis nomine obtinentibus, & alijs quibuscumque beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxta decreti super residentia in Concilio praedicto promulgati tenorem, personalem in suis ecclesijs residentiam facere teneantur, in virtute Sanctae obedientiae, & ultra poenas in dicto decreto Concilij contentas, etiam sub privationis eorum a regimine, & administratione ecclesiarum suarum, ac alijs nostro, & pro tempore existentis Roman. Pontificis successoris nostri arbitrio imponendis poenis, districte praecipiendo per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni mora cessante, in eisdem suis ecclesijs iuxta formam, & tenorem dicti Concilij personaliter resideant. Et nihilominus si quos mandato nostro huiusmodi, quod absit, non parere contigerit, ne etiam tales absentes melioris in hac parte conditionis quam caeteri in suis ecclesijs residentes existant, hac nostra perpetuo valitura sanctione per praesentes statuimus, & ordinamus, quod deinceps omnia, & singula mobilia, immobilia, etiam in urbe, vel eius districtu existentia, & se mouentia, res, & bona, iura, & actiones cuiuscumque qualitatis, quantitatis, & valoris, ac ubicumque locorum, consistant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscumque, etiam quavis auctoritate, dignitate, gradu, & praereminentia praefulgentes, ecclesias praedictas in titulum, vel commendam, siue administrationem, aut alio quovis nomine obtinentes, & alios quoscumque beneficiatos curam animarum habentes, qui extra praedictas Ecclesias, & dioeceses, etiam in Roman. Curia, aut alibi degentes, & iuxta decretum, & formam Concilij huiusmodi non residentes decesserint, pertinentia, & per illos suarum ecclesiarum, ac quorumcunque Monasteriorum, prioratuum, praepositarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura saecularium, & regularium quae illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, reddituum, & proventuum ecclesiasticorum; nec non pensionum annuarum sibi super similibus fructibus, redditibus, & proventibus referuatarum, & assignatarum occasione quaesita, etiam si facultatem specialem de illis, aut eorum parte testandi, & alias libere disponendi a nobis, & quibusvis alijs Roman. Pontificibus praedecessoribus, & successoribus nostris, etiam cum clausulis quod facultates huiusmodi reuocari nequeant, alijsque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum literarum

desuper confectarum de rebus, & bonis huiusmodi iamque dispositurint, tamquam spolia ad Camera Apostolicam legitime pertineant, liceatque dilectis filiis moderno, & pro tempore existenti Commissario nostro Generali, & suis, dictaque Camera deputatis, in euentum decessus huiusmodi, solitum inuentarium super rebus, & bonis prefatis conficere, illaque prout de reliquis clericorum spolijs fieri solet, ad dilecti filij nostri moderni, & pro tempore existents Generalis Thesaurarij manus redigere, dictaque Camera applicare, cuiusuis licentia desuper minime requisita. Ac facultates, & desuper confectas literas predictas, etiam motu, & scientia similibus, etiam in recompensam laborum, & obsequiorum, etiam nobis, & Ecclesie Romanæ, dictaque sedi impensorum, quomodolibet concessas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illarum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, in euentum obitus huiusmodi, etiam si in vrbe, aut eius districtu, vel alibi extra suas ecclesias, vt præfertur, contigerit, ex nunc prout ex tunc, & e contra, in dicta contumaciae pœnam eisdem potestatis plenitudine, & tenore reuocamus, cassamus, & annullamus. Ac tam eas, quam earum prætextu quomodolibet pro tempore condita factaque testamenta, codicillos, legata, donationes, & alias dispositiones quolibet, etiam ad pias causas, vel in remunerationem seruitiorum nulla, & inualida nulliusque roboris, vel momenti fore, neque quicquam contra presentium tenorem suffragari. Et sic per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales in quavis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Ac quicquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attemptari contigerit irritum, & inane decernimus. Per hoc autem nostris, & Romanæ Pontificum prædecessorum nostrorum, ordinationibus, reservationibus, & decretis quo ad prælatorum, & aliorum beneficiariorum, etiam in suis ecclesijs, aut diœc. residentium, & ibi decedentium, quæ etiam ampliamus, & extendimus ad habentes ecclesias in vrbs districtu, ibique residentes, & decedentes, spolia Camera Apostolicæ applicata, hætenus emanatis nullatenus præiudicare, neque quicquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, vt antea manere volumus, præterquam, quo ad eos qui in suis Ecclesijs iuxta formam prædicti Concilij, resederint, & specialem licentiam testandi habuerint, hanc enim tantum saluam eis esse volumus, ita vt generalis licentia testandi eis, quamquam residentibus, minime suffragetur, sed sola speciali, si quam habuerint, tueri se possint. Cæterum, vt præceptum, mandatum, statutum, ordinatio, reuocatio, cassatio, decretum, & alia præmissa, presentisque


atesque literæ ad eorum quorum interest notitiam dedicantur, nulliusque possit aliquam illorum ignorantiam prætere, vel excusationem allegare, sed illa perpetuo firma, & illibata permaneant, volumus, & mandamus, quod eadem presentes in Basilicæ principis Apostolorum de vrbe, & Cancellariæ nostræ valuis, ac Acie Campi Floræ per aliquem ex Curforibus nostris affixæ, copia illarum ibi dimissa, ab ea die omnes perinde ardeant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus præmissis, ac in fauorem curialium per sœ. re. Sixtum III. Leonem X. Iulium III. & quoscunque alios Roman. Pontif. prædecessores nostros, ac etiam per nos editis, & approbatis: Necnon alijs litteris, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri præcepti, mandati, statuti, ordinationis, reuocationis, cassationis, annullationis, decreti, ampliationis: extensionis, intentionis, & voluntatis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei: ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incutiturum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto. Septimo. kalen. Decemb. Pontificatus. Nostri Anno Quinto.

C. Glorietius.

Visa de curia M. de Enciso.

H. Cumin.

S V M M A R I V M.

- 1  *Lericorum alij seculares, alij regulares.*
- 2 *Regularium, alij mendicantes, alij non mendicantes.*
- 3 *Regularibus mendicantibus habere propria, regula prohibet.*
- 4 *Qui & quales sint mendicantes.*
- 5 *Fratres seruorum sanctæ Mariæ non connumerantur inter mendicantes. Religio clericorum societatis Iesu, inter mendicantes computatur.*
- 6 *Qui sint regulares non mendicantes.*
- 7 *Monaci sunt dicti ab vnitare.*
- 8 *Monaci regulariter intelliguntur Sancti Benedicti.*
- 9 *Regula fratrum minorum est fundata in arctissima paupertate.*

Q 4 10 Minores

- 10 Minores non possunt acquirere, nec in communi, nec in particulari.
 11 Frater minor habetur pro mortuo.
 12 Statutu' excludens feminas, non excludit si masculus sit de ordine minoru'.
 13 Frater minor est successione incapax, sicut damnatus in metallum.
 14 Fratres minores possunt capere legata pro alimentis.
 15 Fratres minores non possunt esse pro aliqua re in iudicio.
 16 Fratres minores non possunt accipere legatum annuu', quia habet aliquid proprietatis.
 17 Frater minor potest accipere legatum annuum pro expensis studij.
 18 Frater minor non est capax acquisitionis, etiam si promoueat ad episcopatum aut alias dignitates.
 19 Dignitas non liberat a substantialibus regula.
 20 Frater minor assumptus acquirat ecclesie, ad quam est assumptus.
 21 Frater minor assumptus ad Cardinalatum sibi non acquirat.
 22 Frater minor sibi non acquirat, etiam translatus ad monasterium capax.
 23 Assumptio non liberat quem a voto.
 24 Frater minor, assumptus potest acquirere ex privilegio Papae.
 25 Vbi eadem ratio: ibi idem ius statuitur.
 26 Frater minor bene potest dispensari ad succedendum.
 27 Dispensatus ad succedendum videtur capax: tam ex testamento, quam ab intestato.
 28 Nihil habens, nihil dare potest.
 29 Fratri minori succedunt consanguinei statim facta professione non expectata morte.
 30 Regula fratrum minorum non potest glossari.
 31 Legata, & hereditates relictae fratribus minoru', solvantur officio iudicis.
 32 Duplex ratio, quare ad relicta fratrum minorum subuenitur tali officio.
 33 Anima est cunctis rebus preferenda.
 34 Pium est illius adimplere voluntatem, qui loqui non potest.
 35 Quilibet de populo agere potest ad legata ad pias causas.
 36 Fratres conuentuales, & fratres de obseruantia, habent se diuersimode.
 37 Conuentuales possunt habere propria.
 38 Si frater de obseruantia transeat ad Conuentuales, non gaudet privilegio conuentualium.
 39 Fratres Prædicatores sunt incapaces ad acquirendum, item ad retinendum.
 40 Fratres Prædicatores sunt mendicantes.
 41 Fratres Prædicatores de consuetudine possunt acquirere, non vt retineant.
 42 Forma professionis fratrum Prædicatorum.
 43 Fratres Prædicatores possunt habere bona in communi ex consuetudine, & etiam ex privilegio.

- Vsus precij, non vsus predij, stat cum mendicitate.
 45 Precium non predium usu consumitur.
 46 Esse non dicitur quod non durat.
 47 Monasterium succedit professo.
 48 Fratres Prædicatores non habent actione: sed imploratur officiu' iudicis.
 49 Rei vendicatio competit dominium habenti.
 50 Vbi eadem ratio ibi idem ius.
 51 Fratres Prædicatores possunt succedere in bonis temporalibus privilegio Clementis Quarti.
 52 Fratres heremitani sunt mendicantes, sed privilegio Alex. iij. possunt acquirere in communi.
 53 Fratres heremitani non possunt succedere in feudalibus.
 54 Consuetudo obuians canoni est irrationabilis.
 55 Secundum canones omnes professi habent seruare, vel regulam Sancti Benedicti, vel Sancti Augustini.
 56 Non valet consuetudo contra canones præceptiuos, vel prohibitiuos.
 57 Fratres Carmelita habent idem privilegium, quod fratres heremitani.
 58 Non mendicantes non possunt acquirere sibi in particulari.
 59 Monaci possunt acquirere in communi.
 60 In feudalibus religiosi non succedunt.
 61 Religiosi non succedunt in illis, quae non possunt pertinere: nisi ad heredes sanguinis.
 62 Monasterium potest succedere in illis: quae possunt teneri extra sanguine.
 63 Hereditas delata monacho, aditur per monasterium inuito monacho.
 64 Hereditas non delata, nec repudiata, transmittitur per monachum morientem ad monasterium.
 65 Monasterium habetur loco filij.
 66 An cistercienses possint possidere.
 67 Conuersi possunt sibi acquirere.
 68 Monasteria succedunt in bonis delatis conuersis.
 69 Heremita possunt sibi acquirere.
 70 Vide an moniales possint acquirere.
 71 Monacho non tacite, nec expresse professo, succedunt consanguinei.
 72 Vide quomodo istud limitatur, vel intelligat per plures casus enumeratos.
 73 Professo habenti filios ab intestato succedit monasterium filijs legitima remanente.
 74 Item eadem legitima remanet parentibus.
 75 Legitima per patrem, vel filium professum, debetur emissa professione.
 76 Monachus vagans apostatando, non recuperat bona monasterio acquisita.
 77 Qua vagans acquirat monachus, acquirat monasterio.

- 78 Monasterium debet reuocare vagantem.
 79 Si monasterium negligit reuocare vagantem, interim acquisita per eum, non cedunt monasterio.
 80 Translato monacho ad aliud monasterium, quando acquisita remaneant ad primum & quando vadunt ad secundum monasterium.
 81 In acquisitis ex beneficijs, & ex illicite negociatis per quem regularis succedit Camera Apostolica.

§. ad maiorem.

- 1 Clerici possunt habere bona multiplici modo.
 2 Clerici de iure antiquo non poterant, habere bona particularia.
 3 Postea autem constitutum fuit, vt haberent.
 4 Non valet statutum excludens clericos a successione.
 5 Species bonorum: quas possunt habere clerici.
 6 Concubinatus magis prohibitus clericis; quam laicis.
 7 Filij ex concubina non succedunt clericis in illis duabus vncijs de iure civili inductis.
 8 Clerici possunt contrahere matrimonium ante & post ordines minores.
 9 Constitutus in sacris est interdictum matrimonium.
 10 Non existentibus descendens succedunt ascendentes & collaterales.
 11 Deficientibus descendens ascendens & collaterales ad decimum gradum clerico succedit ecclesia.
 12 Genera, & qualitates fructuum ecclesiasticorum.
 13 In fructibus ecclesia, vel in acquisitis de fructibus, non succedunt consanguinei, sed successor in beneficio.
 14 In locum successoris, & ecclesia in spolijs, hodie est successa Camera.
 15 Clerici habent bona triplicis generis.
 16 In fructibus non recollectis succedit ecclesia.
 17 Vide per quinque casus, quis succedat clerico post fructus a solo separatos.
 18 Vide constitutionem Iulij super fructibus inexactis.
 19 Vide quis succedat in fructibus commenda.
 20 Camera Apostolica est subrogata in locum successoris.
 21 Vide quis succedat in distributionibus quotidianis.
 22 In distributionibus quotidianis videntur succedere consanguinei et ab intestato.
 23 Vide multa circa hoc in contrarium.
 24 In fructibus pensionum, & in fructibus reseruatjs succedunt consanguinei.
 25 Acquisitum ex pensione non dicitur acquisitum ex beneficio.
 26 Pensio potest assignari, etiam laico.
 27 Pensionarius non tenetur dicere officium.
 28 Usufructuarius fructus quasitos ad heredes transmittit.

- Pensio videtur assignata pro alimentis.
 30 Decedens transmittit ad heredes ius exigendi alimenta non soluta.
 31 Termini pensionum non exacti exiguntur ab heredibus ab intestato.
 32 Fructus lucratij per pensionarium sunt proprii.
 33 Acquisita ex artificio transmittuntur ad heredes ab intestato.
 34 Per artificio clericus licite sibi victum parat.
 35 Quare clericus non potest locare operam suam per totum diem.
 36 Habens beneficium licite exercet etiam aliquod artificio.
 37 Vide quid sit artificio.
 38 Non est licitum artificio clerico, quando ei ecclesia sufficit.
 39 Clericus egens, iustas negociationes facere potest.
 40 Quis dicatur honeste, vel inhoneste negociari.
 41 Causa lucri, cupiditatis, et auaricie negociari non licet.
 42 Negociatio que non fit lucri causa, non est prohibita.
 43 Non est prohibitum lucrum, quod prouenit ex opera, aut rebus clericorum.
 44 Est licitum negociari clerico necessitate suadente.
 45 Quando sit licitum clerico negociari.
 46 In acquisitis ex doctrina, succeditur clerico ab intestato.
 47 Acquisita ex doctrina, & patrimonialia, quoad successionem, equiparantur.
 48 Clericus in minoribus non habens beneficium sufficiens, potest per aduocationem sibi acquirere.
 49 Idem potest, & diaconus.
 50 Clericus in minoribus beneficiatus, equiparatur clerico in sacris.
 51 Clericus potest aduocare nedom pro victu, sed pro lucro.
 52 Clericus habens beneficium, licite exercet etiam artificio, & doctrinam.
 53 Clerici non sufficienter beneficiati, possunt esse tabelliones.
 54 Religiosi non aduocant, nec procurant.
 55 Acquisita ex seruitijs, & officijs vadunt ad heredes ab intestato.
 56 Acquisita ex seruitijs sunt acquisita intuitu personae.
 57 Clericus vt Capellanus, & pro missis dicendis sibi acquirit.
 58 Ratio quare clericus acquisitum promissis faciat suum.
 59 Quando relictum clerico, vel parrochiali intelligatur relictum intuitu ecclesie, vel personae.
 60 Acquisita ex officijs per clericum, sunt quasi castrensia, & vadunt ad consanguineos.
 61 Quaeunque acquisita ex officijs, vadunt ad consanguineos.
 62 Non sunt mutanda, quae certam habuerunt semper consuetudinem.
 63 De consuetudine possumus succedere clerico in acquisitis intuitu ecclesie.
 64 In acquisitis ex illicite negociatis succedit Camera.

§. deueniendo.

De successione Clerici ab Intestato regularis, vel secularis.

QVÆSTIO VIII.



D maiorem declarationem, & intelligentiam materia, volui annexere quaestionem de successione clerici ab intestato, quia id non fore extra-propositum putavi, ut defectus qui forsan in antedictis interuenerint, possit aliquantulum per infra dicenda suppleri.

Et omisso de successione actiua, id est, quomodo clerici, alijs succedant, quia non est ad rem nostram, de passiuâ tantum dicam successione, videlicet quomodo clericis succedatur, quia est materia nostra. Et quia clericorum duo sunt genera, quia alij videlicet sunt clerici regulares, alij vero sunt clerici seculares, cum dictum fuerit de regularibus, deuenimus secundo loco ad dicendum de secularibus.

Et primo est dicendum quod clericorum regularium duo sunt genera, quia videlicet, alij sunt regulares mendicantes, alij regulares non mendicantes, & regulares mendicantes sunt illi, quibus ad congruum sustentationem redditus, aut possessiones habere professio, super regula quaelibet interdicit, sed per quosdam tribuere victum solet incerta mendicitas. cap. unico. de relig. dom. lib. sexto. quales sunt fratres Prædicatores, Minores, Heremitani, & fratres Carmelitæ, licet de Carmelitæ dubitet Lap. alleg. sua 45. & alleg. quarta. fratres autem Seruorum sanctæ Mariæ Ioan. Andr. in dict. cap. vnic. dicit, quod non connumerantur inter mendicantes, quia per Benedictum Vndecimum fuit anno sui Pontificatus primo declaratum, eos non comprehendere inter mendicantes, & dicit quod sibi constitit de dicta declaratione.

Et merito ita debuit declarari, quia nec regula, nec constitutiones arctant eos ad mendicandum, licet aliquando de facto mendicent, id quod sequitur Gaspar de Calder. in cons. suo. 17. quod incipit an ordo. Hodie tamen prout testimonio fide digno accepi, a summo Pontifice nostro sanctissimo & religiosissimo Pio Quinto declaratum est, ipsos esse mendicantes, & ea propter contribuendum pro seminariis expensis in regno Portugallie non teneri, simulatque declarauit, concessionem a sua Sanctitate nuper factam in fauorem ordinis mendicantium, super interpretatione aliquot capitum Concilij Tridentini, & super exemptione subsidiorum & contributionis etiam Seminarijs, ipsos

Serui-

ritas comprehendere.

Et insuper silentio prætermittendum non putavi, quod religio clericorum Societatis Iesu, etiam ipsa inter ordines mendicantium censeri debet & annumerari, id quod aptissime cum ex eius, tum instituto, tum etiam constitutionibus quæ in publica & authentica forma vidi, mihi per admodum R. P. D. Ferdinandum Solieres iur. vtr. Doctorem excellentissimum, virum candidis moribus, & summæ dexteritatis in tractandis negocijs dicti ordinis procuratorem generalem ostensa, neque priuatim neque in communi possunt pro societatis sustentatione, aut vsu, ad bona aliqua stabilia, prouentus, vel introitus aliquos, ius aliquod ciuile acquirere, sed contenti esse debent vsu tantum rerum sibi ex elemosyna donatarum, quamuis possint pro studentium comoditatibus collegia habere, bonis etiam stabilibus dotata, quibus tamen bonis ipsi studentes ipsisque inseruientes, non tamen ipsius societatis professi sustentari possunt. Quod quidem verissimum est de iure, cum, ut supra diximus, mendicantes sunt illi qui redditus vltos, neque in particulari, nec in communi habere possunt, sed ex incertis elemosynis viuunt. cap. primo. de relig. dom. lib. 6. vbi omnes doctores.

Alia species clericorum regularium non mendicantium, sunt veluti regulariter omnes monachi, & omnes canonici regulares. & monachi vocabulo proprie sumpto, possunt dici illi, qui virtute regulæ, stant solitaria in monasterio, nec immiscunt se prædicationibus, nisi habeant administrationem, dicuntur enim monachi a solitudine & vnitæ, & secundum communem vsu loquendi, appellamus communiter monachos illos, qui sunt de ordine sancti Benedicti, habentes bona in communi, alios vero appellamus fratres mendicantes, per Abb. in cap. causam quæ. extra. de iud. vers. additio Nicolai.

De successione fratrum minorum nihil est quod dicamus, nam cum ipsorum regula, ordo, constitutio, & professio, sint fundatæ in arctissima paupertate per text. in cap. exijt qui seminat. §. ad hæc. de verbo. signifi. in 6. in Clemen. exiui de paradiso. §. quia ergo, & §. cumque annui redditus. & per text. in extrauagan. ad conditorem canonum. de verb. signifi. Ioan. 22. ibi nihil sibi approprient, neque domum, neque locum, neque rem aliquam aliam sui ordinis professores, &c. non videntur quicquam posse acquirere, nec in communi, nec in particulari, nec per viam successionis qua alteri succedant, nec alias quouismodo, quia eis videtur interdictum habere propria, quia eo ipso quod profitentur, renuntiant omnibus rebus mundi, & est magis præcisa renuntiatio, quæ possit inueniri, quia habentur penitus pro mortuis ut

per

- 11 per Bal. in authen. ingressi. C. de sac. san. eccles. in fin. vbi dicit quod stante statuto, quod masculus excludat foemina a successione, quod foemina non excluditur, si masculus sit de fratribus minoribus, quia
- 12 est sublatu de medio: quia dicit Socin. in l. si cognatus. secundum Ioan. de Imola: quod frater minor efficitur omnino incapax ad succedendum, sicut damnatus in metallum, & dicit Bart. in l. legatum. ff. de cap. dimi. quod fratres minores non possunt habere in proprio, vel in communi, tamen legata eis pro alimentis possunt capere, quia potius in facto, quam in iure consistunt. Sed cum isti pro nulla re temporalis in iudicio esse possunt, quis petit (inquit) istud legatum, dixi in libello minoritarum, legatum tamen in annos singulos, seu legatum annuum habere non possunt, quia aliquid proprietatis habet. Abb.
- 16 tamen in consil. 46. tenet quod frater minor est capax annui legati pro expensis studij, & quod pro alimentis possunt capere, tenet Bart. in l. seruos ad custodiam. ff. de alim. & cibi lega. Bald. in l. prima. ff. de his qui ad liber. prouen. Imola. & Lud. in l. Sticum. §. stipulatio. in principio. ff. de verbo. obliga. Immo non videtur frater minor capax alicuius acquisitionis, aut successione, etiam si promoueat ad Episcopatum, Archiepiscopatum, aut alias dignitates, vt not. in Clemen. fin. de electio. in cap. quorundam. eo. rit. lib. sexto. quia dignitas non liberat eum a substantialibus regulæ, per glo. dict. cap. quorundam.
- 19 in ver. mendicantium. quia bona, quæ obuenirent ipsi fratri minorum iam assumpto, non acquirerentur ipsi, sed ecclesiæ, ad quam fuit assumptus.
- Idem dicendum, si assumatur, ad Cardinalatum iuxta doctrinam Bald. in
- 21 authen. licentiam. C. de episcopis, & cleric. & idem si esset translatus ad monasterium capax ad habendum proprium, quale est monasterium monachorum, & canonicorum regularium, de quibus in cap. cum ad monasterium, de stat. regul. vt monasterium succedat, adeo, quod si ante assumptionem, vel translationem prædictas fuisset sibi delata hæreditas, quam non adiuit, posset hodie ecclesia, vel monasterium adire, dummodo res sit integra, hoc est: quod non fuerit agnita per consanguineos sequentes in gradu. per Bart. in authen. ingressi. C. de sac. sanct. eccle. per Bald. in l. Deo nobis. C. de episcopis. & cleric.
- 23 quia assumptio non liberat eum a voto, vel continentia paupertatis, per glo. cap. tertio. 16. quæstio. 1. nec ab habitu, siue professione. 16. quæstio. fina. cap. noua actio, qualiter hodie tempestate nostra videmus Illustrissimum & Reuerendissimum D. Clementem Dolera Monelianum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem sub titulo Sanctæ Mariæ in Aracæli nuncupatum patriæ meæ splendorem, & patronum meum,

ince-

- edere in habitu, & colore suæ Religionis fratrum Minorum, de quorum gremio ob præclaras eius virtutes fuit ad apicem Cardinalatus tempore felicis record. Pauli Quarti assumptus, & promotus, & Illustrissimum & Reuerendissimum D. Michaellem Chislerium, tunc vulgo dictum Cardinalem Alexandrinum, nunc vero Papam Pium quintum ad Apostolatus apicem vere diuina non humana prouidentia, pro bono totius mundi regimine assumptum, retinuisse habitum suæ religionis fratrum Prædicatorum: nisi tamen ad acquirendum, vel succedendum fuerit capax frater minor sic assumptus ex priuilegio Apostolico, Cuius tenor, & verba tunc essent attendenda. cap. porto. de priuileg. & cap. recepimus. qualiter assumptis, & promotis ad Cardinalatum euenire puto, quia tunc secundum eorum tenorem esset iudicandum. cap. cum & plantare. & cap. petitis de priuilegijs, & cap. accepimus. de fid. instrumen. & si eis priuilegium daret, quod sibi posset acquirere, vel alijs succedere, tunc de eo dicendum erit, seruata forma sui priuilegij, quod dicemus infra in fructibus beneficiorum, & alijs rebus pro clerico seculari suo loco, quamuis regulariter, si ex priuilegio possent acquirere, vel possidere, succederet eis monasterium, sicut succedit religiosi non mendicantibus, in quibus est eadem ratio,
- 25 ergo idem ius venit statuendum, l. si socer. ff. solu. mat. & de damno
- 26 in fe. l. hoc amplius. quia bene potest dispensari frater minor ad succedendum, vt per Socin. in l. si cognatus. de rebus dub. colum. quarta. §. sexta conclusio, vers. ex quo infertur. vbi videtur dicere, quod capax factus ad succedendum ex dispensatione Papæ, videtur capax, tam ex testamento, quam ab intestato, vnde cum nihil sibi acquirat, aut acquirere possit regulariter frater minor, nec per viam beneficiorum, vel dignitatum per eum adeptarum, aut per viam successione, nihil est, quod dicamus, aut quæramus de illius successione, quia, qui nihil potest acquirere, nihil potest relinquere, & qui nihil habet, nihil dare potest cap. Daibertum. 1. quæstio. 7. quia in bonis eius patrimonialibus que ingrediens ad religionem relinquit mundo, succedunt ei consanguinei, qui ei succederent, si nunquam esset religionem ingressus. dict. cap. exit qui seminat. & authen. ingressi. & extrauag. Ioan. Vigefimi secundi ad conditorem. de verbo. signifi. vbi renunciatur reseruatiõni iuris quam fecerat Nicolaus Papa quartus in bonis oblati, aut qualitercunque ipsis f. attribus Minoribus obuenientibus in fauorem Romanæ ecclesiæ, vt per Gaspar. Cald. in cap. in præsentia. de probatio. & succedunt eis consanguinei statim facta professione, non autem expectata morte naturali per nota. cap. beneficium. de reg. iur. in sexto. & dicit Bald. in authen. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. quod regula fratrum minorum est

- 11 per Bal. in authen. ingressi. C. de sac. san. eccles. in fin. vbi dicit quod stante statuto, quod masculus excludat feminam a successione, quod femina non excluditur, si masculus sit de fratribus minoribus, quia
- 12 est sublatu de medio; quia dicit Socin. in l. si cognatus. secundum Ioan. de Imola: quod frater minor efficitur omnino incapax ad succedendum, sicut damnatus in metallum, & dicit Bart. in l. legatum. ff. de cap. d. mi. quod fratres minores non possunt habere in proprio, vel in communi, tamen legata eis pro alimentis possunt capere, quia potius in facto, quam in iure consistunt. Sed cum isti pro nulla re temporali in iudicio esse possunt, quis petit (inquit) istud legatum, dixi in libello minoritarum, legatum tamen in annos singulos, seu legatum annuum habere non possunt, quia aliquid proprietatis habet. Abb. tamen in consil. 46. tenet quod frater minor est capax annui legati pro expensis studij, & quod pro alimentis possunt capere, tenet Bart. in l. seruos ad custodiam. ff. de alim. & cibi lega. Bald. in l. prima. ff. de his qui ad liber. prouen. Imola. & Lud. in l. Sticum. §. stipulatio. in principio. ff. de verbo. obliga. Immo non videtur frater minor capax alicuius acquisitionis, aut successionis, etiam si promoueatur ad Episcopatum, Archiepiscopatum, aut alias dignitates, vt not. in Clement. fin. de electio. in cap. quorundam. eo. tit. lib. sexto. quia dignitas non liberat eum a substantialibus regulæ, per glo. dict. cap. quorundam.
- 19 in ver. mendicantium. quia bona, quæ obuenirent ipsi fratri minorum iam assumpto, non acquirerentur ipsi, sed ecclesiæ, ad quam fuit assumptus.
- Idem dicendum, si assumatur, ad Cardinalatum iuxta doctrinam Bald. in
- 21 authen. licentiam. C. de episcopis, & cleric. & idem si esset translatus ad monasterium capax ad habendum proprium, quale est monasterium monachorum, & canonicorum regularium, de quibus in cap. cum ad monasterium, de stat. regul. vt monasterium succedat, adeo, quod si ante assumptionem, vel translationem prædictas fuisset sibi delata hæreditas, quam non adiuit, posset hodie ecclesia, vel monasterium adire, dummodo res sit integra, hoc est: quod non fuerit agnita per consanguineos sequentes in gradu. per Bart. in authen. ingressi. C. de sac. sanct. eccle. per Bald. in l. Deo nobis. C. de episcopis. & cleric.
- 23 quia assumptio non liberat eum a voto, vel continentia paupertatis, per glo. cap. tertio. 16. quæstio. 1. nec ab habitu, siue professione. 16. quæstio. fina. cap. noua actio, qualiter hodie tempestate nostra videmus Illustrissimum & Reuerendissimum D. Clementem Dolera Monellianum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem sub titulo Sanctæ Mariæ in Araceli nuncupatum patriæ meæ splendorem, & patronum meum,
- in-

- edere in habitu, & colore suæ Religionis fratrum Minorum, de quorum gremio ob præclaras eius virtutes fuit ad apicem Cardinalatus tempore felicis record. Pauli Quarti assumptus, & promotus, & Illustrissimum & Reuerendissimum D. Michaelem Chislerium, tunc vulgo dictum Cardinalem Alexandrinum, nunc vero Papam Pium quintum ad Apostolatus apicem vere diuina non humana prouidentia, pro bono totius mundi regimine assumptum, retinuisse habitum suæ religionis fratrum Prædicatorum: nisi tamen ad acquirendum, vel succedendum fuerit capax frater minor sic assumptus ex priuilegio Apostolico. Cuius tenor, & verba tunc essent attendenda. cap. porto. de priuileg. & cap. recepimus. qualiter assumptis, & promotis ad Cardinalatum euenire puto, quia tunc secundum eorum tenorem esset iudicandum. cap. cum & plantare. & cap. petitis de priuilegijs, & cap. accepimus. de fid. instrumen. & si eis priuilegium daret, quod sibi posset acquirere, vel alijs succedere, tunc de eo dicendum erit, seruata forma sui priuilegij, quod dicemus infra in fructibus beneficiorum, & alijs rebus pro clerico seculari suo loco, quamuis regulariter, si ex priuilegio possent acquirere, vel possidere, succederet eis monasterium, sicut succedit religiosis non mendicantibus, in quibus est eadem ratio,
- 25 ergo idem ius venit statuendum. l. si focer. ff. solu. mat. & de damno
- 26 inte. l. hoc amplius. quia bene potest dispensari frater minor ad succedendum, vt per Socin. in l. si cognatus. de rebus dub. colum. quarta. §. sexta conclusio, vers. ex quo inferitur. vbi videtur dicere, quod capax factus ad succedendum ex dispensatione Papæ, videtur capax, tam ex testamento, quam ab intestato, vnde cum nihil sibi acquirat, aut acquirere possit regulariter frater minor, nec per viam beneficiorum, vel dignitatum per eum adeptarum, aut per viam successionis, nihil est, quod dicamus, aut quæramus de illius successione, quia, qui nihil potest acquirere, nihil potest relinquere, & qui nihil habet, nihil dare potest cap. Daibertum. 1. quæstio. 7. quia in bonis eius patrimonialibus, quæ ingreffiens ad religionem relinquit mundo, succedunt ei consanguinei, qui ei succederent, si nunquam esset religionem ingressus. dict. cap. exit qui seminat. & authen. ingressi. & extrauag. Ioan. Vigefimi secundi ad conditorem. de verbo. signifi. vbi renunciatur reseruatiõni iuris quam fecerat Nicolaus Papa quartus in bonis oblatis, aut qualitercunque ipsis fratribus Minoribus obuenientibus in fauorem Romanæ ecclesiæ, vt per Gaspar. Cald. in cap. in præsentia. de probatio. & succedunt eis consanguinei statim facta professione, non autem expectata morte naturali per nota. cap. beneficium. de reg. iur. in sexto. & dicit Bald. in authen. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. quod regula fratrum minorum
- est

est prohibita glossari, quia sicut prolata, sic fideliter exponatur ad litteram, & super ipsam glossæ non fiant, nisi forte per quas verbum, sensus, seu constructio grammaticaliter ad litteram intelligibilius exponatur, sed circa materiam hæreditatum, legatorum, seu relictorum est aduertendum, & notandum, quod licet fratres minores non sint capaces hæreditatum, & relictorum in testamentis, ut patet in clementina exiui. §. cum igitur. de verbo. signif. & per Bart. in l. nequaquam. §. fin. ff. pro consul. & in l. prima. colum. quarta. de lega. primo. attamen relicta exiguntur, & eis consuliur duobus modis secundum doctores.

Nam primo eis subuenitur officio iudicis, potest namque iudex ex suo officio mero nomine, etiam ad hoc agente, compellere hæredem, vel illum, qui ad hoc tenetur ex testamento, vel alias, quatenus relicta monasterio, vel fratribus minoribus adimpleant, & exoluant, per Specul. in tit. de instrumen. ædit. §. nunc vero aliqua. & Bar. in d. l. nequaquam & per Ioan. And. in cap. si hæredes de testamen. & Bal. in l. nulli. C. de episcopis & cleric. & de hoc potest assignari duplex ratio, quia interest rei publicæ, ne quis re sua male utatur. §. sed hoc tempore. institui. de his qui sunt sui. & si commodo rei priuatæ prouidetur. l. si quis. C. de præscript. fortius circa voluntates defunctorum prouidendum est per Barba. in rub. de testamen. & glo. in l. Iulianus. ff. de actio. empt. facit etiam quia anima cunctis rebus de mundo est præferenda. l. Sancimus. C. de sac. sanc. eccl. alia ratio est, quia si ita cautum non esset, accideret nonnunquam quod pium propositum defunctorum improba fraudantium calliditate celaretur. d. l. nulli. C. de episcopis & cler. & quia magna est pietas voluntatem illius adimpleri, qui nec se iuuare, nec iam loqui potest, idcirco voluntati defunctorum ita consultum iri oportet, & hæc quoad primum modum, & primum remedium, quo fratribus minoribus, & alijs pauperibus non valentibus agere in iudicio subuentum est officio iudicis.

Alio modo, & alio remedio dictis fratribus minoribus subuenitur, quia ad talia legata, siue relicta fratribus minoribus cuilibet de populo competit actio, & quilibet de populo potest agere, ut legata, & relicta ad pias causas, puta monasterio, hospitali, fratribus, pauperibus & similibus adimpleantur, & soluantur, per ipsum qui grauatæ est a testatore, vel qui alias ad hoc tenetur in authen. de eccl. tit. §. fin. autem. colla. nona. tenet Lud. Rom. in authen. similiter. C. ad l. Falc. & fuit dictum Angel. de perus. in dict. §. fin. autem. tenet Bar. in l. nequaquam, quæ allegat. l. hæreditas. ff. de Petit. hæret. fac. l. nulli. C. de epif. & cleri. in si. refert author compendij priuilegiorum fratrum minorum in ver. hæreditas.

Sed

Ista habent locum, & intelliguntur in fratribus minoribus: qui sunt & appellantur de obseruantia, non autem habent intelligi de fratribus minoribus, qui appellantur conuentuales, qui se in huiusmodi habent diuerso modo, quia concessione Clementis quinti possunt libere succedere in bonis temporalibus, in quibus succederent, si in sæculo existerent, ac bonorum ipsorum possessionem apprehendere, & vendere libere bona ipsa, eorumque precia in vtilitatem suam conuertere, prout præfectis ordini melius visum fuerit expedire. Item idem fuit eis pari modo concessum per Sixtum quartum per quasdam sub pridie kalen. Septembris incipien. Vniuersalis ecclesia. Mare magnum nuncupatum, & Leonem decimum per alias super electione magistri generalis eiusdem ordinis, vniue salique vnione & concordia inter fratres dicti ordinis, minorum de obseruantia & conuentualium, sub pridie Idus Iunij datas, eorum Pontificatus anno quarto & quinto respectiue desuper confectas sub plumbo literas, & per literas Pauli tertij sub datum Romæ Die 27. Octobris 1540. Pontificatus sui anno sexto, sub annulo Piscatoris expeditas, directas Dilectis filijs generali, ac Prouincialibus magistris, vniuersisque fratribus ordinis minor. Conuentualium nuncupatorum. Paulus Papa tertius Dilecti filij salutem &c. Quorum Tenor inseritur in fine præsentis quæstionis, vnde Conuentuales habere bona, succedere in hæreditate, vendere, & in suos vsus conuertere possunt, per priuilegia, & rescripta, seu concessiones particulares & speciales &c.

Sed hoc non est simpliciter verum in omnibus fratribus minoribus conuentualibus, quia si aliquis frater minor de obseruantia, transeat ad conuentuales, non habet, nec habere potest ista priuilegia, quia Alex. Sextus decreuit, quod nullus professor ordinis minorum de obseruantia, si illum egrediatur, & ad conuentuales eiusdem ordinis transeat, possit succedere parentibus, propinquis, aut affinibus suis quouismodo, nec aliquo indulto prædictis fratribus Conuentualibus ad hoc concessio gaudere valeat, nec etiam conuentus aliquis occasione fratris sic egredientis, ius aliquod in hæreditate, vel quavis alia successione propinquorum acquirere, & consequi possit, &c. & idem Alexan. iterum decreuit, & prohibuit, ne fratres obseruantes transeuntes ad conuentuales, succedere propinquis valeant vllomodo, prout habetur in authentico, ad litteram refert idem author in dict. compendio dict. ver. hæreditas vbi vide.

De fratribus Prædicatoribus per Hostien. in cap. in præsentia. de proba. Feder. de sen. in conf. 12. incip. fratres prædicatores, tenetur quod sint incapaces, nedum ad retinendum, sed etiam ad acquirendum, & se-

R cundum

cundum constitutiones iuratas, & a sede Apostolica confirmatas fratres Prædicatores sunt mendicantes cap. vnico. de relig. dom. quia subdit ipse Feder. ibi quod si fiat eis relictum annuum ad longum tempus quod non valeat, quia per indirectum videtur sublata incerta mendicantitas, & idem esset in effectu, prout etiam tenet Bald. in authen. si qua mulier. C. de sacr. sanct. eccl. tertia colum. qui dicit quod sibi videtur, quod hoc acquirere, & mendicare implicat contradictionem, sed subdit ibi, quod est seruanda consuetudo, quæ habet quod possint acquirere, non vt retineant, sed vt vendant, quia forma professionis fratrum prædicatorum est, vt subscribitur videlicet, ego. N. facio professionem, & promitto obedientiam Deo, & Beatæ Mariæ, & beato Dominico, & ubi patri Magistro fratrum Prædicatorum, & successoribus tuis secundum regulam beati Augustini, & institutiones fratrum Prædicatorum, quod ero obediens tibi, tuisque successoribus vsque ad mortem: & secundum regulam Beati Augustini, fratres Prædicatores possunt acquirere, & habere bona saltem in communi, quia regula Beati Augustini habet proprium in communi. 12. quæstio. 1. non dicatis. vnde de secundum regulam de eis iudicare deberemus, sicuti de fratribus non mendicantibus, merito saltem respectu communis, esset aliqua habenda consideratio de illorum successione, quia possunt succedere & acquirere, non vt bona, & hæreditates retineant, sed vt vendant, per communiter scriben. in dict. cap. vni. & per Spec. in tit. de stat. monach. §. primo. vers. 3. & vers. 4. sequitur Gaspar Cal. q. 46. de testa. vbi dicit quod id tenent omnes doctores, subdens ibi quod vsus pretij stat cum mendicitate, sed vsus predij non, quia per vsum pretij consumitur ipsum pretium, predium vero nõ, & sic habere pretium possessionum, stat cum ipsa mendicitate, cum esse non dicatur q. non durat. de penit. dist. prima. diuortium, & de verb. sig. nam & ego. hodie tamen ipsi fratres prædicatores, ex priuilegio Sixti quarti sub datum apud sanctum Petrum anno Incarna. 1475. kal. Iunij An. Pont. quarto. bona stabilia in communi possidere & retinere possunt perpetuo, non enim ex hoc desinunt esse mendicantes vt per scriben. & maxime Dom. & Franc. in cap. primo. de relig. dom. lib. 6.

Vade, si tenemus, prout tenendum est, quod ipsi fratres Prædicatores possint capere bona, & vendere, in illis, quæ ipsi acquirunt, succedet eis monasterium, non autem consanguinei venientes ab intestato: quia iura indistincte dicunt, quod monasterium succedit professo, siue in bonis quæ habeat in tempore ingressus, siue postea obuenientibus. 12. quæstio. 2. nolo. & cap. non dicatis. 19. quæstio. 2. quia ingredientibus. authen. si qua mulier. C. de sacr. sanct. eccl. authen. ingressi.

gressi. & de proba. cap. in præsentia. quia ista permissio extenditur ad quodlibet monasterium nisi prohibitum reperiat. cap. statutum. de electio. lib. sexto. consuluit Gaspar. Calder. in cons. suo 46. de testam. incip. an bona ingressi & ad ipsa bona obuenta, vel acquisita consequendum non habent actionem, nec possent intentare rei vendicationem, sed bene possunt implorare officium iudicis, vt dicit Nicol. de Vbal. in suo quem conscripsit tracta. de success. cler. ab intestato. §. restat, secundum Gaspar. Calder. præallegato cons. sed Gaspar id non dicit, quia ad hoc ego legi totum consilium, & si promouerentur ad Episcopatus, Archiepiscopatus, vel alia beneficia ecclesiastica, & ex eorum fructibus, vel ex negotiationibus interdictis clerici facerent acquisitionem, dic de eis in isto casu, prout dicimus infra de clerico sæculari: sed Clemens quartus concessit fratribus ordinis Prædicatorum, & minorum, quod possint libere succedere in bonis temporalibus, in quibus succederent, si in sæculo existerent, ac bonorum ipsorum possessionem apprehendere, & vendere libere bona ipsa, eorumque pretium, vel bona in eorum vtilitatem conuertere, prout prælatis dictorum ordinum melius visum fuerit expedire, præallegato compendio dict. loco in principio.

De fratribus hæremitanis, non est aliquod dubium, quia licet ipsi sint de mendicantibus, tamen ex priuilegio eisdem concessio per Alexan. quartum possunt in communi, & acquirere & retinere, quæcunque bona mobilia aut immobilia, quæ potuissent acquirere & retinere, si remansissent in sæculo, exceptis bonis feudilibus, sed in particulari, nihil acquirunt, vel retinent, & si consuetudo aliqua habeat, vt acquirant, vel retineant penes se particulariter, bona, vel bonorum administrationem sibi relictorum per consanguineos, vel alios, vel ptouenientium ex sua industria, aut artificio, licet etiam talis consuetudo sit communiter vbique obseruata, non tamen est dicendum, quod valeat, quia est irrationabilis, merito non toleranda, sed extirpanda. 8. distin. mala. & cap. sequen. & hæc consuetudo est irrationabilis quia obuiat canonicis institutionibus. 11. distinct. cap. 2. quia canones mandant quibuscunque professis, vt seruent regulam, vel beati Augustini, vel beati Benedicti, vel aliam, quæ tria substantialia profitentur, & contrariam consuetudinem detestantur quia præcipiunt illa omnino seruari, & Prælatis in hoc prohibetur dispensatio. cap. cum ad monasterium. de stat. regul. quia contra canones præceptiuos, vel prohibitiuos non valet consuetudo. 4. distin. §. hæc & alias. vt per Gaspar. Cald. in cons. primo incip. an sit licitum de regular. de statu regular. vbi dicit quod talis consuetudo obuiaret obedientiæ, & sic alteri de substantialibus

R 2 regule,

regulæ, item iuri naturali quod in lege, & in Euangelio continetur, item inducit peccatum mortale, vt ibi per eum, quod consilium fecit, in casum, an sit licitum fratribus eremitanis sancti Augustini retinere penes se administrationem bonorum sibi relictorum, vel sua industria, aut artificio prouenientium, stante de hoc consuetudine communiter approbata.

Simile priuilegium est credendum quod habeant & fratres Carmelitæ, alioquin est iudicandum de illis: prout de cæteris mendicantibus, secundum ius commune, & de his omnibus idem videtur dicendum: prout diximus de prædicatoribus, quia si ex priuilegio possunt acquirere, succedit eis in acquisitis etiam & monasterium, sicut religiosi non mendicantibus, quia eadem est ratio: si vero habuerint beneficia ecclesiastica, vel sese exercuerint in industrijs, ac negotiationibus non permissis, dic de eis prout infra de clericis secularibus, quandoquidem constitutiones in materia spoliatorum editæ, in sua generalitate comprehendunt omnes ordines etiam mendicantes.

Alij vero clerici regulares, non mendicantes, monachi, & omnes canonici regulares, non possunt habere, & acquirere sibi bona in particulari, quia est vnum prohibitum in substantialibus regulæ, in quo Papa non dispensat, not. in cap. cum ad monasteria. & cap. quod Dei timorem. de statu reg. & si canonicus regularis aliquid proprium tenet in vita, & illud in morte non resignat monasterio, tamquam excommunicatus exhumatur cap. 4. de stat. monac.

In communi vero bene possunt acquirere, & habere bona, iuxta illud Beati Augustini in cap. non dicatis. 1. 2. quaestio. 1. authen. ingressi, & authen. si qua mulier. C. de sac. sanct. eccl. In bonis vero feudalibus non possunt, nec habere successionem, nec facere acquisitionem, quia in illis religiosi non succedunt, per text. in cap. si clericus. si de feud. fuerit controuersia in vsib. feud. Item non succedunt, nec acquirunt alia bona, quæ de sui natura non possunt pertinere nisi ad hæredes sanguinis, vt Regnum, Ducatus, Marchionatus, vel similia, in istis non succedit mo-

60 nasterium, quia remanent generi in sanguine Spec. in titu. de stat. monac. §. primo. vers. 1. 1. dicit ita seruari de facto. Si vero bona sint, quæ possint teneri extra sanguinem, & extra ius sanguinis, tunc monasterium succederet, per Cyn. dict. authen. ingressi. per Ioan. And. & alios

61 dict. cap. in præsentia. de proba. Monachi vero albi sancti Benedicti, habent in prouincia Calabriae vnum feudum, in castro vulgo dicto lo citra ro, vbi per iudices, seu Gubernatores per eos deputatos, exercent iurisdictionem, & credo etiam sanguinis, sed credo, quod id ius sibi indultum sit, vel concessum a sede Apostolica, & in dict. cap. in præsentia. de

pro-

62 robat. Ioan. Andree inter alia disputat, an monachus stipulatus pro se, & filijs rem emphiteoticam ante ingressum monasterij, nunquid post professionem emissam, res reuertatur ad dominum, an remaneat ad monasterium, pro quo vide Specul. in titu. de loca. §. nunc aliqua. vers. 1. 1. 6. vbi tenet, quod non remaneat ad monasterium, stante maxime quod hodie apponitur pactum, quod non transferatur in potentiorum, vel in causam duriorum per Bart. in dict. authen. ingressi. Immo in tantum acquiritur per monachum in communi, & Monasterio, quod hæreditas delata monacho nolenti illam adire, eo inuito aditur per monasterium, per late disputata, & adducta per Socin. in l. hæredes. ff. de Vulgar. & pupil. vers. circa tertiam. & vers. circa primum. per totum, quia monasterium, vt inquit ibi, acquirit mediante persona monachi, sequitur Nicol. de Vbal. in tracta. de success. cler. ab intesta. vers. secundo fallit. vbi dicit, quod licet de hoc sint diuersæ opiniones, communiter tamen opinio est, quod monasterium possit adire in scio, & inuito monacho, vide Bart. in l. ciuibus. in fin. ff. de rebus dub. vbi dicit, quod in his qui sunt regulares, & non possunt habere proprium, quicquid legatur, vel quicquid eis acquiritur, ecclesie acquiritur, vt ibi per eum, immo secundum D. Nicol. de Vbal. dict. loco. si delata

63 sit hæreditas suorum ascendentium monacho, & ea non adita, nec repudiata moritur, illam transmittit ad monasterium ex beneficio scilicet l. unica. C. de his, qui ante apertas tabulas. quia monasterium,

64 quoad hoc loco filij habetur, Et idem est dicendum, quod fortius videtur in hæreditate extraneorum, secundum Ioan. de Imol. dict. l. prima, & Abb. in dict. cap. in præsentia. Item fallit secundo, quia Cistercienses non possunt possidere villas, fidelitates hominias, iustitarios, tributarios, ecclesias, & altaria, & si acquirerint illas debent vendere, vel ea cum alijs bonis commutare, aut si non possunt aliter alienare, faciant ex eis elemosynam, aut abijciant, de stat. monach. per text. ibi gloss.

66 & Doctor. in cap. recolentes. Conuersi etiam si ipsi non renunciant sæculo, nec profitentur aliquam religionem, acquirant sibi, & succedunt consanguineis, perinde ac si non essent oblato. Si vero renunciant sæculo, & profitentur aliquam religionem approbatam, si monasteria sunt capacia ad acquirendum, qualia diximus supra omnia monasteria præterquam fratrum minorum, quæ sunt omnino incapacia, & arctissima degunt paupertate, ipsa monasteria succedent in hæ-

67 reditibus, & bonis suis conuersis delatis, ad notata per glo. & Doctor. cap. vt lex continentia. 27. quaestio. 1. per Bald. in l. generaliter. C. de sac. sanct. eccl. authen. ingressi. C. eo. per Ioan. de Imol. in cap. 2. de Testamen.

R 3 Here-

Vbal. in tract. de successib. in test. cler. uers. secunda conclusio. in fine, quia dicit quod est opinio minus rigorosa, unde dicit quod si parentes non habent unde se alant, quod apud eos debet aliquid remanere pro alimentis, ad quæ filius sibi tenetur ratione naturali. l. si quis a liberis. ff. de li. agnos. §. parens. & in authen. de incest. nuptijs. §. si vero. & legitima quæ debetur filijs per patrem professum, videtur debita statim emissa professione, non aliter expectata morte naturali patris per tex. in cap. cum simus. de regul. preallegato, quem casum dicit singularem Bald. in d. authen. si qua mulier. & id tenent communiter omnes canonistæ, refert idem de Vbal. d. loco.

Et in materia, si monachus recedit a monasterio illicite, & illicentiatuſ ut
75 vagetur apostatando, & tunc bona acquisita monasterio non recuperat, dicit glo. in cap. quod ante. de cler. coniug. in verb. redire, ibi aliud est cum quis sua sponte recedit, & tunc nihil ei restituitur, immo quicquid interim vagando, & apostatando acquirit, monasterio acquirit. 1. §. quest. 76 2. si abbates. & 27. quest. 1. si quis rapuerit, sed intellige hoc distinte, 77 videlicet, quod monasterium debet illum vagantem reuocare, quia si id 78 facere negligit, interim acquisitum non erit monasterij, & pari modo non recuperabitur, si recedet a monasterio, ut absque licentia ingrediat, ut aliud monasterium, quia cum non teneat ingressus secundi, bona non poterunt auferri a primo.

Si vero monachus licite transfertur de vno monasterio ad aliud, & tunc bona acquisita ante ingressum primi monasterij, vel tempore ipsius ingressus, si ipsi monasterio sunt collata non ratione ipsius ingressus, sed ex alia causa, puta ex deuotione quam habuit erga monasterium, quod remaneant monasterio. Lap. allegat. 62. Secus si contemplatione ingressus, quia eo exeunte monasterium, personam eius sequuntur. notat in cap. beneficium. de regul. dicit glo. d. cap. quod autem, de cler. coniugat. ibi 80 propter hoc dicunt quidam, quod omnis donatio facta ecclesie, vel monasterio tempore ingressus, tacitam habet conditionem, ut duret eo ibidem perseverante, ad instar dotis. l. vnica. C. de vxor. actio. Et idem inquit in monacho, ut illa transferat secum in secundo monasterio ad quod transit, quam pro hac materia uide, si bona sint acquisita post ingressum monasterij, & ante quam exeat, & ea remanent monasterio, in quo illa acquisit. 1. §. quest. prima. statutum, & hoc verum si bona sint acquisita esse aualiter, ut quia hereditas dilata monacho in primo monasterio existenti, sit adita per monasterium, secus si non fuisset adita, quia illam posset secundum monasterium adire. d. cap. statutum. not. in l. Deo nobis. C. de episcopis & cler. Bona vero acquisita post translationem sine dubio videtur dicendum, quod sint acquisita secundo monasterio,
cum

cum a primo sit absolutus 2. 1. questio. 5. si quis autem de monachis. §. si vero.

Sed cuiusvis generis, vel ordinis fuerint clerici regulares, si acquisita ex fructibus beneficiorum, vel ex illicitis negociationibus relinquerint, in 81 taliter acquisitis vni succederat eed. cap. presenti. de offi. ordin. ita succedit illis Camera Apostolica, hodie in locum ecclesie successa. Rota decif. 855. quia & ipsi quoque veniunt comprehensi in generalitate constitutionum, seu bullarum in materia spoliarum aditarum, in quibus comprehenduntur, & clerici regulares, etiam cuiusvis ordinis mendicantium, ut videre est in bullis, & meo tempore taliter acquisita relicta, semper Camera Apostolica collegit, in alijs vero bonis aliunde prouenientibus, quomodo & per quem succedatur monacho, vel fratribus decedentibus, ultra predicta, habes late per Boer. decif. 224. incip. Christi benedicti, & in primo, vbi concludit, quod per monasterium & Abbatem capiuntur spolia, & bona monachorum decedentium.

*Dilectis filijs Generali, ac Provincialibus Magistris Vniuersi-
que Fratibus Ordinis minorum Conuen-
tualium nuncupato-
rum.*

P A V L V S P A P A T E R T I V S.

Dilecti Filij salutem & Apostolicam benedictionem. Exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod licet quamplura priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratiæ, & indulta nobis, & ordini vestro per diuersos Romanos Pontifices, & præsertim Sixtum quartum, per quosdam sub pridie kalendas Septembris Incipiendo Vniuersalis Ecclesie Maremagnum nuncupatum, & Leonem Decimum prædecessores nostros, per alias super electione magistri Generalis eiusdem ordinis, Vniuersaliqui vnione & cõcordia inter vos & fratres dicti ordinis minorum de obseruantia nuncupatorum initis sub pridie Idus Iunij datis eorum Pontificatus quarto, & quinto, respectiue annis desuper cõfectas sub plumbo litteras bullam concordie nuncupatas concessa fuerint, & inter cetera vobis per sedem Apostolicam indultum fuerit, quod in temporalibus bonis in quibus de iure succederetis si in sæculo maneretis, succedere, Necnon legata, relicta, elemosynas, & quamcunque pecuniarum summam, aliaque bona quæ nobis in futurum relinqui vel elargiri contingeret recipere, tenere, & habere, Ac in vestros vsus conuertere. omnibusque singulis alijs priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus,
liberta-

libertatibus gratijs & indultis fratribus dicti ordinis minorum de obseruantia nuncupatis, & illorum ordini prædictis quomodolibet concessis uti, frui, & gaudere libere & licite possitis, prout in singulis prædictis & alijs desuper confectis literis plenius continetur. Ipsaque priuilegia, exemptiones, immunitates & libertates, gratiæ, indulta & concessionem in viridi sint obseruantia, cupitis tamen pro maiori animi vestri satisfactione priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta & concessionem huiusmodi auctoritate nostra roborari. Quare nobis humiliter supplicari fecistis, Vt votis vestris huiusmodi annuere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur qui quorumlibet christifidelium præsertim religiosorum qui salutiferos fructus in agro dominico continua eorum cultura producant, votis quantum nobis cum Deo licet annuimus. Eaque fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, & concessionem huiusmodi & desuper confectas litteras, quarum omnium tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus. Ac præsentis scripti patrocinio communitimus. decernentes ea, ita tamen quod temporalia bona vobis per prædecessores nostros concessa de superioris vestri licentia tantum in vestros usus particulares conuertere possitis, inuiolabiliter obseruari, & vobis suffragari debere. Sicque per quoscunque Iudices & commissarios quacunque auctoritate fungentes sublata eis & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate iudicari & diffiniri debere. Irritum tamen & inane si secus super his a quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Eaque quatenus opus sit innovamus & de nouo concedimus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis. Necnon dictorum ordinum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus. Priuilegijs quoque indultis & litteris Apostolicis quibusuis incontrarium forsitan concessis, vel concedendis. Quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa, ac de verbo ad verbum mentio, seu quæ vis alia expressio habenda foret. Tenores huiusmodi pro insufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice dūtaxat illis in suo robore permanens specialiter & expresse derogamus cæterisque contrarijs quibuscunque: Volumus etiam quod præsentium transumptis manu notarij publici subscriptis. Et sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus litteris adhiberetur si forent exhibitæ, vel

osten.

ostenfæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Die. xxvij. Octobris. M. D. XXXX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Blosius.

De success. Cler. secularis ab intestato.

- §. **D**eteniendo ad clericos seculares, dicimus, quod possunt acquirere sibi, & habere bona particularia multiplici modo, licet secundum antiqua iura, id eis non erat permissum, immo videbantur exclusi ab hereditatibus, successioneibus quibuscunque, quia Deuteronomij 18. scriptum est de eis, Non habebunt sacerdotes & leuitæ, & omnes, qui de eadem tribu sunt partem, & hereditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum, Dominus enim ipse, est hereditas eorum, sicut loquutus est illis: & Hieronymus ad Nepotianum scribens, Non accipio partes inter cæteras tribus, sed quasi leuita, & sacerdos vivo de decimis, & altari feruiens, altaris oblatione sustentor, habens victum, & vestitum his contentus ero, & nudam crucem, nudus sequar. 12. quæstio. 1. Clerici. & cap. duo sunt genera, id quod, ut dixi procedit de iure antiquo, considerato tempore legis, immo etiam considerato tempore gratiæ in primitiua ecclesia, quo tempore etiam, non solum clerici, sed & omnes, qui primo crediderunt, nihil proprij possidebant. cap. 4. in actibus Apostolorum, vbi omnes, qui possidebant agros, illos vendebant, & pretia ante pedes Apostolorum offerebant. 12. quæstio. 1. videntes. Deinde cæperunt habere propria. 12. quæstio. 1. certe. ibi, qui volunt aliquid proprium habere, quibus non sufficit Deus, & ecclesia, maneat vbi volunt, & vbi possunt, non igitur aufero eis clericatum, &c. Fac. cap. sicut. cap. sint manifeste. ea. caus. & quæstio. vnde clerici possunt hodie acquirere tam successionem ascendentium, & descendentium, quam etiam collateralium in omnibus, & per omnia, sicut laici. l. sacrosanctæ. & l. Deo nobis. C. de episcopis, & cler. cap. quia nos. cap. relatum. el. 2. vers. cæterum. extra de testamen. vnde non valet statutum excludens clericos, vel monachos a successione parentum, agnatorum, seu cognatorum, quia est contra libertatem ecclesiasticam. ad not. in authen. cass. de episcopis & cler. in l. prima. C. de sum. trinit. & fid. cathol. per Bald. dict. l. Deo nobis. Vnde cum bona habere possint, & acquirere & possidere, iure optimo possumus de illorum successione passiuâ tractare, & quomodo, & per quem illis succedi possit aliquid dicere.

Pro

Pro cuius rei intelligentia, credo, quod sint attendenda species bonorum: in quibus, isti clerici successionem, vel successorem relinquere possunt, nam una est species bonorum, quæ patrimonialia appellantur, quæ illis ex hæreditatibus, legatis, donationibus, aut huiusmodi largissime sumpto vocabulo obveniunt: alia species bonorum sit, quæ ei proueniunt de fructibus ecclesiæ, vel occasione ecclesiæ: Tertia vero species bonorum sit, quæ illis proueniunt ex artificio, doctrina, officijs, & seruitijs. Et in prima specie bonorum patrimonialium, quæ acquirit clericus ex hæreditate, legato, vel donatione sibi factis, aut bonis sibi ab intestato venientibus, videtur, quod succedant clerico seculari descendentes, ascendentes, vel collaterales, qui ei sint in gradu proximiores per text. qui dicit, in cap. fina. 12. quæstio. vltima. & cap. primo, quæstio. 3. & cap. quicumque. vbi gloss. in verb. vendicabit. in authen. de eccles. tit. §. si quis Episcopus colum. 9. & ita intelligit glo. per illum text. in cap. primo extra de success. ab intesta. in verb. tradantur, quia in huiusmodi succeditur clerico, prout laico ex dispositione iuris civilis, per tenentes primum gradum in successione, instit. de hære. quæ ab intesta. §. primo. in auth. in successio. C. de legiti. her. per Bald. in consil. 313. secundo volum. vers. certum est igitur, & per totum consilium, quod est in materia factum, an bona relicta per clericos possint pertinere ad consanguineos, tam ex testamento, quam ab intestato. Et quid de fructibus perceptis, tam ex patrimonio, quam de beneficijs est consilium. Bart. Cæpol. consil. 51. incip. in Christi nomine, sed de descendentes intellige, dummodo sint legitimi, & sit soboles legitima, quia concubinatus est magis prohibitus clericis, quam laicis, adeo quod filij in concubinato nati, non succedunt clerico etiam in illis duobus vncijs, in quibus de iure civili succedunt filij naturales, cum eorum matre in bonis patris, authen. de trien. & femif. §. consideremus, per Bald. qui ita sentit in l. quique litigandi. ff. de in ius vocand. dicens ita disputando tenuisse Ricard. Malumbrae, pro quo aduerte in materia, quia descendentes clericorum simplicium in minoribus ordinibus constitutorum, siue ipsi sint ante ipsum clericorum procreati, siue post adeptum clericatum ex matrimonio legitimo, sunt legitimi, possunt enim, & ante susceptionem ordinum, & post ordines minores susceptos, contrahere matrimonium, toto titu. de cler. coniugat. quia si loquimur de descendentes & filijs clericorum, qui non sunt tantum in minoribus ordinibus constituti, sed in sacris, tunc intelligemus de conceptis ante susceptionem sacrorum ordinum, quia alias essent spurij, quia constituti in sacris regulariter est interdictum matrimonium. not. in cap. a nobis. de biga. ex.

prima

10 prima glo. Descendentibus vero non existentibus, veniunt ascendentes, & collaterales existentes respectue vsque ad decimum gradum, illis vero deficientibus, succedit clerico defuncto in istis bonis, 11 ecclesia, vt habetur. 12. quæstio. 3. cap. primo. de success. ab intesta. vbi glo. pulchre distinguit in ver. morientium, quod si clericus decedat intestatus, in acquisitis intuitu personæ, si res sint distinctæ succedunt ei consanguinei, si sint permixtæ cum rebus ecclesiæ, tunc distingue, quia aut dubitatur, an habuit proprium, aut certum est, quod habuit, si dubitetur, semper pro ecclesia præsumetur, & totum vendicabit ecclesia, arg. 12. quæstio. 3. quicumque. ff. de rebus dub. ciuibus. si vero certum est, quod aliquod habuit, sed nescitur, quantum, obtinet, tunc distinctio de qua in tex. subdens gloss. nec immerito, quia nullus hæres nobis proximior est, quam qui nos eo sociavit, &c. vbi concludit, quod in talibus acquisitis succedit clerico ecclesia tantum, si non habet consanguineos. 12. quæstio. vltima. cap. vltimo & cap. fin. eo. titu. per Innocen. in cap. cum tibi. de verb. signifi. not. in authen. de ecclesiast. ut. §. presbyteros. colum. 11. & in authen. licentiam. de episcopis, & cleri. Est optima decisio Rotæ. in antiquis decis. 864. incip. mortuo. vbi dicit quod etiam ecclesia habet fiscum cap. quia diuersitati. de concess. præben. in glo. antepen. & loco ecclesiæ hodie succedit Camera Apostolica, in locum ecclesiæ subrogata Rota decis. 855. sed an in istis bonis hodie possit succedere Camera, posset dubitari, quia hunc casum non comprehendunt bullæ spoliatorum, vnde dicit si non succedet vigore bullæ, succedet ex dispositione iuris communis, & in concilio Romano sub Sancto Siluestro Papa cap. 4. clerici bona decedentis sine hærede sanguinis, in partes diuidebantur, vna videlicet episcopo, vna reparationi ecclesiæ, altera clerico, altera pauperibus, in summa concilio. fol. 36. & alias vt ibi. vbi Abb. dicit, quod bona clericorum decedentium ab intestato sine ecclesia, pertinent ad prælatum eorum. Secunda species est bonorum, quæ proueniunt clerico de fructibus, & prouentibus ecclesiæ, & occasione ecclesiæ, quorum bonorum ego feci tres species supra in quæstione de potestate clerici, vel prælati circa fructus &c. vers. si in hac materia, vt videlicet aliqui fructus, & emolumenta sint quæ obveniunt beneficiato ratione tituli tantum, non ratione alicuius residentie, vel seruitij, aut personalis interessentie, quæ possunt dici, vt vulgo dicitur deportatis, qualia sunt redditus, qui obveniunt ex prædijs, domibus, censibus, terris, locis, aut alijs ex rebus, aut contemplatione, vel occasione ecclesiæ, aut oblationibus, quæ ei debentur: quia est in beneficio institutus, vel intitulus.

Alij vero fructus sint, quæ obveniunt beneficiato, non ratione tituli tantum, neque

neque ex eo, quia est in beneficio institutus tantum, aut intitulatus, sed quia in ecclesia in diuinis horis, ac Dei laudibus deseruit, veluti sunt illi fructus, vel prouentus, qui dantur tantum seruienti, quos qui non seruit, non percipit, sed alijs conferuentibus accrescunt, veluti sunt distributiones quotidianæ, quæ dantur pro seruitio in diuinis personaliter impenso, & huiusmodi de quibus habetur in cap. vnico. de cler. non residen. in 6. & in cap. licet. de præben. in quorum numero possunt etiam computari fructus: qui dantur Capellano amouibili, vel salaria, quæ dantur, Capellano, vel alicui sacerdoti seruienti in diuinis de quibus in d. quæstione.

Alij vero fructus sunt, qui non debentur habenti titulum, neque deseruienti in ecclesia in diuinis, sed quia sunt clerico auctoritate Apostolica, vel alia ex fructibus, aut emolumentis ecclesiæ reseruati, aut ex aliqua causa regulariter concessi, veluti sunt fructus specialiter reseruati, vel fructus pensionum, & pensiones, quæ non debentur, nec ratione tituli, nec seruitij, sed sola Papæ, vel alterius superioris ordinatione, vel concessione ad id beneficium, vel ecclesiam ius habentem, obligantis, de quibus habetur per Ioan. Baptistam Cacialup. per Hieron. Gig. & Paulum de Roma in eorum tracta. de pensio. in principio, & per totum.

Et in prima specie, ex quo clericus fructus beneficij, aut ecclesiæ non facit suos, nec de eis ultra necessaria pro victu, & vestitu sui, & suorum potest disponere, immo illos habet dispensare, prout in iure fuit ordinatum, per late deducta, & disputata per Abb. in cap. cum esset. de testamen. in repetit. non succedunt in illis, aut in acquisitis ex illis modo aliquo consanguinei, sed successor in beneficio per text. in cap. relatum el 2. vers. vbi autem. de testamen. & per text. in cap. præsentis de offic. ordin. in 6. per Bald. in consil. 313. secundo volum. incip. præmittendum est in ver. certum est, & melius, nisi hoc intelligo, vbi dicit quod bona acquisita per clericum, ratione ecclesiæ, non transeunt ad consanguineos, nec ex testamento, nec ab intestato, idem puto posse dici etiam si beneficium sit simplex, dummodo extra congregationem, veluti sunt vicarij perpetui, Capellani, & similes, vt per Ioan. Andre. in cap. requisisti. de testamen. 4. colum. ibi prælationem large &c. vbi dicit per eum acquiri ecclesiæ vel Cappellæ cuius curam gerit. Sed in locum successoris ecclesiæ, vel Cappellæ in huiusmodi acquisitis relictis per clericum, vel prælatum per constitutiones, & extrauagantes editas per Romanos Pontifices in materia spoliatorum est hodiæ suffecta, & subrogata Camera Apostolica, vt per dictas constitutiones ac Rotæ decisio. § 55. cum Camera. de probatio. in antiquis, prout late dixi-

diximus supra in quæstione quid sint spolia &c. vbi bullas notauimus, vnde si clerici de huiusmodi acquisitis, obtenta licentia a sede Apostolica non disponunt. (aliter enim disponere non possunt, vt late diximus in quæstio. de potestate cler. circa fructus &c.) per extrauagan. Pauli III. ibi vel absque sufficienti facultate &c. in eis vti spolijs succedit Camera, cui talia sunt applicata ex forma extrauagantium desuper promulgatarum, id quod etiam est intelligendum, vt procedat si fructus isti prouenerint ex beneficijs simplicibus, & personalibus, ac administrationem non habentibus, quia de huiusmodi, ac acquisitis ex eis, si decedat clericus absque dispositione in illis, succedit ecclesia ei ab intestato, & per consequens hodie Camera Apostolica per glo. quæ id dicit in cap. præsentis. de offic. ordin. in 6. & per Hostien. ante illam in cap. fin. de pecul. cler. subdens ibi quod hoc seruat consuetudo, quæ quasi vbi que obtinet generalis, quia inquit canonici fructus perceptos de præbendis suos faciunt, & inde testantur, de quibus tamen, si decedat clericus nullo facto testamento, & ab intestato, æquum est in istis ei ecclesia succedat, sed Abb. in repetit. in cap. cum esset. de testamen. & in cap. fina. de pecul. cleri. vbi etiam Cardinalis Zabarella indistincte tenet cum bona ratione, quod de fructibus cuiuscunque beneficij, ac ex quocunque beneficio acquisitis, non possint etiam testari, nec in testamento disponere aliquo modo, reprobando glo. dict. cap. præsentis multis rationibus, & euacuando fundamenta, quibus se fundat, vt ibi, vt diximus in præallegat. quæstio. de potestate cler. circa fructus & res ecclesiæ, dicit in casu nostro Nicol. de Vbal. in suo tracta. de success. ab intesta. cler. §. finita. versiculo tertio est videndum: vbi dicit secundum Iac. Butri. in l. sacrosanctæ. C. de episcopis & cler. quod clerici habent bona triplicis generis, quædam enim sunt acquisita non contemplatione ecclesiæ mediate, vel immediate, & in istis sunt clerici
15 veluti cæteri priuati. Quædam sunt acquisita contemplatione ecclesiæ immediate, vt si relinquatur ecclesiæ vel de acquisitis ex bonis ecclesiæ, & de istis non testantur clerici, & multo minus (inquit) succedunt eis consanguinei venientes ab intestato. Et idem dicas si non relinquuntur ecclesiæ, sed relinquuntur eis contemplatione ecclesiæ, iuxta notata, in c. requisisti. de testamen. in qua materia vide deducta per Gaspar. de Cald. in suo consil. 2. de pecul. cler. vbi posita quæstio. quis succedat in fructibus canonici defuncti dicit, quod si canonicus decedit ante fructus collectos, quia de iure communi non facit canonicus tunc fructus suos, nec potest de eis disponere, non succedunt illi consanguinei,
16 nec ex testamento, nec ab intestato, sed ecclesia cuius est proprietas, illos percipit, si vero decedit canonicus post fructus separatos a solo, & tunc

neque ex eo, quia est in beneficio institutus tantum, aut intitulatus, sed quia in ecclesia in diuinis horis, ac Dei laudibus deseruit, veluti sunt illi fructus, vel prouentus, qui dantur tantum seruienti, quos qui non seruit, non percipit, sed alijs conseruientibus accrescunt, veluti sunt distributiones quotidianæ, quæ dantur pro seruitio in diuinis personaliter impenso, & huiusmodi de quibus habetur in cap. vnico. de cler. non residen. in 6. & in cap. licet. de præben. in quorum numero possunt etiam computari fructus: qui dantur Capellano amouibili, vel salaria, quæ dantur, Capellano, vel alicui sacerdoti seruienti in diuinis de quibus in d. quæstione.

Alij vero fructus sunt, qui non debentur habenti titulum, neque deseruienti in ecclesia in diuinis, sed quia sunt clerico auctoritate Apostolica, vel alia ex fructibus, aut emolumentis ecclesiæ reseruati, aut ex aliqua causa regulariter concessi, veluti sunt fructus specialiter reseruati, vel fructus pensionum, & pensiones, quæ non debentur, nec ratione tituli, nec seruitij, sed sola Papæ, vel alterius superioris ordinatione, vel concessione ad id beneficium, vel ecclesiam ius habentem, obligantis, de quibus habetur per Ioan. Baptistam Cacialup. per Hieron. Gig. & Paulum de Roma in eorum tracta. de pensio. in principio, & per totum.

Et in prima specie, ex quo clericus fructus beneficij, aut ecclesiæ non facit suos, nec de eis ultra necessaria pro victu, & vestitu sui, & suorum potest disponere, immo illos habet dispensare, prout in iure fuit ordinatum, per late deducta, & disputata per Abb. in cap. cum esses. de testamen. in repetit. non succedunt in illis, aut in acquisitis ex illis modo aliquo consanguinei, sed successor in beneficio per text. in cap. 13 relatum el 2. vers. vbi autem, de testamen. & per text. in cap. præsentis de offic. ordin. in 6. per Bald. in consil. 313. secundo volum. incip. præmittendum est in ver. certum est, & melius, nisi hoc intelligo, vbi dicit quod bona acquisita per clericum, ratione ecclesiæ, non transeunt ad consanguineos, nec ex testamento, nec ab intestato, idem putō posse dici etiam si beneficium sit simplex, dummodo extra congregationem, veluti sunt vicarij perpetui, Capellani, & similes, vt per Ioan. Andre. in cap. requisisti. de testamen. 4. colum. ibi prælationem large &c. vbi dicit per eum acquiri ecclesiæ vel Cappellæ cuius curam gerit. Sed in locum successoris ecclesiæ, vel Cappellæ in huiusmodi acquisitis relictis per clericum, vel prælatum per constitutiones, & extrauagantes editas per Romanos Pontifices in materia spoliatorum est hodiæ suffecta, & subrogata Camera Apostolica, vt per dictas constitutiones ac Rotæ decisio. § 55. cum Camera. de probatio. in antiquis, prout late dixi-

diximus supra in quæstione quid sint spolia &c. vbi bullas notauimus, vnde si clerici de huiusmodi acquisitis, obtenta licentia a sede Apostolica non disponunt. (aliter enim disponere non possunt, vt late diximus in quæstio. de potestate cler. circa fructus &c.) per extrauagan. Pauli III. ibi vel absque sufficienti facultate &c. in eis vt spolijs succedit Camera, cui talia sunt applicata ex forma extrauagantium desuper promulgatarum, id quod etiam est intelligendum, vt procedat si fructus isti prouenerint ex beneficijs simplicibus, & prsonalibus, ac administrationem non habentibus, quia de huiusmodi, ac acquisitis ex eis, si decedat clericus absque dispositione in illis, succedit ecclesia ei ab intestato, & per consequens hodie Camera Apostolica per glo. quæ id dicit in cap. præsentis. de offic. ordin. in 6. & per Hostien. ante illam in cap. fin. de pecul. cler. subdens ibi quod hoc seruat consuetudo, quæ quasi vbi que obtinet generalis, quia inquit canonici fructus perceptos de præbendis suos faciunt, & inde testantur, de quibus tamen, si decedat clericus nullo facto testamento, & ab intestato, æquum est in istis ei ecclesia succedat, sed Abb. in repetit. in cap. cum esses. de testamen. & in cap. fina. de pecul. cleri. vbi etiam Cardinalis Zabarella indistincte tenet cum bona ratione, quod de fructibus cuiuscunque beneficij, ac ex quocunque beneficio acquisitis, non possint etiam testari, nec in testamento disponere aliquo modo, reprobando glo. dict. cap. præsentis multis rationibus, & euacuando suadamenta, quibus se fundat, vt ibi, vt diximus in præallegat. quæstio. de potestate cler. circa fructus & res ecclesiæ, dicit in casu nostro Nicol. de Vbal. in suo tracta. de success. ab intesta. cler. §. finita. versiculo tertio est videndum: vbi dicit secundum Iac. Butri. in l. sacrosanctæ. C. de episcopis & cler. quod clerici habent bona triplicis generis, quædam enim sunt acquisita non contemplatione ecclesiæ mediate, vel immediate, & in istis sunt clerici
15 veluti cæteri priuati. Quædam sunt acquisita contemplatione ecclesiæ immediate, vt si relinquitur ecclesiæ vel de acquisitis ex bonis ecclesiæ, & de istis non testantur clerici, & multo minus (inquit) succedunt eis consanguinei venientes ab intestato. Et idem dicas si non relinquantur ecclesiæ, sed relinquantur eis contemplatione ecclesiæ, iuxta notata, in c. requisisti. de testamen. in qua materia vide deducta per Gaspar. de Cald. in suo consil. 2. de pecul. cler. vbi posita quæstio. quis succedat in fructibus canonici defuncti dicit, quod si canonicus decedit ante fructus collectos, quia de iure communi non facit canonicus tunc fructus suos, nec potest de eis disponere, non succedunt illi consanguinei
16 nei, nec ex testamento, nec ab intestato, sed ecclesia cuius est proprietas, illos percipit, si vero decedit canonicus post fructus separatos a solo, & tunc

tunc distinguit, quinque casus, quia si moritur fructibus separatis, sed adhuc in area, & campo iacentibus: vel fructibus reconditis a colono, sed nondum canonico traditis: & istis casibus, quando non sunt reconditi in domo coloni ad instantiam canonici, succedit in illis ecclesia, cum ante traditionem non sit effecti canonici instit. de rer.

- 17 diuisio. §. per traditionem. Si vero decedit canonicus fructibus sibi assignatis, nondum tamen ipsis consumptis, & tunc licet, inquit, casus sit dubitabilis, quia alij, non distinguentes inter clericum habentem administrationem, & non habentem, volunt clericos esse dominos fructuum beneficiorum perceptorum, alij vero æquiparant illos vsuarijs, quibus ad vsu quotidianum, ut licet. §. primo. instit. de vsu, & habit. Et secundum Hostien. debet distingui inter habentem
18 administrationem, & simpliciter & personaliter beneficiatum, tamen concludit, quod si adsit consuetudo loci specialis, vel ecclesie quod consanguinei succedant in fructibus perceptis, & separatis a solo, illa debet seruari, & tunc ei in illis consanguineos succedere, alias dicit, quod ecclesia de iure succedet illi ab intestato, & ex testamento. Si vero certi fructus, aut pretia debentur canonico post separationem, per unum, duos, vel tres menses, & interim canonicus moritur, vel, & sic quinto loco, canonicus moritur post dictum terminum, tamen nondum dicta species, vel pecunia erat soluta, & his duobus casibus, parimodo ecclesia ei ab intestato succedit, subdens ibidem similiter si pensione non soluta, vel affectu canonicus moriatur, qui tamen fructus debebant solui tempore vitæ ipsius, etiam ecclesia succedit, quia isto casu apparet quod non sunt consumpti, ut ibi per eum. Sed hoc hodie fuit decisum per constitutionem Iulij tertij de qua dico in prima quæstione, & quod ddisputo in quæstione an in fructibus inexactis, &c. relictis, &c. ubi vide veritatem.

Commendatarius vero, si commenda sit facta illi in utilitatem ecclesie, non facit fructus suos, unde in illis eo decedente habet succedere successor in benefic. o. 61. distinctio. in cap. quoniam festus. Si vero commenda sit facta in utilitatem commendatarij, tunc ipse lucratur fructus ad instar depositarij ad cuius gratiam, & utilitatem est factum depositum, quia redditus ex deposito prouenientes sibi lucrati facit. l. dies sponsaliorum. §. qui pecuniam. ff. deposit. & hæc fuit opinio Ludo. Pontan. consil. 352, incip. omnipotentis Dei postulato, sed quare debet (inqu. r) idem Nicol. de Vbal. dicto loco, esse magis priuilegiatus commendatarius quam sit titularis, qui in morte æquiparatur vsuario, & censeatur magis vsuarius, quam dominus, unde in fructibus, & ex eis acquisitis succedet ab intestato ecclesia, vel successor,
&

& hodie in locum ecclesie, & successoris Camera Apostolica, pro quo vide glo. in cap. nemo. de electio. in 6. in ver. commendare, quæ tenet quod commendatarius non facit fructus suos. Capic. deci. 8. dabitur & alios refert.

- In fructibus præbendæ distinctæ, qui tempore mortis remanserunt, & qui euenient, ac decurrent a die vacationis beneficij, vsque ad diem apprehensæ possessionis, vel spectarent ad successionem in canonicatu, aut beneficio secundum aliquorum opinionem, per text. in cap. relatum. el. 2. de testamen. ibi ubi autem in locum defuncti, vnus tantum est ordinandus, is ea bona &c. nam ubi præbenda est distincta, sine dubio in locum defuncti, alius est ordinandus ad notata in cap. dilecto. de præben. & cap. cum M. de constit. vel spectet ad capitulum ecclesie, ubi defunctus erat præbendatus, aut ad episcopum, si ab ipso præbendam habuisset, per ea, quæ volunt Io. And. & dict. Pet. Anchar. in cap. cum in officijs de testam. aut haberet ab episcopo simul, & a capitulo, quo casu haberet diuidi successio inter eos secundum Imo. dict. cap. relatum, in huiusmodi fructibus relictis succedit Camera per extrauagan.
20. Pauli tertij. & breue Pij quarti sub dat. xxx. Iulij. 1560. & in decurrendis vsque ad apprehensam possessionem noui prouisi per breue eiusdem Pij quarti sub die 7. 1560. si quidem beneficia sic vacantia sint Papæ, vel sedi Apostolicæ referuata, quia alias secus, quia in locum capituli, aut alterius successoris est successa, ac subrogata Camera Apostolica, ut diximus supra in quæstione prima.
In secunda specie, in fructibus, qui obueniunt clerico non ratione tituli, sed seruitij & residentie, veluti in distributionibus quotidianis & eiusmodi, ego puto quod succedant consanguinei clerico decedente ab intestato, quia taliter acquirit clericus, quod illas facit suas, immo in eis acquirit clericus dominium per text. cap. vnico. de cler. non residen. in 6. ibi, rerum sic receptorum dominium non acquirat, nec facit
21 eas suas, cap. licet. de præben. unde de illis videtur posse facere clericus, quæ vult, videtur tenere Laur. in Clemen. fin. de præben. dicens quod talis seruiens fideliter diuino officio, facit fructus suos, & potest de eis sicut laborator de denario diurno disponere, prout per Domin. Flor. ibi. facit Oldrad. in cons. suo. 118. incip. ex virtute gratiæ, & facit quod voluit Dominic. ibi. Sequitur Fran. in dict. cap. vnico. & Barb. dicens illum tex. esse singularem in cap. fina. de pecul. cler. not. glo. in extrauagan. prima. ne sed. vacan. inter communes in ver. consueuerint
22. Decius cons. 280. colum. prima. sequitur Paris cons. 33. volu. quarto. colum. secunda. quia constat quod istæ distributiones conceduntur ex canonis dispositione ministris ecclesie ob seruitium, seu ministerium. §
S quod

quod impendunt, vel exhibent altari, vel diuinis: Idem not. Bo-
lognin. in Anan. consil. 87. & tenet Nicol. de Vbal. in suo tracta. de
success. ab intesta. cler. §. finita. vers. sexto quæro, & vers. non obstant
motiua Oldra. vbi multa in contrarium adducit, quod in huiusmodi
distributionibus non succeditur clerico per consanguineos abintesta-
to, sed dicit, quod dicta adducit causa disputationis, quia in via iu-
dicij contraria sententia est tuenda, vt per eundem in vers. his tamen
Sed inter alia fundamenta, quæ adducit contra illud, mihi videtur con-
siderabile, quod tenet glo. in cap. præsentis de offic. ordin. & Hostien.
in cap. fina. de pecul. cler. quod in fructibus ecclesiasticis acquisitis de
beneficio simplici, & personali ab intestato succedit ecclesia, non con-
sanguinei, super quo considera, quia talis videtur esse diffinitio di-
stributionum quotidianarum, & tales fructus esse distributiones quo-
tidianæ, quæ ex simplici, & personali beneficio percipiuntur regula-
riter, prout ex canonicatu, licet ego viderim in materia spoliatorum in
multis locis regni Neapolis, multos Archipresbyteros, & alios institu-
tos in beneficijs non simplicibus, sed curatis habere etiam distribu-
tiones quotidianas, si interuiunt, immo præter distributiones nihil, nisi
gallinam, quæ sibi datur in benedictionibus nubentium, pro benedi-
ctionibus, quod vulgo vocant ingaudiare, vnde illud Hostien. & glo.
quatenus intelligitur in distributionibus quotidianis, posset intelligi
in distributionibus, quæ ex simplici, & personali tantum, in quibus
terminis loquitur, non in beneficijs administrationem habentibus,
vel alias diuersis, sed videtur quod in distributionibus quotidianis non
succedatur per consanguineos nisi ex testamento, quia talia veniunt
ratione, & contemplatione ecclesiæ, licet dentur pro labore persona-
li, per ea, quæ secundum Anto. de Butr. dicit in cap. requisisti, de te-
stamen. Nicol. de Vbal. in dict. loco. §. finita vers. videretur super quo
cogita. & distributiones quotidianæ dic esse duplicis generis, scilicet,
quæ dantur horis interessentibus diuinis, & quæ dantur non interessen-
tibus horis, vt extrauagan. comm. postulasti, de præben. & extrauagan.
seq. primo casu videntur priuilegiatæ secundo vero casu videntur sup-
positæ impositioni collectæ, vt cæteri fructus ecclesiastici, & primo casu
videntur esse propriæ distributiones, quia propriæ distributiones dicun-
tur, quæ actu distribuuntur glo. in extrauag. suscepti ne sed. vacan. in glo.
priuilegio.

In tertia specie, in illis fructibus beneficiorum, qui non debentur cle-
rico, ex eo quia habet titulum, vel quia seruiat, sed sunt ei Apo-
stolica autoritate, vel alia concessi, vel referuati, quales sunt pensio-
nes, & pensionum fructus, vel quando fructus beneficij alicui refer-
uantur,

24 uantur, alteri titulo beneficij assignato, in illis non succedit ecclesia,
vel successor, vel in locum eius Camera, sed in illis ex testamento vel
abintestato succedunt consanguinei. & moueor primo, quia pensio
non est beneficium ecclesiasticum proprie, sed quid prophanum in
mera temporalitate existens, vt per Fely. & alios in cap. ad audien-
25 tiam el. 2. de rescript. & in Clemen. prima. vbi Cardin. Imol. & alij
de supplen. negligen. præla. vnde acquisitum ex pensione, non dicitur
acquisitum ex beneficio. facit quia pensio, quæ non consuevit reputari
26 pro beneficio ecclesiastico, prout sunt hodie regulariter pensiones, po-
test etiam laico assignari, & illius laicus capax esse potest, per Doctor.
in cap. quamuis, vbi Archid. & Franc. in 2. not. de præben. in 6. Imol.
in Clemen. 1. colum. 6. vers. quærit Galiel. de rebus ecclesiæ. non
alien. per Bald. & Felyn. dict. cap. ad audientiam. & quod pensio non
sit beneficium ecclesiasticum, vel aliquid spiritualitatis habens, id ex
27 eo patet, quia Pensionarius non tenetur dicere officium, licet perci-
piat pensionem, vt tenet ille antiquus doctor practicus Hispanus in libel-
lo, quod vulgo appellatur practica Cancellariæ fol. 51. sequitur Iacob.
de Ferrarijs in tracta. de horis canonicis. Ioan. Baptista Cacialup. in tra-
cta. de pensio. quæstio. fina. Petr. Andr. Gamar. in tracta. de offi. legat.
vbi assignat rationem. Item pensionarius æquiparatur usufructuario,
extinguitur enim pensio morte pensionarij, sicut usufructus morte usu-
fructuarij. §. finitur autem. institu. de usufruct. usufructuarius autem
28 fructus iam quæsitos ad hæredes transmittit, text. est notabilis in l. de-
functa. ff. de usufruct. ideo pariter dicendum, quod pensiones exactæ,
& decursæ non exactæ, & iam quæsitæ pensionario defuncto, transibunt
29 ad eius hæredes. Item pensio assignatur pensionario vt commodius
sustentari valeat, & sic videtur assignata pro alimentis vt per Roma.
consil. 388. in casu propositi thematis. & is, cui est factum legatum
30 pro alimentis, decedens transmittit ius exigendi præterita alimenta
non soluta ad suos hæredes. l. vii frui. §. fina. ff. si usufru. pet. l. fructus
in si. cum. l. sequen. ff. de rei vend. faciunt adducta per Alexan in cons.
suo. 40. perspectis his fin. 3. volum. vbi concludit quod pensiones de-
cursæ perceptis fructibus in vita usufructuarij, spectant ad illius hære-
31 des, vnde pensiones, etiam non exactæ, & decursæ in vita pensionarij,
transiunt in eius hæredes, siue abintestato, siue ex testamento, sunt ver-
ba Hyero. Gig. in quæst. 52. de pensio. vbi dicit se ita consuluisse sape,
& Rota iudicasse, sequitur Didac. Couarruias Doctor Hispanus in cap.
cum in officijs. de testamen. vers. octauo potest. in si. & hanc opinionem
sequitur Paul. de Roma in tracta. suo de pensio. in 8. quæstio. in vers.
primo ecclesiastica pensio, vbi dicit quod pensiones & fructus lucrati

33 per pensionarium, dicuntur proprij, & in illius dominium transeunt, & ab eo donari possunt. l. in ædibus. §. ultimo. ff. de dona. facit idem Gig. in quæstio. 53. vbi tenet, quod pensio debetur hæredibus pensionarij, si tempore quo moritur, fructus sunt percepti, & paulo post ibidem, quod pensio erit hæredum, pro rata fructuum perceptorum, & ante illum tenuit Ioan. Bapt. Cacialup. quem refert: ista sunt valde urgentia, vt vides, & valde rationibus fundata, sed mihi videtur magnum, quod in huiusmodi succedant, & succedere habeant consanguinei pensionario decedente ab intestato, quia id non videtur permissum, vel concessum in distributionibus quotidianis secundum aliquos, quæ ex simplici, & personali beneficio administrationem non habente percipiuntur, in quibus non succedunt consanguinei clerico decedente ab intestato, per ea quæ dicimus in præcedenti quæstione, in quibus maior videtur esse ratio, quam in pensionibus, propter laborem, & seruitium, quod impendunt in diuinis, & diuino cultu, id quod cessat in pensionibus, pro quibus nullus labor, nullum seruitium, nullum onus pensionario imponitur, qui nec etiam ad dicendum officium obligatur, vt dicimus supra, super quo puto cogitandum in foro poli, quia licet allegata, & adducta sint vera, & subsistant in iure, tamen negari non potest, quin pensiones non sint prouentus, & fructus, qui proueniant a beneficijs ecclesiasticis, & rebus beneficij, & per consequens redditus ecclesiastici, de quibus non habet posse disponere clericus in testamento, vel ab intestato, nisi per modos a iure traditos per ea, quæ dicit Abb. cap. fina. de pecul. cler. & in cap. cum esset, in repet. de testamen. dum allegat ad reprobationem, & confirmationem gloss. in cap. præsent. de offi. ordin. in 6. & ad reprobandum Hostien. in cap. fina. de pecul. cler. quæ multum veritati, canonicæque sanctitati, & puritati consona videntur, pro quo vide, quæ deduco in q. de potestate clerici suo loco, vbi facio mentionem de bulla Pij quinti, nuper ædita in materia spoliatorum, per quam videtur ore aperto declarari, quod pensiones, ac pensionum fructus, ac de eis acquisita faciunt spolia.

In tertia vero specie principali bonorum, quæ obueniunt clerico ex artificio, doctrina, officijs, & seruitijs, dico prout infra. Et primo quoad artificio, videtur quod inde quæsitæ sint ad liberam dispositionem clericum, & quod eo non disponente in taliter acquisitis, succedant ei ab intestato venientes, quia artificio non reperitur prohibitum clericis, per ea quæ dicit Abb. in cap. fina. de vit. & honest. cler. & 88. distinctio. per totum, & maxime per text. in cap. eiciens. & cap. quoniam non cognoui. quia artificio potest clericus sibi victum, & sustentationem

stentationem querere cap. clericus. 91. dist. cap. nunquam. de consec. dist. 5. dummodo non se subtrahat per hoc a diuinis, ac diuinorum celebratione per glo. in summa 91. dist. quia clericus non potest per totum diem locare operam suam, quia non debet deesse officio 54. dist. si seruus. fac. quod dicit Abb. in cap. relatum. vers. nota. in 5. cæterum quod ibi est textus apertus, quod habens beneficium, licite exercet aliquod artificio, vel doctrinam in docendo alios, & lucrum inde proueniens, cedit sibi, non autem ecclesiæ.

Et artificio intelligitur, quando quis emit aliquam rem, aut materiam, & per artem, seu artificio reducit quis illam ad aliquam formam, vt si forte emit lignum, vel marmor, & inde statuat, vas, vel quid aliud faciat, & non recedendo ab exemplis Doctorum, si quis emit vimina, vt faciat canistra, vel emit cartam, vt faciat vel vt scribat libros, vel emit ligna, vt faciat, vel fabricet domum, vel filum, vt faciat retia, vel corium vt faciat sotularia, & licet clericus iure permittente, vt possit artificio, vel artificio facere, tamen id non est intelligendum simpliciter, quia non semper hoc eidem facere licet, quia non est licitum artificio facere clerico, nisi in casu, quando non habet sustentationem, & victum sufficienter ab ecclesia, & in casu: in quo ecclesia sibi non sufficiat, non autem propter lucrum principaliter Clem. præsent. de cens. & cap. quanquam. eod. titu. lib. 6. facit quod dicit Abb. in cap. clerici officia. de vit. & honest. cler. text. in cap. primo. de celebr. missarum pulchra glo. in cap. canonum. 14. quæstio. 3. licet dicat Nicol. de Vbald. in tracta. de success. cler. ab intest. vers. videretur dicendum. §. finita. quod clericus tempus, quod superest sibi a seruitio ecclesiæ in diuinis, operetur in aliquo seruitio, vel officio honesto, & quod exinde quærit, quærit sibi, & de eo disponit, prout disponderet de suis bonis patrimonialibus, quia lex tantum excipit de bonis acquisitis con-
39 templatione ecclesiæ, non aliunde. Quia si eget clericus, vt potest iustis negociationibus, & iustas negociationes facere, & inde sibi sustentationem pro se, & suis parare dicit. cap. clericus. 91. distinctio. cap. primo. de celeb. missarum. & quis dicatur iuste, honeste, vel in honeste negociari, habes pulchre per rex. cap. eiciens. 88. distinctio. sed melius per Specul. in titu. de cleri. coniug. §. sed quia dices. & potest clericus honestam mercaturam exercere. l. 2. primo respon. C. de episcopis & cleri. & emere honeste, & vendere, dum tamen ecclesias non negligat dicit. distinctio. 91. clericus el 2. pro se sustentando, quia causa cupiditatis, lucri, vel auaritiæ negociare non licet, secundum S. Thomam, secunda secundæ. quæstio. 187. §. ad secundum, sequitur Abb. in cap. secundum. ne cler. vel monach. vbi dicit quod negociatio quæ

- 42 non fit lucri causa, non est prohibita clericis, possunt enim vendere clerici, & emere, ut eorum necessitas exigit, non tamen principaliter propter lucrum d. Clem. present. de cens. & cap. quamquam. eo. tit. lib. 6. & dicit ibidem Innoc. quod etiam lucrum non est prohibitum clericis, quando provenit ex opera, aut rebus clericorum, & intelligit inquit Abb. 43 ibidem quod lucrum proveniens ex opera, aut rebus clericorum fit licitum, quando clericus operatur necessitate suadente: quia alias clericus non debet negociare.

Imo clericus potest negociari etiam propter lucrum principaliter, si talis negociatio est licita, & honesta, dummodo negociatio, quæ fit propter lucrum ordinetur ad aliquem effectum necessarium, & honestum, puta ad domus suæ sustentationem, aut ad subveniendum indigentibus, vel propter publicam utilitatem, quia tunc clericus capit lucrum pro sui laboris stipendio, per Sanctum Thom. secunda secundæ, q. 77. articulo quarto. Idem dicit si emit rem, non ut vendat, sed ad sui usum, si postea propter aliquam necessitatem illam vendere vult, non prohibetur vendere maiori pretio, si tantum nunc valet.

Per quæ clare constat iudicio meo, quod clericus acquisita ex artificio, & ex negociatione etiam, quæ non fit causa lucri cupiditatis, vel avaritiæ, & in casibus prænaratis, quod sibi acquisita transmittit, & transmittere potest ad quoscunque hæredes etiam abintestato venientes, pro quo vide quæ diximus supra in questione, quæ negocia sunt permilla, vel interdicta clericis.

- Id quod pari modo dicendum venit de acquisitis per clericum ex doctrina, quia sunt sibi acquisita, & de eis disponit prohibito, & in talibus succeditur illi peruenientes abintestato, per tex. qui dicit ad litteram in cap. relatum et 2. §. cæterum. de testa. quia clericus doctor potest habere officium lucrosum, & acquirere multa, ut quia sit deputatus ad legendum eum salario, vel ex industria aduocationis, aut consultationis, & pro consulendo, vel similibus, quia taliter acquisita sunt sibi acquisita, nec ius aliud quod in talibus ecclesia, & hodie Camera Apostolica præterdit, per Abb. in cap. ut vnus. de pecul. cler. ubi dicit talia non præsumi acquisita de bonis ecclesiæ, nec ecclesiæ, sed in casu talis industriæ est idem de huiusmodi acquisitis præsumendum, quod de patrimonialibus bonis clerici, ut ibi per eum, & per eundem in cap. primo. de postulan. ubi dicit, quod clericus in minoribus constitutus licite potest aduocare, & procurare, & per aduocationem, vel procuracionem sibi acquirere, si tamen non habet beneficium sufficiens, quia si ei ecclesia sufficit, aliter videtur dicendum, Item id potest etiam si sit diaconus, vel subdiaconus, & tam 49 in causis pendentibus coram ecclesiasticis iudicibus, quam coram secularibus,

- laribus, in causis tamen civilibus, sed habeat beneficium sufficiens, tunc non potest: quia in tali casu æquiparatur clericus beneficiatus, clerico in sacris constituto, cui id non videtur permissum, ut per eundem ibi, & non solum videtur licitum clerico procurare, & aduocare, pro sui, & suorum sustentatione, sed etiam ad lucrum, per ea quæ dicit Abb. in cap. ut vnus. de pecul. cler. ubi ad acquisita per clericum habetur consideratio ad lucra quæ facere potuit ex doctrina, cum clericus esset doctor, & ex doctrina multum lucraretur, in legendo, aduocando, iudicando. Idem in cap. relatum. vers. nota. in ver. cæterum, de testa. quod ibi est tex. apertus quod clericus habens beneficium, licite exercet aliquod officium, vel doctrinam in docendo alios, & lucrum inde proveniens, cedit sibi, non ecclesiæ. ex hoc etiam tex. colligo, inquit, quod clericus, potest esse artifex, & licite sumere officium docendi alios, &c. Et clerici, siue sint in sacris, siue non, si non habent beneficia sufficientia, vel indigent, possunt exercere officium tabellionatus, & ita in curia Papæ, quam alias, per Abb. in c. sicut te. ne cler. vel monac. col. 3. & Card. Zabarella ibidem.

De religiosis vero clericis, nihil attinet dicere, quia non possunt, nec procurare nec aduocare, & alia huiusmodi facere, nisi duobus concurrentibus, si videlicet monasterij utilitas id exposcit, unde pro monasterio, & non pro se ipsis, & si Abbas, vel superior id sibi mandet, aut imperet, ut per Abb. in cap. ex parte. de postulan.

- Acquisita ex seruitijs, & officijs videntur pari modo, quod per clericum cum decedentem abintestato transmittantur ad consanguineos, licet Innocen. contrarium videatur tenere in cap. quia nos. de testamen. in verb. consideratione, & in cap. primo. eod. in ver. acquisisse. ibi idem dicimus, si ratione officij. puta quia capellanus alicuius principis, qui multa ei donauit. Sed contra Innocen. tenet Iacob. Butrig. in l. sacrosanctæ. C. de episcopis & cler. ubi dicit, quod bona clericorum sunt triplicis generis, ubi tertio sunt bona, quæ conferuntur ipsis non immediate contemplatione ecclesiæ, sed dignitatis, quam habent, veluti est pro missis dicendis, pro orationibus, pro anima alicuius, & ea acquiruntur clericis, & de eis possunt disponere, & testari secundum ipsum Iacob. Idem tenet Petr. de Ancharan. D. Anton. D. Floren. dict. cap. quia nos, ubi dicunt quod taliter acquisita, est verius, quod censentur acquisita intuitu personæ, & sic non contemplatione ecclesiæ, quod dicitur signanter notandum, ut per Ioan. de Imol. ibidem. Sequitur Abb. in cap. cum esses. in repetit. colum. 11. qui dicit, quod sibi placeat istorum opinio, ut videlicet clericus possit disponere de istis, quæ acquisiuit non ratione beneficij, nec omnino ratione personæ, sed ratione dignita-

ne dignitatis clericalis, ut quia pro missis dicendis fuerunt sibi legata centum, vel quia fuit capellanus alicuius domini, & ex hoc multa acquisiuit, quia hoc donatur sibi, ut sit suum, & non contemplatione ecclesie, cum nullam habeat. Item quia hoc videtur sibi datum in recompensationem damnorum, quae sublinuit in trahendo ibi moram, nam interim ex aliquo artificio potuisset sibi tantundem acquirere, per Innoc. in cap. quoniam ne. Præl. vic. suas, & idem Abb. in cap. cum in officijs. 57

58 in hac materia distinguit, ubi dicit attendendas esse coniecturas, utrum scilicet relinquens, aut donans habuit respectum ad personam, vel ad ecclesiam, quia forte relinquens centum suo parochiali presbytero pro missis dicendis, non reliquisset ei si non fuisset suus proprius sacerdos, quia tunc contemplatione ecclesie donatum, datum, vel relictum censeri debet: secus videtur, ubi nulla qualitas suggerit ecclesiam contemplatam esse, sed personam duntaxat, quo casu non ecclesie, sed personae acquiritur, ut per Abb. ibidem, & in cap. primo. de testa. in finalibus verbis. Nicol. tamen de Vbald. in tracta. de succes. cler. abintesta. tenet, quod opinio Butrig. Anch. Anto. & Floren. & Imol. non sit tuta in foro poli, ubi etiam tenet, quod si officia, siue seruitia, quae exercuit clericus, sint officia, aut seruitia quae conveniunt, tam clericis, quam laicis, & tam per clericos, quam per laicos exerceri, & fieri consueta, veluti sunt gubernationes legationes, item aliae administrationes similes, veluti sunt thesaurariae, 60 castellaniae, ad quae officia obtinenda, nullus reperitur ordo ecclesiasticus necessarius, & de his inquit, quae quaerunt clerici possunt ad libitum disponere, & si non disposuerint, veniunt ad consanguineos, sicut bona castrensia, nam ista appellantur bona, quasi castrensia. l. fi. C. de inoffic. testamen.

Item, si sint officia, vel seruitia, quae conveniunt clericis tantum, non laicis, quale est officium maioris penitentiarii, quod solet exerceri per Cardinalem, glo. in Clem. ne Romani. de electio item quale est officium Camerarii, & Vicecancellarii, quae similiter per Cardinales exercentur, prout de facto videmus, quae non possunt exerceri, nisi per clericos, vel diaconos notat, glo. in Clem. ut hi qui, de aetat. & qualit. & quales sunt Protonotarii, Scriptores, minores Penitentiarii, & alij in Romana Curia officia exercetes, quae ex constitutionibus, & consuetudine regulariter non possunt exerceri, nisi per existentes in ordine clericali, item quales sunt vicarii, & officiales in spiritualibus episcoporum, & aliorum praetorum: qui debent esse in ordinibus saltem minoribus constituti. per not. in cap. quia nos. de testamen. succedunt consanguinei clerico ab intestato decedente, pro quorum opinione faciunt notata in cap. significatum. de praeben. & in ca. 3. ne praeta. vic. suas, & ca. cum secundum. de praeben. facit etiam,

etiam, quia clericus, tempus quod ei superest, ab eo, quod impendit in diuinis, potest collocare in aliquo opere, vel seruitio honesto, & quod exinde quaerit, quaerit sibi de quo disponit, prout de bonis patrimonialibus, quia lex tantum excipit bona acquisita contemplatione ecclesie, non aliunde, & ista non possunt dici taliter acquisita, quia sunt stipendia personalia, dicit Innoc. Petrus de Anchar. in cap. cum in officijs. de testam. Iac. Butr. & Bal. in auth. licentiam. C. de episcopis & cler. & si lex permit- 61

61 ut clericis talia operari, videtur etiam per consequens permisisse, quod ex talibus acquisita sint eis acquisita, & quod ad quoscunque suos heredes etiam abintestato venientes transmittere possint, & habet communis obseruantia, & consuetudo, ut in huiusmodi succedant consanguinei, non 62 ecclesia, quia non sunt mutanda quae certam semper habuerunt consuetudinem. l. minime. ff. de leg. & consuetudo potest operari, ut consanguinei succedant clericis abintestato, non solum in bonis intuitu personae acquisitis, sed etiam, si sint acquisita intuitu ecclesie not. in cap. cum ibi, de verb. signifi. in cap. si propter tua. de rescrip. in 6. & c. In acquisitis vero per clericum ex illicita negotiatione, usura, mercatura, & huiusmodi vi per clericis interdicta, dicimus supra quod succedit Camera Apostolica, ut per bullam Pij quarti desuper aeditam, de quo dico in quaestione, quae negotia sint permessa, & interdicta cler. & in quaestione quid sint spolia ad longum.

Curialibus vero clericis Romanae Curiae, & alijs incolis Urbis, & districtus, tam ex testamento, quam abintestato succeditur per suos heredes in omnibus bonis, per eos tam ex beneficijs, officijs ecclesiasticis, quam alias quomodolibet etiam illicite acquisitis, concessione, & privilegio speciali sibi a Roman. Pont. concessio per bullam Alex. vi. sub Dat. an. 1494. Non. Octobris, & aliorum Pontificum, specialiter Iulij tertij sub Dat. Romanae 1549. 6. idus Martij anno primo. & Pij quarti anno 1560. Non. Februarij incip. Bulla confirmationis privilegiorum incolarum Urbis, & curialium. quarum bullarum tenor est in calce laboris istius insertus, per quam constitutionem Pius quartus innouat, & de nouo concedit privilegia curialibus, & incolis Urbis & districtus, & concessa circa dispositionem bonorum suorum, tam ex testamento, quam abintestato, de quibus bullis ego dico supra in praecedenti q. & eosdem curiales eximit, & declarat, non comprehendi in generalitate constitutionis per eum factae, super illicite acquisitis, de qua in quaestione, quae negotia sint permessa, & interdicta cler. a qua dispositione etiam eximit milites sacrosanctae militiae ordinis Hierosolymitani, declarando bona illicite per eosdem milites acquisita, relicta post mortem, non comprehendi in bulla per eum aedita.

Bona vero, quæ eisdem militibus ex beneficijs, commendis, & ecclesijs obtulerunt, recta via ad ordinem eius militiæ, & seu religionem, quæ in eis dominium habeat, & proprietatem spectant, unde moriente militis militiæ, in spolijs, & bonis relictis succedit religio, prout in capitulis stabilimentorum dictæ Hierosolymitanæ religionis legitur, quæ inferuntur, & præsertim in cap. cum bona, & facultates cap. consuetudo laudabilis, & cap. omnia bona. quæ capitula, & stabilimenta sunt confirmata a fel. recor. Paulo tertio prout ergo vidi confirmationem mihi exhibitam Neapolis, in causa spoliatorum cuiusdam Guiscardi Marcheti militis eius militiæ coram me tunc vertente, sub dat. 4. Non. Iunij. 1539. & a Pio quarto kalend. Iunij. anno Pontificatus primo. 1560.

Capitula in stabilimentis sacræ Hierosolymitanæ religionis.


Cum bona & facultates, quæ ordo noster possidet piorum hominum liberalitate collata sint, ad sustinendas hospitalitatis impensas, & propulsando Christiani nominis hostes, certum est fratres nostros proprijs in eis, aut priuati iuris nihil habere, sed eorum verum, dominium, ac proprietatem, & possessionem ad solum ipsum ordinem nostrum spectare, verum cum in communi recte administrari non possent propter locorum distantiam, & dissidentiam nationum, maiores nostri ea viritim fratribus per partes regenda commendarunt, unde nomen commendarum sumpserunt, impositis annuis pensionibus, quæ augerentur & minuerentur, prout, & rei, & tēpori, hoc est necessitati conuenire visum est. etenim, ut minimum quinta, sæpe quarta fructuum pars penditur, & in commune ararium inferri iubetur, nonnunquam etiam dimidia, vel omnes etiã fructus, si ita a capitulo generali fuerit statutum, penes quod vnum imponendarum, & assignandarum pensionum, & collationum huiusmodi (quas responsiones & impositiones vocamus) ius est. Id autem, quid a quoque sit pendendum, & soluendum decernit, & publice declarat. Decretum, & declarationem suam Prioribus Castellano Empostæ, & Capitulis provincialibus per litteras suas significat, mandatque, ut pensiones a se impositas exigi, & persolui ab administratoribus procurent, si qui fratrum nostrorum eius mandatis, & scriptis non paruerint, habitu priuentur.

Consuetudo laudabilis, & inueterata in nostro ordine inoleuit, aut per obitum Priorum, Castellani, Emposticæ, Bauiliuorum, Cōmendatariorum, & aliorum administratorum bonorum nostri ordinis, cōmune nostrum ararium

ararium percipiat iura mortuarij, & vacatis, id est pro mortuario, fructus prioratus, Bauiliatus, & commendæ, & administrationis a die obitus prioris Bauiliui, aut Commendatarij vsque ad festum natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ proxime sequens, & pro vacante, ab eo die vsque ad alium festum Sancti Ioannis Baptistæ, proxime futurum peracto anno, præter, & ultra iura spoliatorum, quæ ad idem commune ararium spectant, quam consuetudinem, hac lege, & statuto confirmamus, & pro lege haberi volumus, & obseruari mandamus.

Omnia bona mobilia, ac se mouentia quorumcunque fratrum nostrorum, tam in conuentu, quam extra decedentium cuiuscunque conditionis, & qualitatis fuerint, quæ spolia vocamus, ad commune nostrum ararium pleno iure pertinent, exceptis fratribus Capellanis obedientiæ, & seruientibus officij, quorum spolia peruenient ad illos, in quorum prioratibus, bauiliatibus, aut commendis residentiam, & itagium habuerint.

S Y M M A R I V M.

- 1  Clericus diuersimode facultates acquirere potest.
- 2 Quale sit peculium aduentitium clericorum.
- 3 Quod in laico dicitur peculium aduentitium, in clerico est quasi castrense.
- 4 Clericus manibus acquirere potest, & de acquisitis testari.
- 5 De fructibus beneficiorum non disponit clericus: nisi pro necessarijs.
- 6 Bona ecclesiarum, sunt Christi patrimonium.
- 7 Clericus in prophanos vsus redditus ecclesiæ expendens, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.
- 8 Clericus de altari debet viuere, non luxuriari.
- 9 Quid sit luxuria.
- 10 Quicquid habent clerici, sunt bona pauperum.
- 11 Pars superabundans, debet erogari in pauperes.
- 12 Decima datur pro ministris ecclesiæ, & pauperibus alendis.
- 13 Fructus ecclesiæ in quatuor partes diuiduntur.
- 14 Consuetudo valet derogare iuribus.
- 15 Consuetudo non efficit, quin pars debita pauperibus soluatur.
- 16 Detractis necessarijs ceteri fructus debentur pauperibus.
- 17 Clericus est pars domini.
- 18 An, & quomodo clericus habens sufficiens patrimonium possit habere beneficium.
- 19 Fructus beneficiorum non habent inseruire pro Thesaurizando.

- 20 Tutor præsumitur acquisisse ex propria industria, non ex bonis pupilli.
- 21 Tutor, & Prælati regulariter equiparantur.
- 22 In dubio de acquisitis per clericum, æqualis fit diuisio inter ecclesiam & heredem.
- 23 Clericus in bonis ecclesiæ habet usum tantum.
- 24 Relictum clerico administrationem non habenti, videtur relictum intuitu personæ.
- 25 Relictum intuitu personæ, non acquiritur ecclesiæ.
- 26 Beneficiatus non est dominus in rebus ecclesiæ, sed procurator.
- 27 Præbendæ ad quid dentur canonicis.
- 28 Nihil habens dare non potest.
- 29 Luxuriantes in bonis ecclesiæ tenentur ad restitutionem.
- 30 Dominium rerum ecclesiæ, pertinet ad Deum.
- 31 Acquisita per clericum beneficiatum, acquisita ecclesiæ præsumuntur.
- 32 Ecclesia habet intentionem fundatam super bonis possessis a clerico defuncto.
- 33 Bona acquisita per uxorem, præsumuntur acquisita de bonis mariti.
- 34 Bona acquisita per prælatum, præsumuntur acquisita de bonis ecclesiæ.
- 35 Suspicio turpis questus est euitanda, tam in uxore, quam in prælato.
- 36 Mulieribus non conueniunt negociationes.
- 37 Quando mulier præsumatur acquisisse de bonis suis.
- 38 Clerico est delictum negociari.
- 39 Res de quibus dubitari potest, an sint ecclesiæ, occupabit ecclesia.
- 40 Bona ante episcopatum, & tempore episcopatus ratione sanguinis, acquisita sunt heredum.
- 41 Res empta de pecunia ecclesiæ fit ecclesiæ.
- 42 Fructus ecclesiæ possunt dare porcis, secundum glo.
- 43 Distributiones quotidianæ efficiuntur clericis.
- 44 Clericus potest disponere tantundem de fructibus, quantum de suo impendit in ecclesia.
- 45 In quibus casibus possit clericus disponere de fructibus ecclesiæ.
- 46 Hodie inualuit, quod clerici appropriant sibi fructus ecclesiæ.
- 47 Clericus fructus relictos videtur facere suos.
- 48 Ad quem pertineat fructus ecclesiæ, statari solet consuetudini.
- 49 Tenet alienatio tutoris in illis quæ seruari non possunt.
- 50 Punitur clericus male dispensans.
- 51 Non potest clericus de fructibus ecclesiæ, sibi acquirere.
- 52 Clericus potest in vita donare secundum aliquos.
- 53 Usufructuarius fructus reconditos facit suos.
- 54 Bona fidei possessor, fructus separatos a solo fecit suos.

55 Differentia inter bonæ fidei possessorem, & usufructuarii quoad fructus.

§. Et quia.

- 1 Acquisita post consecrationem, præsumuntur acquisita ecclesiæ.
- 2 Vel ecclesia, vel hæres possideat, tuenda est possessio possidenti.
- 3 Quicumque possideat, præsumptio est pro ecclesia.
- 4 Actor probat intentionem suam, nisi sit pro eo præsumptio.
- 5 In rebus mobilibus possessor est tuendus in possessione.
- 6 Distinctio pro faciendâ præsumptione.
- 7 Præsumitur contra prælatum: qui non fecit inuentarium.
- 8 Præsumitur semper pro ecclesiâ; nisi hæres probauerit.
- 9 Triplex distinctio præsumptionis circa bona relictâ per clericum.
- 10 Hæredes possidentes, res mobiles modicas, sunt tuendi in possessione.
- 11 Vide de bonis clerici, quæ vadunt ad ecclesiâ, & quæ vadunt ad hæredes.
- 12 Clerici, non prælati præsumuntur acquirere intuitu personæ.
- 13 Hæres clerici, licite occupat bona post mortem.
- 14 In præsumptionib. faciendis circa acquisita per clericum, iudex arbitrabitur.
- 15 Iudex in præsumptione, & computatione faciendâ circa bona acquisita, deducet expensas victus, semper de bonis ecclesiæ.
- 16 Iudex vanas, & delicatas expensas, deducet de bonis clerici.
- 17 Quas expensas factas per clericum approbet iudex.
- 18 Quando præsumatur pro ecclesia.
- 19 Ecclesia succedit clerico decessenti sine hærede ad 7. gradum.
- 20 Quæ bona defuncti clerici occupet ecclesia, & quæ hæres.
- 21 In rem, quam possidet ecclesia per clericum defunctum, sibi ius dicit.
- 22 Res relictas per clericum, non petit ecclesia, vti hæres, sed vti domina.
- 23 Si res relictæ per clericum sint in alium translatae, competit ecclesiæ rei vindicatio.
- 24 Debeo potius præsumere, quod quis fecerit, quod ius præcipit, quam contra ius.
- 25 Distinctio Abb. ex quibus præsumitur clericus acquisisse.
- 26 Si Patrimonium est sufficiens ad acquisita, ecclesia vero non, nec in totum, nec in parte, tunc præsumitur pro herede, secus contra.
- 27 Si Patrimonium & ecclesia est sufficiens in totum, vel in parte, tunc acquisita diuiduntur inter ecclesiam, & patrimonium, secundum quantitatem vtriusque.
- 28 Detrahatur primo quantum verisimiliter potuit expendere clericus de bonis ecclesiæ.
- 29 Non est faciendâ præsumptio captiosa alicui.

- 30 Parificantur in acquisitis per clericum, patrimonium, & industria.
- 31 Vide quando administrator præsumatur acquisisse ex industria, & quando ex administratione.
- 32 Si dubium sit utrum bona ante, vel post sint acquisita, defenditur possessor, in possessione.
- 33 Quando constat clericum ante beneficia habuisse patrimonium, agens probet.
- 34 Hæres repertus in possessione, stat quousque de coniecturis dignoscatur.
- 35 Tollitur præsumptio pro ecclesia, si probetur patrimonium, industria, vel artificium.
- 36 In singulis clericis præsumitur pro ecclesia, sed magis in prælatis.
- 37 Nullus, nisi sit Prælatus habet officium acquirendi pro ecclesia.
- 38 Vna præsumptio elidit aliam.
- 39 Ex coniecturis conijcitur per arbitrium iudicis, an acquiserit clericus intuitu ecclesie vel personæ.
- 40 Semper præsumitur pro ecclesia.
- 41 Præsumitur contra prælatus omittente facere inuentarium.
- 42 Propter culpam prælatis, defertur ecclesie iuramentum in litem.
- 43 Ubi non apparet de tempore, & titulo acquisitionis, præsumitur pro ecclesia.
- 44 Quando hæres institutus occupas relicta per clericum incidat in pœnam.
- 45 Succedens, vel iure institutionis, vel ab intestato, licite occupat, quod a nemine est possessum.
- 46 Quando vicarius ecclesie præsumatur acquisisse de bonis ecclesie, vel nõ.
- 47 Quando rector ecclesie præsumatur acquisisse de bonis ecclesie vel non.
- 48 Non ardeatur hæres ad probandum bona esse ex industria acquisita, sed sufficit probare clericum ex industria multum lucratum.
- 49 Prælatus, emens nomine ecclesie, acquirit ecclesie dominium, & possessionem.
- 50 Hæres capiat possessionem hereditatis clerici saluo iure ecclesie.
- 51 Clericus præsumitur fecisse mutuum de pecunia ecclesie, nisi probetur, quod erat talis, qui tale mutuum potuit acquirere.
- 52 Vide quando legatum factum Titio episcopo, intelligitur factum contentatione ecclesie vel personæ.
- 53 Quid sit ad ministracionem habere in ecclesia.
- 54 Quid sit prælationem habere in ecclesia.
- 55 Vide quando legatum clerico administrationem non habenti, est factum intuitu personæ, vel ecclesie.
- 56 Canonici non habent administrationem in ecclesia.
- 57 Religiosus regulariter non dicitur posse habere propria.
- 58 Legatum factum religioso, præsumitur intuitu monasterij factum.
- 59 Quando legatum factum canonicis præsumitur factum ecclesie, vel singulis.
- Item vide de legato factum civibus, & civitati.

Item

- Item quando legatum filiosfamil. præsumatur factum contentatione patris.
- 60 Quod dicitur, quod acquisita per prælatus præsumuntur ecclesie acquisita, intellige quando contentio est cum ecclesia, secus, si cum alia personæ.
- 61 Quando officialis præsumitur acquisisse de bonis reip.
- 62 Quando tutor præsumatur acquisisse de bonis pupilli.
- 63 Circa qua tenetur operari Rector.
- 64 An episcopus ex industria acquirat sibi.

.S. quod dicendum.

- 1 Sacerdos habet semper viuere de redditibus beneficij.
- 2 Verbum victus etiam vestimenta comprehendit.
- 3 Id solum est clericorum: quod probabili ratione consumunt.
- 4 Clericus, qui nõ interest diuinis, non facit suas quotidianas distributiones.
- 5 Clerici habent viuere de patrimonio Iesu Christi.
- 6 Episcopus tenetur providere clerico, quousque ei detur beneficium.
- 7 Ad quid Apostolus manibus victum querebat.
- 8 Hodie bona ecclesiarum sunt deputata principaliter ad usum ministrorum.
- 9 Habens patrimonium, non potest petere aliquid ab ecclesia vniuersali, sed bene a particulari cui clericus deseruit.
- 10 Hodie clerici sine penuria, & commode habent viuere.
- 11 Non possum facere commode, quæ possum facere sine penuria.
- 12 Quomodo intelligatur beneficium sufficiens clerico.
- 13 Competenter quis debet beneficiari, vt possit commode sustentari.
- 14 In hospitalitate exercenda, habetur respectus ad situm beneficij.
- 15 Multum differunt viuere commode, & sine penuria.
- 16 Hodie clerici non debent viuere ita strictè.
- 17 Hodie est difficile dicere, quot fructus sufficiunt beneficiato quia plus vni, & minus alteri.
- 18 In subministracione victus clerico, habet consideratio ad qualitatem personæ.
- 19 Alijs cibis vescuntur nobiles, alijs pauperes.
- 20 Sine scientia mundus regi non potest.
- 21 Ecclesia vniuersalis indiget viris litteratis.
- 22 Persona litterata prodest ecclesie vniuersali.
- 23 Quomodo intelligatur illud, quod ecclesia habet sufficere clerico, & suis.
- 24 Quomodo indicatur sufficientia beneficij.
- 25 Scientia requiritur, secundum locum, dignitatem, & ordinem, ad quem quis sumitur.
- 26 Quæ scientia requiritur in Episcopo, & quæ in alijs inferioribus.
- 27 Expensæ quæ fiunt in recolligendis fructibus in primis adduci debent.
- 28 Quid

- 28 Quid continetur appellatione fructuum.
 29 Habens patrimonium potest viuere de beneficio.
 30 Nulla ecclesia potest edificari sine dote.
 31 Hodie bona ecclesiarum, sunt principaliter deputata ad usum ministrorum.
 32 Nemo debet proprijs expensis militare.
 33 Hodie beneficia sunt principaliter deputata pro clericis.
 34 Stipendium datur clerico non propter indigentiam; sed propter seruitiū.
 35 Clerici diuites licite stipendia ab ecclesia accipiunt.
 36 Decimæ soluantur clericis; siue sint diuites, siue pauperes.
 37 Hodie clericus licite uiuit de beneficio, & conseruat patrimonium heredibus.

§. Fict ergo.

Ex quibus præsumatur clericus acquisisse.

QVÆSTIO IX.

- §. **I**tem quia plerunque dubitatur, unde prouenerint acquisita per clericum beneficiatum, an scilicet ex fructibus, seu prouentibus beneficij, an vero aliunde, puta ex patrimonio, vel industria, ideo ad propositum esse iudicauimus præsentem quæstionem facere. Et primo non videtur, quod possit præsumi ex prouentibus ecclesiæ acquisita ex infradicendis, stante quia clericus diuersimode facultates substantias, & peculium acquirere, & habere potest, quia potest habere peculium aduentitium, castrense, & quasi, quia quod artificio, vel industria, paterna successione, vel materna, vel intuitu cognationis, vel dono consanguineorum, aut amicorum intuitu personæ, non ecclesiæ, clericis acquiritur, aduentitium dicitur peculium clericorum, quod dici potest esse quasi castrense, quia quod in filiofamilias laico dicitur aduentitium, in clerico quasi castrense peculium appellatur, quia de isto testari potest clericus, & disponere per tex. in cap. tua nobis extra de testa. l. vltima. C. de in off. testa. authen. presbyteros. C. de episcopis & cler. 9. l. dist. cler. x. q. 3. cauendum in fi. cap. primo. 2. r. q. 1. in fi. per quæ iura probatur clericum honeste proprijs laboribus, & manibus sibi acquirere, & de talibus testari possunt clerici, etiam si sint in potestate. C. de episcopis & cler. l. sacrosan. C. de assel. velut castrense. Secundo consideratis canonibus colligitur, quod clerici beneficia habentes, ex eorum redditibus non possunt disponere, nec expendere, nisi

- nisi tantum, quantum sufficiat ad eorum honestum victum & vestitum cæterosque vsus necessarios, aut congruos. cap. fina. 1. 2. quæstio. prima. cap. videntes. ea. quæstione in princip. 44. distinct. tibi, o, sacerdos viuere de altari permittitur non luxuriari, bona etenim ecclesiarum sunt proprium Christi patrimonium cap. cum ex eo. de electio in 6 no tant. Fely. & Deci. in cap. constitutus. de rescrip. & diuus Bernard. in epistola secunda scribit. Denique quicquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum, de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est. Imo non desunt, qui opinantur, clericum habentem beneficium ultra sibi necessarium in prophanos vsus redditus illius expendentem, mortale crimen committere, & teneri ad restitutionem illorum reddituum: quos ita expendit, dicente Hieronymo, aliena rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur. §. ordinandus. 4. 2. dist. huius opinionis est sanct. Thom. 2. 2. q. 43. artic. 8. sequitur Alexan. Hales. tertia parte quæstione 36. membro quinto Ricard. in quarto sent. dist. 45. artic. 3. q. prima, hanc opinionem probat Palud. in quarta dist. 24. q. 3. artic. vltimo. suffragatur tex. in cap. episcopus. 1. 2. q. prima, & in cap. primo. 1. 2. q. 3. & inquit diuus Bernardus. epistola. 42. colum. 3. Clamant pauperes, nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis, sequi videtur Abb. in cap. cum secundum. de præb. colum. 3. Archid. & Dominic. in summa. 44. dist. Fely. in cap. postulante. de rescript. num. 6. & in cap. de quarta. num. 33. de præscrip. quia de altari debet viuere non luxuriari, & accipitur luxuria, pro omni luxu, seu illicita concupiscentia. 4. 3. dist. in princip. & dicit Aug. in summa in 5. clericus. 3. quod talis contractat rem alienam inuito domino, quia quicquid habent clerici, sunt bona pauperum. 1. 2. quæst. 2. aurum, & 16. quæst. prima. colum. fi. subiungens, quod etiam recipientes, tenentur ad restitutionem, nisi in casu concessio. 1. 4. q. 6. si res. quod verum dicit quoad forum conscientia. Et detracta portione, pro congrua, & necessaria sustentatione clerici, vel beneficiati, pars super abundans de redditibus, in pios vsus, & in pauperibus. 1. 6. quæstione prima. cap. castellas. cap. episcopi. 10. q. 2. Abb. in cap. de his: de eccles. edifican. vel reparand. noua etenim lex de dandis decimis ecclesie ministris, ex eo iustitiam præsert, quod ipsa decima datur, pro congrua ministrorum in ecclesia Dei seruientium sustentatione, & pro pauperibus alendis datur ipsa decima fructuum pars. Caietan. in 2. 2. q. 87. artic. 1. & quæstione. 188. artic. 7. ca. decim. & cap. fi. 16. quæstione prima.

T Et

Et clericus præbendatus per antiqua iura de redditibus ecclesiæ, & oblationibus fidelium, tenetur facere quatuor partes, videlicet episcopo, 13 pauperibus sibi ipsi sacerdoti, & fabricæ cap. quatuor. cap. cognouimus. & cap. sequen. 12. quæstio. 1. vbi ultra quartam sibi debitam, nihil ultra expectet sacerdos, quamuis secundum Abb. in cap. primo, de eccles. ædific. quoad quartam episcopi, & quartam fabricæ, est standum 14 consuetudini, quæ in huiusmodi valet derogare iuribus, nisi tamen fabrica remaneret derelicta, quia tunc talis consuetudo esset irrationabilis, & non valeret, & sic tali consuetudine non obstante, beneficiatus tenetur dare quartam fabricæ. argu. dict. cap. cognouimus.

Quoad vero quartam debitam pauperibus, non valet aliqua consuetudo in contrarium, quin teneatur eam beneficiatus soluere: imo 16 secundum quosdam, non solum quartam partem, sed & omnia, quæ supersunt eius necessitatibus detractis, pauperibus erogare tenetur, nisi fabrica ægeat reparatione, vel nisi vellet conuertere talia, ad ampliandum cultum Dei in ecclesia, nulla extrema necessitate in aliquo occurrente, in quibus duobus casibus licite, desistit ab erogatione in pauperes, alias non sine mortali peccato. argu. eorum quæ not. in cap. dubium el. 2. de electio. & in cap. cum secundum. de præbend. facit cap. clericus qui. cap. duo. cap. ultimo, 12. quæstio. 1. & 10. quæstio. 2. episcopus. quia dicit text. in dict. cap. clericus. quod cum clericus 17 sit fors, id est pars Domini, debet se talem exhibere, vt sit domini pars: si vero aurum, argentum, suppellectiles varias habet, cum istis partibus Dominus non dignatur fieri pars eius: vnde stante diuisione fructuum beneficij facta a iure in quatuor partes, stante, quod clericus ultra ratam sibi tangentem, nihil debeat accipere, stante quod clericus aliunde acquirere, & habere facultates potest, non videtur posse præsumi acquisitionem esse factam de fructibus, & prouentibus beneficij, quia esset ista præsumptio contra iura disponentia contrarium, quod esse non debet.

Nec secundum Innocen. & Hostien. relatis per Abb. in cap. postulasti. de rescript. clericus habens bona patrimonialia, de quibus possit viuere, potest simpliciter licite beneficium ecclesiasticum suscipere, quia secundum Ricard. etiam in quolibet. 3. quæstio. 21. si bona patrimonialia sufficiunt ad necessitatem naturæ, potest beneficium suscipere in tantum, quantum exigit necessitas status, & personæ, & pro supplendo tali necessitati, Si vero tantum habet de patrimonio, quantum requirat necessitas status naturæ, & personæ, in tantum, quod multa etiam posset erogare pauperibus, si ultra accipit beneficium ecclesiasticum non intendens ecclesiæ deservire, peccat mortaliter facit. cap. clericos. 1. quæstio. 2.

stio. 2. & cap. sequen. per quod apparet quod fructus beneficiorum, habent tantum seruire in necessitatibus beneficiati, non ultra, nec habent 19 inferuire pro thesaurizando, & acquirendo rem: facit pro ista opinione quod habetur in text. in l. si defunctum. C. arbitrium tutel. vbi habetur quod curator, seu tutor præsumitur acquisisse non ex bonis pupilli, seu minoris, sed ex propria industria seu prosperitate fortunæ, ergo idem dicendum in clerico, quia prælatus, & tutor regulariter comparantur not. de integ. resti. cap. auditis. in quarta glo. Item facit 21 tex. & ibi glo. in ver. compensatione. 12. quæstio. 4. cap. primo. vbi de acquisitis per clericum, tam de rebus ecclesiæ, quam suis, existente dubio, æqualiter fit diuisio, inter ecclesiam, & hæredes, nec propterea ex quo clericus sit beneficiatus, aut præbendatus, præsumitur acquisitionem de bonis ecclesiæ, vterius, non potest etiam alia ratione præsumi, 23 habet clericus nisi vsum, & vsuario comparatur dicit glo. in cap. cum olim. extra de rerum permut. glo. in cap. fin. de pigno. in cap. quia nos. de testamen. Innocen. in cap. indecorum. circa fin. de ætat. & qualitat. Imol. in Clemen. gratiæ. de rer. permut. 4. colum. in fi. per Abb. in cap. cum esset. de testamen. Bald. in authen. licentia. C. de episcopis & clericis. & tex. in cap. cum M. Ferrariensis. de consti. Item facit, quia si aliquid 24 relinquitur clerico prælationem, vel administrationem non habenti a propinquo, vel ab extraneo. illud non præsumitur ei relictum ratione, & respectu ecclesiæ, sed bene respectu personæ, & sic non acquisitum 25 ecclesiæ præsumi debet, est tex. in cap. reliquisti in fi. de testam. & glo. ibi dicit siue habeat beneficium ecclesiasticum, siue non, sequitur Abb. qui illum tex. declarat in cap. si. de pecul. cler. quia prælatus, vel beneficiatus non est dominus in rebus ecclesiasticis, sed procurator. 12. quæstione. 1. si priuatum. per Abb. in cap. fraternitatem. de donatio. ex. & ibi dom. Anto. & idem in cap. petitio. in 2. colum. post Innocen. de procurat. 27 curat. Item facit, quia cum præbendæ procedant ex rebus ecclesiæ, nõ dantur canonicis simpliciter, vt faciant quicquid velint ex redditibus, sed vt primo necessaria accipiant pro se, & si quid superest debent expendere in vtilitatem ecclesiæ Abb. cap. si. de pecul. cler. ergo nihil habet, ergo non acquirere potest de illis, nec disponere, quia qui nihil habet donare non potest. 1. q. 7. Daybertum. 54. dist. Abbati. glo. in cap. carerum. ex. de donat. facit quod dicit Abb. in cap. cum secundum. ex. de præben. quod est licitum viuere de fructibus beneficij, non luxuriari, ex quo nota contra beneficiatos, conuertentes redditus in vsum inhonestos, 29 & inquit Abb. credere, quod si haberent patrimoniũ, tenerentur de suo reddere ecclesiæ, quod male expenderunt. 12. q. 4. cap. primo. & secundum.

do & paulo post idem Abb. dicit bona ecclesiarum non sunt prelato-
 30 rum, sed patrimonium Iesu Christi suo sanguine acquisitum, domi-
 nium ergo rerum ecclesiasticarum pertinet ad Deum, & est inquit Abb.
 contra prelatos, reputantes se dominos, quia dicit glo. in cap. ad aures.
 12. quaestio. 1. de fructibus ecclesiae illud solum est clericorum, quod
 probabili ratione consumunt, sequitur Zabarell. in cap. fina. de pecul.
 cler. sequitur Soci. conf. 3 2. volum. primo. num. 4. vbi dicit secundum
 Archid. & Ioan. de Ligna. in Clem. gratiae. quod si clericus ultra necessita-
 tem aliquid expendit de bonis ecclesiae tenetur ad restitutionem. 1 2. q.
 2. cap. episcopi.
 Contrarium videtur per text. in cap. primo. de pecul. cler. vbi est tex. ro-
 31 tundus, quod acquisita per clericum beneficiatum, praesumuntur ac-
 quisita de fructibus beneficii, non aliunde, & ibi notant omnes & ma-
 xime Abb. vers. & nota sic, vbi dicit quod ecclesia habet intentionem
 fundatam de iure communi, super omnibus bonis possessis a prelato
 32 defuncto, unde omnia praesumuntur esse ecclesiae, nisi probetur exad-
 uerso illa esse patrimonialia, & videatur iste text. inquit, probare quod
 etiam contra heredem possessorem, ecclesia habeat intentionem suam
 fundatam, vt colligitur, ibi, quicquid ipsum habuisse poterit, &c. Et
 quod clericus praesumatur acquisisse de bonis ecclesiae, vide per glo. in
 l. etiam. in ver. credidissent. C. de donat. inter vir. & vxor. per Specul.
 de testamen. monach. vers. 53. & cap. primo. in fin. de pecul. cler.
 Bald. in cap. primo. ad fin. vers. quare quid in dubio. de cler. qui in-
 uestit. fecit. Bart. in l. facultas. in fin. C. de iure fisci. lib. 10. Specul.
 de loca. § 6. vers. 76. Cardinal. in Clemen. gratiae. 19. quaestio. vers. ad
 5. de rescript. & dicit Zabarell. dict. cap. primo. de pecul. cler. quod
 sicut praesumitur pro marito carnali, quod acquisita per vxorem, sint de
 33 bonis suis acquisita, sic praesumi deberet pro marito spirituali, scilicet
 pro prelato contra ecclesiam, quod acquisita per eum sint acquisita de
 bonis ecclesiae, quia dicit Hostien. cap. primo. de testamen. quod in
 34 utroque casu, tam vxoris quam prelati, est eadem ratio praesumptionis,
 vt euitetur suspicio turpis quaestus, mulieres enim raro negociantur,
 quia negotiationes non conueniunt mulieribus, quia non debent se im-
 miscere ceteris virorum. l. aliena. C. de procurat. Et si negocia fa-
 ciunt, de bonis mariti faciunt: dicit tamen Ioan. de Imol. secundum d.
 Pet. d. cap. de pecul. cler. quod si in vxore poneretur in facto, quod ipsa
 fuisset diues, & maritus, nihil habens, tunc illud, quod vxor quaesiuisset,
 non debet praesumi de bonis viri quaesitum, qui nihil habebat, quia ex bo-
 nis, quae non apparent lucrum aliquod proficisci non potest, facit quod
 35 habetur in l. pri. ff. de contrahen. emptio. per Imol. dict. cap. primo. de
 pecul.

pecul. cler. colum. secunda. sic & in prelatis, & clericis beneficiatis si
 36 negociantur est turpis quaestus, ideo praesumitur non ex negociationi-
 bus acquirere, quia non praesumitur prelatus negociatus fuisse, cui ne-
 37 gociari est a canone interdictum, quia clerico hoc facere est delictum
 toto titu. ne clerici, vel monach. saecular. neg. se astr. & dicit Innocen.
 38 quem sequitur Zabarell. in cap. cum in officijs. extra de testamen. quod
 39 de rebus, de quibus dubitari potest, an sint acquisitae ecclesiae, & an
 sint ecclesiae, nec ne, quod etiam illis occupabit ecclesia, quia pro ipsa
 praesumitur, alias vero de quibus est certum, quod fuerunt testatoris,
 occupabit haeres, est tex. in terminis in authen. licentiam. C. de episco-
 pis. vbi episcopus, quaecunq; fuit probatum habuisse ante episcopatu-
 tum, & quae ratione cognitionis acquisiuit post episcopatum, potest ad
 40 quem voluerit transmitti vbi glo. notat. quod si habet probari, ergo
 praesumitur pro ecclesia, & ecclesiae acquisitam, facit in terminis, in cap.
 primo. 12. quaest. 3. vbi clerici nihil habentes ante ordinationem suam,
 postea acquirendo agros, & praedia, ac alia quaecunq; suo nomine com-
 parata, de bonis ecclesiae acquisisse praesumuntur, & tanquam rerum do-
 minicarum inuadentes tenentur, nisi admoniti, ecclesiae eadem acquisita
 contulerint, vbi dicit glo. quod speciale est in ecclesia, quod res empta
 de ecclesiae pecunia, statim fit ecclesiae, licet clericus emerit nomine pro-
 41 prio, id quod est secus in rebus priuatorum: & prelatus, vel beneficia-
 tus, attento, quod habet liberam administrationem in rebus ecclesiae,
 & facit fructus beneficii suos, secundum aliquos potest disponere de eis
 per text. vbi glo. Abb. & alij in cap. ceterum. de donatio. extra. & aequi-
 paratur usufructuario in vita, per ea, quae dicit Abb. in cap. fina. de pe-
 cul. cleric. vers. in glo. secunda, vbi videtur dicere quod clericus in vi-
 ta, & in bona valetudine comparatur usufructuario, in infirmitate ve-
 ro aequiparatur usufructuario, quia non potest donare aliquid, nisi intuitu
 eleemosynae, cap. quia. cap. relatum. el. 2. extra. de testamen. Abb. in
 cap. cum in offic. eod. titu. glo. est multum notabilis. in cap. praesenti.
 de offic. ordinar. lib. 6. Item facit quia videtur, quod clericus habeat
 42 omnimodam dispositionem pro libito suae voluntatis, circa fructus be-
 neficiorum, & quod quouismodo expendere potest, quia etiam potest il-
 los dare porcis. est. glo. notabilis in summa. 1. q. 1. quae dicit de fructi-
 bus nulla quaestio, qui etiam vendi, & dari porcis possunt per text. in cap.
 fin. ne prelat. vic. suas.
 Facit, quod habetur in tex. in cap. vnico. de cler. non resid. in fin. vbi vide-
 tur, quod fructus, id est distributiones quotidianas clericus faciat suas,
 43 & illarum dominium acquirat, Dec. conf. 280. Paris. conf. 33. volum.
 quarto.

Facit vterius, quia clericus licite disponit de fructibus, ac rebus ecclesie in quantum expendit de suo in utilitatem ecclesie, & de eis testari potest cap. si quis quilibet. 12. questio. 2. & cap. si episcopis. questio. 5. immo si non restaretur, heres posset petere, facit cap. de multa. de preben. & quod not. Abb. ibidem in quarta col. um. & l. que omnia. in fin. ff. de procura. glo. in l. si non fortem. §. si centum. ff. de condit. indeb.

Item potest disponere de rebus, & fructibus ecclesie, stante consuetudine. Item potest disponere in eleemosynam, quam clericus potest facere etiam in egritudine constitutus. cap. ad hec. & cap. relatum el. 2. extra de testamen. Item potest disponere, & donare de fructibus beneficii in remunerationem seruitiorum honeste receptorum, tam a consanguineis, quam ab extraneis. dict. cap. relatum. de testamen. §. licet. Item potest disponere clericus de fructibus ecclesie in dando locis religiosis. dict. cap. relatum. & Abb. in dict. cap. ad hec dat practicam, quod si clericus vult disponere aliquo de istis modis valide, & efficaciter det, donet, disponat, & faciat dum ipse viuit, & in vita, & non relinquat quia non valet.

Et dicit apostilla ad Ang. in summa in verb. cler. tercio vers. vtrum prelatus. in verb. de fructibus. loquendo an prelatus possit soluere debita personalia de fructibus beneficii, quod sic, quia hodie inualuit communis opinio, quod hodie clerici appropriant sibi fructus ecclesie, unde de melius visum est curie, vt satisfaciant creditoribus: & dicit Cardinalis Zabarella in cap. inquirendum. de pecul. cler. quod de fructibus clericus libere disponit, ait enim, sed si prelatus vendit fructus, quos libere potest distrahere &c. facit, quod dicit Couarruias Doctor Hispanus in cap. cum in officijs. de testamen. vbi tenet, quod prelati, licet in prophanos vsus expendant redditus, & fructus beneficiorum, propter quod crimen mortale committunt, non tamen tenentur restituere, neque ad restitutionem aliquo modo, quia dicta Doctorum circa hoc adducta, eo tendunt frequentius, vt sit illicita hec ecclesiasticorum reddituum distributio, non tamen, vt sit restitutio necessario facienda: preterea redditus ecclesiastici qui supersunt ultra ministrorum victum, alieni dicuntur, non proprii, sed ex quadam metaphora, eo quod pauperibus essent erogandi, quod auctoritate Hieronymi comprobatur, is etenim scribit bona ecclesiarum dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem, sicut refert Cardinalis a Turre Crenata cap. videntes num. 2. 12. q. 1. per multa que allegat ibidem d. Couarruias, & per multorum Doctorum opiniones, quorum opinio inquit, & sententia benignior est, & nostris hinc tempo-

temporibus admittenda, ex rotius Christiani orbis consuetudine, qua plurimum adiuuatur, &c.

Quia nemo videtur teneri ad restitutionem sue rei, quia clericus beneficiatus, & prelatus facit fructus ex beneficio relictos suos, late per Hostien. in cap. fin. de pecul. cler. vbi post longam distinctionem concludendo dicit: sed est verius, quod clericus fructus separatos, & reconditos solummodo facit suos, alij autem omnes ad ecclesiam pertinent, sic enim est, & in usufructuario, cui talem clericum beneficiatum diximus comparandum, & quod sit in usufructuario habetur in l. arboribus. §. Iulianus. ff. de usufruct. id quod inquit est verum, nisi de speciali statuto, vel consuetudine ecclesie, in contrarium appareat, quia tunc tali statuto, & consuetudini standum erit, sequitur ibidem Ioan. Andree, ibi possessio restituitur, non fructus, quos facit suos. Sed vltra omnes pulchrius ibidem per Zabarellam, vbi dicit, quod quicquid disponit clericus de fructibus beneficii in vita, tenet, sicut valet alienatio tutoris in illis, que seruando seruari non possunt, subiungens sic in simili dico, quod prelati habent liberam dispositionem de fructibus beneficii, & plus dico, quod sunt domini fructuum cap. vnico de cler. non residen. in fin. lib. 6. & distinguit in fin. quod aut queritur, an beneficiatus faciat fructus suos, ita quod libere disponere possit, sicut Dominus, adeo quod etiam, si male dispenset, non possit puniri, & dic quod non cap. 2. de pecul. cler. aut queritur, an faciat suos in tantum, quod possit sibi conseruare, vel ex eis aliquid acquirere, quod suum sit, & ad huc idem: quia non potest cap. 3. eodem titu. de pecul. cler. aut, an faciat suos, ita quod de eis possit disponere, adeo quod non reuocetur, quod fecerit, & tunc, aut in vltima voluntate, aut inter vivos, primo casu non potest cap. ad hec de testamen. & cap. relatum. licet in hoc possit, aliter dici, vt pre dixi, sed hoc communius. secundo casu indistincte potest, etiam donando, quia dominus est fructuum cap. vnico de cler. non residen. in fin. lib. 6. & equum esset statuere, quod de omnibus fructibus, item etiam de omnibus acquisitis ecclesie: sive mobilibus, sive immobilibus, possit clericus libere disponere, & in vita, & in morte, & hoc si sint acquisita intuitu ecclesie, per hoc enim clerici essent promptiores ad bene agendam, & bene acquirendum, & multi magni viri, qui abstinent a clericatu, non abstinerent, nec facerent clerici fraudes, quas faciunt, in faciendo instrumenta cantare in alio, hec que dixi beneficiatum posse disponere in vita de fructibus, procedunt, quando disposuit de eis, sed si moritur dispositione non facta, fructus referuntur ecclesie, & remanent futuro successor cap. presenti, pre allegato in principio, libro sexto, in eo autem, quod dictum est de fructibus:

bus, quod fiunt clerici, intelligunt communiter omnes, verum esse cum sunt percepti, separati a solo, & reconditi, comparando in hoc clericos usufructuario, qui facit fructus suos, tunc cum sunt reconditi

3 non ante. ff. quibus mod. usufruct. amittat. si fructus. alias & usufructuarius, quæ tamen lex hoc non dicit secundum verum intellectum: immo, inquit, verius dic, quod sicut bonæ fidei possessor facit fructus suos statim cum sunt a solo separati, etiam non reconditi dicit. l. sic & usufructuarius, sed in hoc est differentia, quia bonæ fidei possessores faciunt fructus suos a quocunque sint solo separati, usufructuarij vero, tunc tantum, quando per ipsum sunt separati, vel per alium eius nomine. dicit. l. quod tenet Cyn. in l. certum. C. de rei vend. in clerico autem videtur magis conueniens, comparare ipsum bonæ fidei possessori potius, quam usufructuario, quia differt ab usufructuario, & quando

5 clerici faciunt fructus suos, se remittit idem Zabarel. ad eius scripta in Clemen. gratiæ. vltima quæstio. de rescript. Et per hæc cum clarissime constet, quod clericus de fructibus beneficij possit omnimodo dispendere, eosque faciat suos, & quod inoleuit quod hodie clerici appropriant sibi omnes fructus beneficiorum per supradicta, potest indubitanter dici, quod de eis acquisitionem facere, & acquirere possit, & quod beneficiatus, acquirendo faciat præsumptionem, acquisita esse de fructibus beneficiorum.

5. Quid dicendum, in tanta contrarietate, de hac materia habetur. 12. quæstio. 3. & 12. quæstio. 4. & est in hac materia distinguendum, & intelligendum, prout per doctores in cap. vt vnus. de pecul. cler. vbi dicit. Hostien. quod acquisita per episcopum post consecrationem, debent præsumi acquisita ecclesiæ, & de rebus ecclesiæ, nisi probetur, quod non occasione ecclesiæ acquisit, per text. in cap. quia nos. de testamen. anthen. licentiam. C. de episcopis, & cler. & sic incumbit semper probatio hæredibus episcopi, quod quidam intelligunt, si ecclesia est in possessione rerum acquisitarum, & de quibus controuertitur, quia, si non ecclesia, sed hæres possidet, tuenda est ei sua possessio

2 l. fina. C. de rei vend. cap. primo. 12. quæstio. 5. in fin. sed contrarium est verius, secundum eum, quia quicumque possideat, præsumptio est pro ecclesia, vnde possidens habet probare intentionem suam, & si non probet, succumbit per text. in cap. primo. de testamen. per illa verba detineri nullatenus patiaris. nec obstant iura, quæ volunt, quod actor probet intentionem suam, quia intelliguntur, & vera sunt, nisi præsumptio sit pro actore, vbi enim præsumptio est pro actore, succumbit reus, nisi probet, subiungens ibi Hostien. porro, si constat, quod

4 mihi habens promotus fuerit, nec probetur, quod aliunde acquisierit

sit pro ecclesia iudicabo, & hoc in rebus immobilibus, porro in mobilibus modicis, quilibet possessor tuendus est in possessione, in quantum dari potuerunt, sequitur Ioan. Andreæ ibidem, dicens vltra Hostien. quod quidam distinguunt, an prælatus promiscue, vtatur rebus ecclesiæ, & suis, nec ne: alij an constet, prælatum habuisse proprium ante promotionem, nec ne: Tertij quis possideat, & quis petat, vt probet contra possidentem: aliqui, an prælatus fecerit inuentarium, nec ne, vt primo casu, vltra expressa in inuentario præsumatur pro hærede, secundo casu, præsumatur pro ecclesia, fuit enim in culpa prælatus non faciendo inuentarium, quia segregare debuit res suas a rebus ecclesiæ. 12. quæstio. 1. sint. & habetur id in canone Apostolorum canon. 35. incip. manifeste sumpo res priuatæ episcopi. &c. & multum

7 contra eum in tali casu præsumitur, si omiserit, & sæpe potest propter culpam eius, deferri iuramentum ecclesiæ arg. 2. quæstio. 1. in primis, & maxime, vbi lata, & manifesta deprehenderetur culpa prælati, per eundem Ioan. Andreæ in cap. cum in officijs, de testamen. vbi etiam subiungit, quod semper pro ecclesia præsumitur: nisi hæres clerici defuncti probauerit, ante clericatum defunctum clericum habuisse aliquid, vel aliunde suo intuitu obuuisse, addens idem Ioan. Andr. dict. cap. vt vnus. aut constat clericum habuisse proprium tempore promotionis, aut constat non habuisse, aut dubitatur: primo casu, vera sit opinio, vt probet agens contra possidentem, secundo casu, vt præsumatur pro ecclesia idem in tertio, maxime si defunctus clericus non fecit inuentarium, sed in secundo casu, licet præsumptio sit pro ecclesia, tamen hæres acquisitum intuitu personæ probabit, in tertio probet etiam eum habuisse aliquid promotionis tempore, quia hoc probato, eliditur præsumptio, sequitur Cardinalis Zabarella ibi: quæro inquit, an in dubio, cum non apparet, an occasione ecclesiæ acquisierit clericus, vel prælatus præsumendum est pro ecclesia, nisi probetur, quod non acquisierit intuitu ecclesiæ, sed aliunde, vt sic semper incumbat probatio hæredibus, etiam si possideant, vt semper præsumptio sit pro ecclesia, etiam, si non possideat, nisi hæredes possederint res modicas mobiles, quia in illis est eis tuenda sua possessio, & si prælatus promiscue sit vsus rebus ecclesiæ, & suis, quod sit præsumendum pro ecclesia, secus, si separatim, & si constat prælatum aliquid habuisse ante promotionem, quod tunc non præsumatur pro ecclesia, secus si non constet, & demum sequendo distinctionem Ioan. Andreæ, quod si constet habuisse illum ante promotionem, quod non sit præsumptio pro ecclesia, quin agens probet contra possidentem, si non constet, præsumptio est pro ecclesia, & incumbit hæredi probare, quod non acquisierit, ratione

tione ecclesie, sed intuitu personae: secundo casu etiam praesumitur pro ecclesia, maxime si praelatus non fecit inventarium, sed si probabit haeres, cum aliquid habuisse tempore promotionis, tollitur haec praesumptio, & est locus primo casui. Et ante omnes dixit Innocen. in cap. cum in officijs. de testamen. quod ea veniunt ad haeres institutos, vel ab intestato, quae clericus habuit ante clericatum, vel ea quae postea obveniunt ex successione, vel donatione, vel artificio, seu doctrina cap. relatum de testamen. §. ceterum. eod. ea vero, quae acquisit post clericatum, prima facie praesumitur, quod intuitu ecclesiae sint acquisita, & de redditibus illius cap. primo. eod. 1. 2. quaestio. 3. cap. 1. hoc praesumitur in singulis clericis, & maxime in praelatis. 1. 2. quaestio. 3. quaecunque & quaestio. 4. sacerdotes, & in tantum valet ista praesumptio, quod pronunciat pro ecclesia, nisi probetur, vel praesumatur in contrarium: aliquorum est opinio, & non male secundum eundem, quod clerici non praelati, praesumuntur acquirere intuitu personae, non autem ecclesiae, cum ad quaerendum nomine ecclesiae, nullum habeant officium, onus, vel obligationem, ideo suo eorum nomine videntur quaerere, si aliunde habent bona, quam ab ecclesia, unde haeres suis licite post mortem bona occupabit: sed quia difficiles, & fere impossibiles sunt probationes, vel testium, vel instrumentorum, quantum de redditibus, & quantum de patrimonio suo proprio acquisierit, vel emere potuerit, idcirco iudex multum ex praesumptionibus procedet: & quia contingit aliquando, quod vna praesumptio aliq̄ cedit, & vna aliam elidit, iudex arbitrari debet, quantum fuit patrimonium, quanti sint redditus ecclesiastici: Item quid lucratur, vel lucrari potuerit de artificio, vel doctrina, & sic multa alia. late per Alexan. consil. 101. in principio, septimo volum. & semper in computatione, deducet prius expensas victus, & vestitus super ecclesia, & de redditibus illius, de quibus semper primo habent deduci, quia debet de altari vivere, qui altari seruit, & quia praelatus tenetur tenere segregatas res ecclesie, magna est praesumptio contra eum, si id facere omittit, & sepe posset propter culpam illius deferri iuramentum ecclesie, Item iudex omnes vanas, & delicatas expensas prius deducet de bonis clerici, solas autem expensas approbavit iudex de bonis ecclesie quae factae fuerint in alimoniam suam, pauperum, in redemptione captiuorum, hospitalitatem, aut alias pias causas, nec ex eo credimus esse melioris conditionis quoad probationem haeres, eo quia possident, quantum ad hoc, quod onus probandi alij incumbat, quia semper pro ecclesia praesumitur, nisi haeres defuncti clerici probaverit ante clericatum clericum aliquid habuisse, vel aliunde bona sui intuitu

intuitu, ecclesiae obuenisse, vel, nisi sit probatum quod fructus erant adeo tennes, vt ex illis vivere non posset, aut vix ad sustentationem sufficerent, quia tunc non est dicendum, vel praesumendum, quod bona quae reliquit, sint acquisita ex prouentibus ecclesiae, & quod eidem debeantur, cum pro vsu, & necessario victu, & vestitu tales fructus sint ipsius clerici cap. cum secundum. de praebend. Archid. in cap. statutum. col. um. penult. de rescript. lib. 6. Gemi. in cap. praesenti. sub num. 12. de offic. ordin. eod. lib. & in dubio, est praesumptio, tales tennes fructus esse integros consumptos, & proprios ex patrimonio praeseruat. per Bald. consil. 313. volum. secundo. incip. praemittendum. si plures quis ecclesias habuerit, aequa distributione inter eas, bona clerici diuidentur, & si clericus nullum habet heredem vsque in 7. gradum, succedit ei ecclesia cap. penul. 12. quaest. 5. secundum aliquos vero, vsque ad decimum gradum, dicimus supra, in precedenti. quaestio. de success. cler. saecular. ab intesta. ver. descendibus vero. in bonis ecclesiae bona relicta per clericum occupabit ecclesia, quia non habet haeredem, sed successorem, illa vero de quibus certum est, quod fuerint clerici testatoris, occupabit haeres illius, ea de quibus est dubium occupabit ecclesia, quia pro illa praesumitur, & si forte haeres illa occupauerit propria auctoritate, competit contra eum actio, & remedium ex constitutione. Si quis in tantam &c. Item, quia in rem, quam possidet ecclesia per clericum defunctum sibi ius dixit, vel edictum diui Marci, vel furti, ui bon. rap. vel ad exhiben. actio autem expilatae hereditatis, vel edictum Diui Adriani, non competunt ecclesiae, quia praedicta non petit, tamquam haeres sed, vt Dominus, si in alium sint bona translata, competit rei vindicatio, vel ad exhiben. 22 si in testamento relicta, videtur, quod haeres institutus, non habeat for. 23 midare penam constitutionis, si quis in tantam, aut aliarum constitutionum, & alias, vt ibi per eundem Innocen. Subdens ibidem: quod si ecclesia ignoranter occupasset rem, quam suo nomine possidebat praelatus, non teneretur praedicta pena, quia iustam causam habuit ignorantiae, & contrariae praesumptionis, cum enim praesumatur, vt dictum est, omnia acquisita de bonis ecclesie, Item cum quid emit praelatus, praesumatur emptum nomine ecclesiae, aut nomine ecclesiae emere debeat, vt 12. quaestio. 3. episcopus. si aliud non appareat, 24 debeo eum praesumere potius fecisse, quod ius praecipit, quam contra ius, &c. Sed Abb. in dict. cap. vt vnus. amplectendo totam materiam, melius distinguit, & clarius dicit enim, aut constat praelatum habuisse patrimonium, aut non constet, aut dubitatur, & hoc ultimo casu distinguo, quod aut dubita-

- 25 dubitatur, utrum habuit bona ex quibus potuerit acquirere illa, de quibus est contentio, aut non habuerat illa bona tempore suæ promotionis, de quibus est contentio: primo membro principali, si constat ex quibus emit illa bona, tunc non est quæstio, quia illius erunt, ex cuius redditibus acquisita fuerunt, ut capitul. inquirendum. aut dubitatur, quia promiscue utebatur rebus ecclesiæ, cum suo patrimonio, & tunc, si patrimonium erat sufficiens ad acquisitionem illo-
- 26 rum bonorum, ecclesia vero non, nec in totum, nec in parte, & tunc præsumitur pro hærede, quia cessat hoc casu præsumptio tex. in cap. primo. eod. titu. & cap. primo. 12. quæst. 4. aut e contra, quia ec-
- 27 clesia solum erat sufficiens, patrimonium vero tenue, seu industria personæ, & tunc præsumendum est pro ecclesia dict. cap. primo. eod. Si vero utrumque erat sufficiens in totum, vel in partem, tunc fiet diuisio inter hæredem, & ecclesiam, secundum quantitatem patrimonij, & rerum ecclesiæ, & pone in terminis, quod ab ecclesia habebat trecenta & ex patrimonio ducenta, debet prius detrahi, quod verifi-
- 28 militer Prælati expendit in personam suam pro victu, vestitu, & ad sustentationem sui, & nomine ecclesiæ, nec debent deduci expensæ nimis delicatæ, si fingas, quod huiusmodi sumptus ascendat ad centum aureos, præsumptio insurgit, quod de bonis ecclesiæ expendit in acquisitionem bonorum ducentum aureos, & ex patrimonio alios ducentum, ex quo tantum percipiebat, fiet ergo æqualis diuisio inter ecclesiam, & hæredem, si minus percepisset de patrimonio, minorem partem percipiet ex acquisitis, ita videtur velle lex. in dict. cap. primo. 12. quæstio. 4. & expressius ibi glo. sentit Innocen. cap. cum in officijs, extra de testamen. Anto. de But. Abb. Didac. Couarruias, & alij communiter ibi, Bald. conf. 313. præmittendum est ad euentum, ad fin. lib. 2. Corn. conf. 81. in casu præmissis. & est satis rationabile, ut ex quo non conficiebat rationem de redditibus ecclesiæ, sed promiscue utebatur cum patrimonio, ut fiat præsumptio non capiosa alicui, &
- 29 hoc intelligo, etiam, si prælati emerat nomine proprio, quia non est sibi credendum, ex quo facultates ecclesiæ exuberant, & non apparent in quem usum fuerint conuersæ, & idem per omnia dicendum quan-
- 30 do non habet patrimonium, sed industriam æquivalentem, eadem ratione, puta si Doctor, qui ex aduocationis, vel munerum, ac officiorum functione, & huiusmodi multa lucraretur, sed si non habet patrimonium, nec industriam, præsumitur pro ecclesia. Et vide Cyn. in authen. licentiam. C. de episcopis, & cler. vbi idem sentit in administratoribus sæcularium rerum, nam dicit, quod si administrator erat
- 31 perpetuus, & nihil habebat, præsumitur acquisisse ex administratio-
- ne.

- ne. Si vero temporalis erat, & ad tempus, & reddebat rationem, tunc non ex administratione, sed ex industria acquisisse præsumitur, scilicet defunctus. C. arbit. tutel. ultimo membro. si dubitatur, utrum bona fuerint acquisita, vel an illa habuerit prælati, tempore quo fuit promotus, vel beneficiatus, dico sic, si dubitatur, an aliquid haberit, procedit opinio Ioan. Andreæ, ut videlicet præsumatur pro ecclesia, poterit tamen probare hæres, prælatum, vel mortuum, illa, vel alia bona habuisse tempore promotionis, sed si dubitatur, utrum illa bona, de quibus est quæstio acquisierit ante promotionem, aut post,
- 32 tunc defendam possessorem in possessione sua, siue hæredes, siue ecclesiam, & sic inquit Abb. loquitur text. cum glo. si bene intelligatur. in cap. primo. 12. quæstio. 4. hæc distinctio Abbatis placet d. Quintiliano Mandosio in sua praxi signaturæ gratiæ in rub. licentiam testandi, & spoliatorum concessio. pro qua adducit conf. 20. Benedicti de Bene. qui vulgo Capra nuncupatur incip. punctus quidam Franciscus. in primo quæsto. sequitur Didacus Couarruias Doctor Hispanus in suis commentarijs. cap. primo. de testamen. per multas columnas, & Alexand. conf. 101. septimo volum. circa princip. vbi optime. sequitur pulcherrime hanc opinionem Zabarella. in cap. cum in officijs. de testamen. in fin. vbi ponit quæstionem de domino Francisco Petrarcha Archidiacono Parmæ, qui acquisuerat ante Archidiaconatū quædam domos, super quibus fuit post mortem eius lis inter successorem in Archidiaconatu, & hæredes eius, quia illa conclusio, ut pro eo, qui est in possessione bonorum præsumatur, & dicenti incumbat probare,
- 33 videtur vera per glo. cap. nulli. 12. quæstio. 5. Bart. cum additio. ad eum in l. si inter. ff. de rebus. dub. præsertim, quando constat clericum ante beneficia habuisse patrimonium, tunc enim agens contra possidentem probat, Lap. allega. 113. pro declaratione. & probatur expresse dict. cap. primo. de pecul. cler. a contrario sensu, vbi præsumitur pro ecclesia eo casu, quo clericus nihil, habens patrimonij, fuit promotus. ita punctualiter consulit Cardinal. confil. 79. Thema. in morte Illustriss. Poetæ D. Francisci Petrarchæ, vbi subdit magistraliter, esse in hoc considerandas coniecturas, & præsumptiones, quia vna aliam elidit, & sic quantum esset patrimonium suum, quot redditus ecclesiæ, quantum lucratus ex doctrina, vel artificio suo, vel aliter, cap. relatum. el secundo vers. cæterum. de testamen. & si hæres reperitur in possessione, donec de dictis coniecturis dignoscitur, non excluditur a possessione, dict. cap. nulli. & per allegata per Cardin. dict. loco addo adducta per Corn. conf. 314. videtur. lib. 3. 2. colum. & sequenti. Vbi tenet consulendo in hac materia, quod cõmunis opinio est, quod si nihil probatur,

batur, præsumitur pro ecclesia, sed si probatur industria, patrimonium, officia, artificia, vel doctrina, vel aliquid aliud, unde verissime 35 niliter potuit quærere, tollitur dicta præsumptio, dato etiam, quod formaliter non probaretur, quod dicta bona, de quibus agitur fuerint empta desuper lucratis pecunijs, & in hoc omnes communiter concordant, præsertim si apparet, quod tempore promotionis aliquid patrimonij habuerit, tunc enim postea quæsita, si non apparet unde, in dubio præsumptio est pro possessore, ita quod successore defuncti vniuersali vel particulari possidente, incumbat onus probandi ecclesie, aut Cameræ, pro quo vide Imolam in cap. vt vnus. de pecul. cler. vbi quærit, quid si reperitur rector ecclesie, mutuassee pecuniam nomine proprio, an post mortem eius, præsumetur dictam pecuniam fuisse quæsitam de bonis ecclesie, & dicit Domi. Anto. quod non, si probetur, quod habuit bona tempore promotionis, & idem dicit, si probetur, quod erat persona talis, quæ licite potuit acquirere dictam pecuniam, puta ratione aduocationis, vel lecture, nam dicit, quod satis præsumeretur tunc dictam pecuniam mutuatam fuisse quæsitam de proprio ipsius prælati, pro hoc videtur, quod actio quæsita contra extraneum per prælatum nomine proprio, acquiratur heredi prælati, si probetur, quod tempore promotionis habuit bona propria, vel quod habuit officium aduocationis, aut lecture, vel aliud, ex quo potuit lucrari &c. & ante omnes has distinctiones, & regulas tradit in hac materia Innocen. vbi dicit, quod ea, quæ sunt acquisita post clericatum, prima facie præsumuntur acquisita intuitu ecclesie, & de redditibus ecclesie, & licet in singulis clericis præsumatur pro ecclesia, maxime præsumitur pro prælati, quidam tamen secundum Innocen. dicunt, & forte non male, quod si non sunt prælati, creditur acquiri intuitu persone, non ecclesie, cum ad acquirendum nomine ecclesie, nullus nisi sit prælatus, habeat officium, ideo suo nomine acquirere videatur, si aliunde habeant bona, & tunc hæres suus licite taliter acquisita, post mortem occupabit. argu. cap. requisisti. de testamen. & dicit Innocen. quia in ijs difficiles, & quasi impossibiles sunt probationes testium, vel instrumentorum, scilicet quid, & quantum de redditibus ecclesie, & quantum de suo proprio emerit, ideo iudex in hoc multum ex præsumptionibus procedet, & quia contingit aliquando, vnam præsumptionem. aliam elidere de præsump. cap. illud. & cap. litteras. de electio. cum inter. iudex arbitrabitur, quantum sit patrimonium eius, & quot sint redditus ecclesie, item quid lucretur de artificio, seu doctrina, tex. cap. sacerdotes. 12. quæst. 4. 38 ex hoc enim habes, quod ex coniecturis conijcitur per arbitrium iudicis, an

cis, an clericus acquisierit intuitu ecclesie, an persone, & hoc intelligo, quando aliqua coniecturæ sunt, quod clericus acquisierit aliqua intuitu persone, quibus cessantibus, videtur procedere illud, vt prima facie præsumatur, quod intuitu ecclesie: & in hoc dicit Innocen. se non credere, quod melioris conditionis sit is, qui possidet, siue hæres, siue ecclesia, quoad probationem faciendam, vt ex eo, quod possidet, alteri incumbat probatio, quia semper præsumitur pro ecclesia, nisi hæres clerici defuncti, probauerit defunctum habuisse aliquid ante clericatum, vel aliunde suo intuitu obuuisse, & probet secundum eum vere, vel præsumptiue, cap. requisisti. de testamen. dicit etiam Innocen. quod ex alio præsumitur contra clericum, quia cum prælatus debeat segregare, res suas, a rebus ecclesie. 12. quæstio. 1. cap. sint. multum contra eum præsumitur, si hoc facere omisit, & sæpe posset propter culpam eius deferri iuramentum ecclesie argu. 2. quæstio. 1. in primis maxime vbi manifesta, & lata deprehenditur culpa, refert, & sequitur Zabarel. cap. cum in officijs. de testamen. hanc opinionem sequitur Bald. in authen. licentiam. C. de episcopis, & cler. vbi dicit, aut bona non sunt distincta, nec communia, sed sunt omnino incerta ad quem pertineant, & unde prouenerint, & tunc stamus præsumptioni dictæ authenticæ, nam quicquid prælatus reperitur possidere post prælaturam, si non constat de titulo, vel possessione anteriori, vel antiquiori, præsumitur esse ecclesie, & nomine ecclesie possidere; Vnde de his prælatus testari non potest, nec aliquis alius administrator ecclesie, nec etiam rector ess hospitalium, vt expresse apparet in corpore huius authenticæ: quod est notatu dignum, vbi idem Bald. reddit rationem, 43 quare sit, quod vbi non apparet de tempore acquisitionis, præsumatur pro ecclesia, & quod, vbi non apparet cuius contemplatione, præsumatur iudem pro ecclesia, quia inquit secundum Innocen. primum contingit propter culpam prælati, quia debuit inuentarium facere, & res suas segregare a rebus ecclesie, & omnia agere cum consilio suorum clericorum, unde si omittit hoc, multum contra eum præsumitur, sicut contra tutorem, si ergo esset factum solemne inuentarium, posset discretio bonorum per ipsum probari. l. cum de lege. ff. de probat. Secunda ratio est, quia ex quo prælatus reperitur in possessione, præsumitur possidere nomine ecclesie, quia ad officium suum pertinet acquirere ecclesie, & per hoc dicit idem Innocen. quod si ille, cui prælatus relinquit talem possessionem, etiam iure institutionis, eam occupat propria autoritate, quod ipse incidit in penam in l. si quis in tantam, nec excusatur etiam obtentu testamenti, & est ratio, quia cum ciuilibus possessio sit penes ecclesiam per Abb. in cap. cum esses. de testam. in re-

petit. vers. quinto principaliter. dixi in quæstione, quæ actio com-
petat ad spolia. neque hæres, neque testator potest eam interuere,
sequitur Bart. in l. cum ipse. vers. quarto lex. C. de contrahen. em-
ptio. vbi firmat, quod res emptæ per prælatum, præsumuntur emptæ
nomine ecclesiæ, si autem bona occupata, reuera pertinent ad occupan-
tem, tunc quia nemo erat ante in corporali possessione, considerata
44. veritate licita est occupatio, & præuentio in possidendo, scilicet, quod
omnis, qui recta via succedit in titulo institutionis, vel ab intestato
habet hanc potestatem occupandi, quod reuera pertinet ad se, & a
45. nemine, est possessum, quod est valde notabile. Sequitur Ale-
xand. in suo consilio. 116. volum. septimo. quod consilium fuit fa-
ctum in præsentia materia, vbi examinando quæstionem Ioan. Andreæ
an si quis est vicarius in ecclesia, præsumatur illud, quod habet acqui-
siuissè de bonis ecclesiæ, distinguit, aut est vicarius temporalis, qui
forte habet certam portionem pro seruitio, quod præstat, & tunc non
46. præsumitur acquisitum de bonis ecclesiæ acquisitum per eum, quia
talis non dicitur habere administrationem ecclesiæ. cap. constitutus.
de filijs presbyterorum, si autem esset vicarius non temporalis, sed
perpetuus, tunc dicit, quod ex qualitate vicariæ, & quantitate patri-
monij, seu ex his, quæ ex prospera fortuna probatur eum acquisiuisse,
bonus iudex iudicabit, an præsumatur eum acquisiuisse de bonis ec-
clesiæ, an non, & in totum, an in parte arg. cap. fina. de transac. & ea-
dem ratione idem dicendum est, nedum in vicario, sed etiam in Re-
ctore, & prælato, quid enim, si aliquis est rector ecclesiæ, ex qua mo-
dicum, vel nihil percipit, & habet officium lucrosum, vt quia for-
47. te est doctor deputatus ad legendum cum salario, vel etiam ex indu-
stria aduocationis, vel simili multa acquirit, certe non præsumetur
tunc, quod quæsitum per eum sit de bonis ecclesiæ acquisitum, per
eundem etiam Alexand. in cons. 101. eodem volum. in princip. quia
dicit Abb. dict. cap. vt vnus de pecul. cler. in casu talis industriæ est
idem præsumendum, quod & quando habet patrimonium, quia tunc
non præsumitur pro ecclesia, cum sepe longe maior sit industria, quam
sit facultas patrimonij, quia non debet hæres onerari ad probandum,
48. quod bona fuerint acquisita ex industria personæ, sed sufficit proba-
re quod prælatus multa lucrabatur ex industria personæ, & tunc idem
præsumendum est, sicut in casu, quando habebat patrimonium, quia
similium eadem debet esse ratio. cap. cum dilecta. de confir. vtil. vel
inutili. & per Ioan. de Imola. dict. cap. primo. de pecul. cler. vbi ad du-
bium ibi propositum respondendo, dicit, quod si respectu eius, quod
quis reperitur habere, industria est non parua, vt ponit exemplum
ibi

ibi de quodam qui administrauerat negocia cuiusdam maximi domi-
ni, qui demum redijt ad ciuitatem cum centum millibus ducatorum,
quod non præsumitur acquisisse ex administratione, & cum industria
fuerit parua, præsumitur acquisisse ex industria in Baratarijs, extorquen-
do ab hoc, & ab illo, suffultus fauore domini, & hoc secundum opinio-
nem Petri, quem ibidem Imola adducit: ipse vero dicit, quod si ille ta-
lis reddidit rationem suæ administrationis, non præsumitur tunc ex bo-
nis domini quæsiuissè, alias si non reddidit, videretur secus, & in mate-
ria dic, quod clericus regularis emens, acquirit ecclesiæ, sed clericus se-
cularis emens nomine proprio acquirit sibi, & hæredibus suis, sed si
emittat de bonis ecclesiæ, debet ecclesiam conseruare indemnem, alias
ecclesia in subsidium vendicat rem emptam, in quacumque causa can-
tat instrumentum, sed si emit nomine ecclesiæ, acquirit ecclesiæ domi-
49. nium, & possessionem, in dubio autem præsumitur emissè nomine ec-
clesiæ, & ipso mortuo potest ecclesia capere possessionem rei propria
authoritate, nisi hæres prius sit ingressus eam, quo casu debet conueni-
ri via ordinaria, non autem sibi possessio auferri de facto, sed si clericus
relinquit hæredem nominatum, potest hæres propria authoritate oc-
cupare impune, nec dicitur in mala fide versari, nec ecclesiam voluissè
50. spoliare, sed cautius erit, quod hæres possessionem capiat saluo, & refer-
uato iure ecclesiæ, quia tunc nihil sibi potest impingi. ita Bal. in l. cum
ipse. 2. colum. vers. tertio casu. C. de contrahen. emptio. & clericus e-
mens equum de bonis ecclesiæ, non est dominus equi. 13. quæstio. 1. res
ecclesiæ. 44. distinctio. in princip. vers. sacerdos. & clericus emens fut-
dum de pecunia ecclesiæ, si in instrumento faciat poni nomen alterius,
præsumitur facere in fraudem. Bal. in l. mancipia. C. si quis alteri vel
sibi. post Innocen. in cap. cum in officijs. de testamen. in glo. sua ma-
gna. & dicit Bald. in cons. 298. volum. primo incip. Christi nomine. in
hac materia, quod prælatus, aut celebrat contractum per sese, inter-
dum per interpositam personam, interdum est dubium, si per se, &
tunc, aut nomine ecclesiæ, & acquiritur ecclesiæ, quia siue moriatur, si-
ue remoueatur, vel recedat, remanet acquisitum fixum ecclesiæ, si no-
mine proprio, etiam tunc si sit prælatus, qui non possit habere proprium,
vt quia monachus, vel canonicus regularis, & acquirit ecclesiæ: si vero
sit, qui possit habere proprium, & tunc, si ex re ecclesiæ, acquirit ec-
clesiæ si ex re patrimonij: acquirit sibi, & hæredibus: si dubitatur ex
qua re, & tunc, si est episcopus & præsumitur, quod ex rebus episcopa-
tus, si tempore quo fuit factus episcopus, non habebat patrimonium,
nisi probetur, quod ex alia causa acquisiuit: si autem dubitatur, ex qui-
bus bonis, tunc agenti incumbit probatio, quia in dubio possessor absol-
uitur,

uitur, subdens, interdum prælatus emit pro suis consanguineis, vel amicis, & tunc si de pecunia ecclesiæ, indubitanter est ecclesiæ, & præsumitur pecunia ecclesiæ, si ecclesia erat in possessione pecuniæ, quia in rebus, quæ vsu consumuntur, præsumitur ex possessione dominium, nam quia est facilis transitus per cõsumptionem, merito facilius præsumitur: si prælatus mutuat pecuniam consanguineo, res ex tali pecunia emptæ, non dicitur emptæ ecclesiæ, & dicit, quod ratio est, quia dominium pecuniæ transiit in accipientem mutuam, quia hoc modo ecclesia haberet pecuniam, & rem, vt per Bal. dict. conf. 298. sed si prælatus emit per interpositam personam, & eadem inquit Bal. ibidem dicenda sunt, vt ff. de author. tut. l. pupillus. §. per interpositam. C. quod met. caus. l. si per impressionem. C. de secundis nup. l. hac edictali. sed in dubio non præsumitur fraus, sed aut donatio, aut mandatum. l. quæ dotis. ff. sol. mat. præterea videndum est, quomodo capiet instrumentum, nisi concipiens instrumentum aliud fateatur, vel per testes aliud probetur. l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manum. nam quod non dicit instrumentum, nec nos dicere debemus, nisi contrariam probationem habeamus. l. fideiussores magistratum. §. 1. de fideiussor. & per eundem conf. 299. d. volum. ibi, & conclude quatuor casus. nam, aut quis administrat res ecclesiæ tantum, & acquirit ecclesiæ, aut gerit propria negocia tantum, & acquirit sibi, aut propria & ecclesiæ, & acquirit communiter, aut seorsum negociatur, quandoque sibi, quandoque ecclesiæ, & si constat quod de pecunia ecclesiæ, & ecclesiæ acquirit, sed si non constat, acquirit sibi, quia licite potuit per se negociari, hæc per Bald. dict. loco, sed hoc locum non habebit, si clericus fuit, qui negociatus fuit, quia post eius mortem, acquisita sunt applicata ecclesiæ per bullam Pij quarti, de qua in secunda questione istius laboris, & clerico est interdictum negociari. toto titulo ne cler. vel monach. unde merito in dubio acquirat ecclesiæ, ex quo clericus est peccatum & delictum negociari, idem Bald. in additio. ibidem quod administrator, qui a principio, & ex post facto est necessarius, vt prælatus, acquirit ecclesiæ, de pecunia ecclesiæ, velit, nolit, & acquirit directum dominium, si se nominet in instrumento, si nominat consanguineum, vel amicum, cui vult acquirere, si venditor hoc agit, vt non queratur ecclesiæ, acquirit vtilem rei vendicationem, si hoc eligat ecclesia, quæ potest de duobus vnum eligere, quod sibi placet, vel rem, vel pretium, & magis interest ecclesiæ habere pecuniam, quam rem, tunc non videtur acceptare contractum, sed si magis rei, videtur acceptare eo ipso quod non contradicit, quia, vbi de lucro agitur, facile quis consentit, sed vbi de damno, dissentit, & alias, vt ibi per eundem. Bald.

Etle

Et secundum Innoc. dicit idem Alex. d. loco, quod iudex in his discernendis, & diiudicandis habet arbitrari ex coniecturis, inspecta qualitate, & quantitate reddituum ecclesiæ, & inspecta qualitate industriæ, seu actificij, vel doctrinæ, ex quibus lucrari potuit, quantum præsumendum sit eum acquisiuisse ex bonis ecclesiæ, & quantum aliunde, per id, quod habetur in capit. sacerdotibus xij. quæst. iij. in qua computatione, iudex prius deducet de redditibus, & bonis ecclesiæ quantum expendere oportuit prælatus, vel clericum in victu & vestitu, quia qui altari seruit, de altari viuere debet. xij. quæstione prima. ex his & cap. episcopus. ead. caus. quæst. ij. cap. charitatem. habetur per Bal. in suo conf. 313. vol. j. ibi per subtilitatem igitur iudicis, ista sunt determinanda, & reddenda singula singulis, &c. Bartol. Capol. conf. 51. incip. in Christi nomine. quod est consilium in materia nostra factum. Item debet deduci in dicta computatione illud, quod fuit expensum in expensis factis in alimentis pauperum, vel in hospitalitatem, vel in redemptionem captiuorum, aut alias pias causas. xij. quæst. ij. aurum. & cessantibus istis coniecturis, præsumeretur in dubio pro ecclesia, pro qua iura præsumunt, nisi probetur clericum, ante clericatum quid habuisse, vel aliunde interim sibi obuenisse. per Bal. conf. 80. vol. v. Roman. conf. 159. Veron. conf. 51. col. pen. Corne. conf. 314. lib. 3. & conf. 79. col. prima lib. 4. Franc. in Rub. de testa. col. 30. lib. vj. Alex. conf. 101. col. prima num. 4. conf. 116. col. 2. num. tertio. lib. septimo. per iura, & doctores quos allegat ibi idem Alex. secundum quos, & maxime Io. de Imol. dicit, quod si rector ecclesiæ reperitur mutuasit pecuniam nomine proprio, an post eius mortem præsumatur acquisita de bonis ecclesiæ, & dicit quod sic, nisi probaretur quod talis erat persona, quæ licite potuisset dictam pecuniam querere, puta ratione aduocationis, vel lecturæ, vel similis exercitij, quia tunc præsumetur acquisita aliunde, potius quàm de bonis ecclesiæ, prout sonat actus gestus a prælato, qui proprio nomine dictam pecuniam tantquam suam mutauit, facit quæstio posita per Abb. in cap. requisisti. de testam. vtrum legatum factum episcopo, præsumatur factum con-
52 templatione ecclesiæ, vbi dicit, quod in dubio est recurrendum ad coniecturas, vt si est factum a persona coniuncta, non præsumatur, quamuis dixerit relinquo hoc episcopo: idem si longam amicitiam simul habuissent: similiter si diceret, relinquo Domino Titio, non expresso episcopo, & sic erit suum, & succedunt propinqui ab intestato. capit. quia nos. de testam. si vero ab extraneo legetur præsumitur factum, & legatum contemplatione ecclesiæ per text. in. l. annum. secundum vnum intellectum. ff. d. annuis leg. & glo. sing. in

V 2 cap.

cap. requisisti vide glo. nota. in cap. secundo. de testamen. lib. 6. Idem dicendum est, non solum de episcopo, sed de quocunque habente administrationem, seu praelationem in ecclesia, accipiendo administrationem pro dignitate, seu ministerio in ecclesia separato a congregatione, ut quia est vicarius temporalis alicuius ecclesie, seu commendatarius secundum Abb. in capitul. 2. de iud. praelationem vero intellige, 54 quando habet administrationem perpetuam, & large accipiendo, ut comprehendat etiam habentem ecclesiam curatam, secundum Innocen. in dict. cap. requisisti. qui dicit, quod qui potest absolueret, dicitur habere administrationem, & extraneus in casu isto accipitur, qui non est ei coniunctus, in quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, ut est tex. in authen. licentiam. C. de episcopis & cler. glo. 12. quaest. 3. cap. pontifices.

Si vero legatum sit factum clerico, non habenti administrationem in ecclesia, dicit idem Abb. dict. cap. requisisti. quod in dubio praesumetur factum intuitu personae, non ecclesiae, exemplum posset poni in canonicis, quia ipsi non habent administrationem in ecclesia, quod tamen, intellige si talis cui legatur, sit persona, quae possit habere propria, secus si non possit habere, puta quia religiosus, quia tunc praesumitur legatum factum, intuitu monasterij, vel ecclesiae facit text. in l. 57 Deo nobis. C. de episcopis & cleri. cap. vnico. 18. quaest. 1. & sic quando est factum intuitu ecclesiae, non poterit disponere, nisi, sicut de rebus ecclesiae, idem tenet Bart. in l. ciuibus. ff. de rebus dub. & secundum Abb. in cap. Raynutius. de testam. legatum factum canonicis omnibus talis ecclesiae, praesumitur ecclesiae contemplatione factum, etiam si per legantem exprimentur nomina cuiuslibet canonici, per tex. in l. ciuibus. ff. de rebus dub. vbi dicit text. ciuitatis legatum, vel fidei commissum datum, ciuitati relictum videtur, quod verum est secundum glo. nisi sit datum ut singulis, quia non acquiritur tunc ciuitati, sed ipsis ciuibus. Bart. in dict. l. ciuibus. glo. in l. titius. la secunda. §. ciuibus. ff. de leg. secundo. licet glo. in l. non plures. C. de sac. san. ecclesi. aliter dicat, sed intellige, & declara, ut per Bart. supra allegato loco facit l. annua. §. a titia. ff. de ann. leg. quando vero legatum factum filio familias praesumatur factum intuitu, & contemplatione patris, vide per Bar. in l. cum aliquis. C. de iure delib. & per Abb. in cap. Raynutius. extra de testamen. pro qua materia vide Alexand. dict. consil. 100. vbi tenet quod praesumptio quae fit, quod aliquis acquisierit de bonis ecclesiae, habet locum, quando contentio est cum ecclesia, secus, quando contentio est cum alia persona, sicut quando contenditur inter virum, & uxorem, quia tunc praesumitur, acquisisse de bonis 60 mariti,

61 mariti, secus quando contenditur cum extraneo, per doct. Balin. l. si vxor. rē C. de condit. inser. in. iij. col. & per eundem Alex. d. cons. in principio. Vide in hac materia Lud. Rom. cons. 159. vbi inter alia dicit, quod ad propositum presentis materiae facit illud, quod dicitur officialem praesumi ex bonis reip. quaesivisse, quando tempore promotionis ad officium, non apparet eum aliquod habuisse patrimonium, ut in glo. singulari in l. facultas. C. de iure fisci lib. decimo. de cuius veritate vide per Gūtiel. de cun. in l. presentibus. ff. si cert. per. & per Bal. in authen. licentiam. C. de episcopis, & clericis. nec obstat tex. in l. si defunctus. C. arbitr. tutel. vbi non praesumitur tutor acquisivisse ex bonis pupilliposito, quod tempore susceptionis tutelae nihil haberet tutor in patrimonio, quia est diuersa ratio in tutore, & in clerico, quia tutosi, si fuit laicus, licitū fuit negociari, vnde esse potuit, quod quaesita, ex propria negociatione acquisierit, quod est magis praesumendum, quam praesumendum sit eum ex bonis pupilli quaesivisse, clerico autem non licet aliquo modo negociari. cap. primo. extra ne cler. vel monac. & ideo, vbi patrimonium, vel artificium non habet, praesumitur ex bonis ecclesiae quaesivisse, ne alias dicendo, praesumamus crimine commississe negociationis & alias, ut ibi per d. Lud. d. cons. 159. Et quicquid acquirunt clerici ratione officij, vel seruitij, vel pro missis dicendis, vel orationibus, aut similibus, sibi acquirunt, ac de eis possunt libere disponere, nec intelligitur acquisitum ratione ecclesiae, vel illius contemplatione, sed intuitu personae, quicquid dixerit Iac. Butr. in authen. licentiam. C. de sac. san. ecclesi. vbi dixit, quod Rector ecclesiae debet operari ecclesiae, & pro ecclesia, à qua recipit alimenta arg. l. quod in uxorem. C. de neg. gest. l. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. funer. & per hoc velit, quod de quaesitis ex industria non possit disponere, tamen non mouetur bona ratione, quia clericus operari non debet ecclesiae, & pro ecclesia, nisi circa diuinum officium, & conseruatione suorum iurium, & bonorum. l. qui sub pretextu. C. de sac. sanc. ecclesi. & propter hoc alimenta percipit ab ecclesia, & non simpliciter, ut alimenta, sed ut fructus, & redditus sibi concessos, sed vide quae dicit Abb. in cap. cum esses. in reper. de testa. vbi indistincte tenet, quod clericus de fructibus ecclesiae habet habere tantum solum modo, quod sufficiat ad victum, & vestitum, Item non semper quis, ex eo quod alimentatur tenetur operare, ut probatur in l. scio. in principi. & in l. Maeria. ff. de an. lega. & sic concludit, quod de quaesitis ex opera sua, clericus potest disponere, sequuntur Abb. Petr. de Anchar. & Io. de Imol. in cap. cum. in officijs. de testam. Quidam tamen dicunt, quod est secus in episcopo, qui de sua 63

- 64 industria, & labore acquisitis, non potest disponere, nec in aliquos conferre, sed hanc opinionem non iudicat veram Alex. in d. conf. 116. in fi. septimo vol. per iura, quæ ibi adducit, quia illud, quod habetur in authen. licentiam præallegatam, non seruat de iure canonico, & per alia ibi per eum adducta.
- §. Fiet ergo in computatione acquisite expensarum, victus primo, de fructibus beneficii, de quibus habet semper viuere sacerdos, vel clericus, per ea, quæ dicit Fel. in capit. ad audientiam: de præscriptionibus prima col. vbi dicit, quod Papa Urbanus v. dixit Io. de lignano, qui respuebat fieri Cardinalis, quia volebat bibere sanguinem martirum, quod poterat viuere de redditibus ecclesiæ, etiam habens patrimonium. per glof. Innoc. in c. episcopis, de præben. dicit etiam Bal. in conf. 313. secundo vol. incip. præmittendum est. quod si fructus reperiuntur consumpti, potius videntur consumpti de fructibus ecclesiæ, quam de patrimonio, quia de ecclesiasticis viuere debet &c. quia qui altari seruit, de altari debet viuere. 12. quæst. 1. ex his. & cap. episcopus. & ead. caus. quæst. 2. cap. charitatem. cap. cum secundum. de præben. idem tenet Io. Dil. de arte testan. tit. primo caus. tertia in fi. vbi dicit, quod in dubio censetur quis potius fructus ecclesiæ, quam proprios consumpsisse, & in verbo victus, & clerici vestimenta comprehenduntur. ff. de verb. sig. l. verbo victus Lud. Rom. in conf. 440. quod consilium est factum in materia spolij cuiusdam hospitalarij, Innocen. in cap. indecorum. extra de ætat. & qualit. vbi dicit, quod de fructibus, & rebus ecclesiæ, clericus habet disponere in suas necessitates, & eorum, qui sibi inferunt, dicit glof. in capit. si. de pecul. cler. quod clericus de redditibus ecclesiæ, habet habere victum, & vestitum glof. in capit. si. de pigno. & capit. quia nos. extra de testam. pro hoc. 12. q. 1. duo. & capit. res ecclesiæ. vbi Io. dicit, quod illud solum est clericorum de fructibus ecclesiæ, quod probabili ratione consumunt ea. caus. q. 1. capit. si. & quæst. 5. per totum: facit quia clericus fructuum, & reddituum ecclesiæ est in bona valetudine usufructuarius, per tex. & glof. ibi in cap. si. de pecul. cler. aliquando est vsuarius, quia ei uti licet fructibus, & redditibus ad vsu quotidianum, & suum facit, quantum consumit Bal. in authen. licentiam. C. de episcopis & cler. Cardinalis Zabarella, & alij in d. cap. si. vbi in 3. col. dicit, exponat clericus fructus beneficii pro victu, & vestitu suo, plus, & minus, habita consideratione suæ conditionis, & quicquid superest, debet erogari pauperibus, & pauld post, idem de fructibus, quos consumeret clericus in victu, & vestitu, quos facit suos.

Et pauld inferius secundum Ioan. Cald. idem Zabarella quod clericus, qui non

- 4 non interest diuinis, quotidianas distributiones non facit suas, etiam propter victum, & vestitum, siue probabilem consumptionem, vbi eum vide, dicit Alex. conf. 116. 2. col. vers. benefaciunt, ponit; & disputat Abb. in sua disputatione, quæ incipit Titius clericus, quia dicit text. in capit. cum secundum. extra de præben. quod clerici debent viuere de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio sunt deputati, & facit quod colligitur, & notatur in eo text. quod in tantum est verum, quod clericus habet viuere de fructibus beneficii, quod si episcopus ordinat clericum ad sacros ordines sine aliquo titulo, vel beneficio ei collato, tenetur, imo compellitur ei de necessarijs prouidere, quousque ei prouideatur de titulo, vel beneficio. vbi Abb. dicit, quod licitum est clerico secundum Apostolum, viuere de redditibus ecclesiæ, licet enim ipse Apostolus abstinerit, quærendo sibi victum manibus, ut non daret locum
- 5 falsis Apostolis, seu teneantur exercendi quæstum, non tamen per hoc imposuit alijs, ut sic teneantur facere, imo expresse permisit, ut hic: & Hyeron. ponderauit illud verbum viuere: quasi licitum sit, de beneficio percipere necessaria vitæ, vnde dicit, quod sacerdoti licitum est de altari viuere, non luxuriari, facit quod habetur in text. in clem. prima. de iure patronat. & quod dicit Abb. in capit. de monachis. vers. in glo. prima. Idem Abb. in capit. postulasti, vers. nemo de rescrip. vbi dicit, quod habens patrimonium non suscipit indigne beneficium, dummodo bene expendat, & hodie bona ecclesiarum, sunt deputata principaliter ad vsu ministrorum, ut in capit. pastoralis. de his quæ fiunt a præla. & c. fin. 19. q. 2. vbi indifferenter permittitur clericis, ut possint viuere de redditibus, & fructibus beneficii, ex quo ei deseruiunt, & licet habentes patrimonium, nihil possint petere ab ecclesia vniuersali, tamen ab ecclesijs particularibus, qui deseruiunt licite possunt capere, ut ibi late per eum.
- Per quæ loca clare videtur constare, quod clericus de fructibus beneficii potest sumere sibi necessaria pro se, & suis, & ista necessitas arctatur ad victum, & vestitum tantum, ut 12. quæstione. 1. episcopus glof. in capitulo primo. 21. quæstione prima quæ dicit, quod hoc obtinuit secundum tempora illorum iurium. 41. dist. episcopus vitem. hodie vero creuit decus ecclesiæ, auxitque Deus ecclesias, de consec. dif. 1. vasa. quia hodie sine penuria, & commode viuere debent clerici de redditibus ecclesiæ, per text. in capitulo primo. de stat. regul. §. sane, & ibi glof. in 5. sine penuria, vbi dicit quod multa non possum facere commode, quæ facere possum sine penuria, optima glof. in extrauag. suscepti. ne sed. vacan. in glof. in totum. quæ dicit quod commode habent viuere clerici de fructibus ecclesiæ, & commode dicitur quod sit considera-

- 11 **is nobilitate, scientia, & dignitate** cap. cum adeo. de rescrip. facit text. in capit. postulasti, ibi, valeat commode sustentari, vbi Abb. declarat verbum commode & text. in cap. cum adeo. de rescrip. ibi sufficientem, per quem text. & ibi glos. videtur, quod clericus debeat habere ecclesiam aut beneficium sibi suisque sufficiens, & sufficiens intelligit glos. ibi, quod sufficiat sibi & suis 50. dist. studeat. in fi. & quod aduenientes possit recipere, & iura episcopalia persolvere cap. sicut. de sup. plen. neglig. pralat. text. capit. de monacis extra de preben. vbi dicit glos. Bernardi, nota quod clerici tenentur ad hospitalitatem. Item cō-
- 12 **petenter quis debet beneficiari**, ita quod possit commode sustentari, & iura episcopalia persolvere dicit text. & ibi glos. in cap. j. de institut. vbi dicit, quod tot sunt ponendi & instituendi in monasterio, vel ecclesia, quot possint in eo, aut in ea commode sustentari, & quot possint iura episcopalia, & hospitalitatis persolvere, & notat Abb. in capit. de monachis. quod etiam clerici seculares tenentur ad hospitalitatem, & intellige secundum Innoc. ad solitam, iuxta vires facultatum, non enim tenentur omnes recipere, & postea mendicare, sed primo subueniendum est seruitoribus in cap. his. de ecclesi. edif. Item reparanda est prius ecclesia, cap. pastoralis. de his quæ fi. a pralat. & ex alijs redditibus poterit teneri hospitalitas, & intellige, nisi esset tanta necessitas proximi, quod fame moreretur, tunc eidem est subueniendum, nam tunc ecclesia tenetur etiam vendere bona mobilia, & etiam vasa ecclesie. xij. q. ij. aurum. & hoc casu, etiam quoad laicos elemosina est in præcepto: & in assignanda portione victus huic clerico rectori, vel vicario, inquit,
- 14 **Abb. & in tenenda hospitalitate, habebitur respectus ad situm ecclesie**, nam magis indiget quando est extra vias communes, item considerabitur consuetudo loci, & vbi religiosi omnia onera subirent, cessaret hæc prouisio in ecclesijs, inferioribus: per quæ manifeste apparet, quod de beneficij fructibus, & redditibus clericus debet tantum habere, quod commode viuere possit, nec sufficit, quod viuat sine penuria, quia
- 15 **multum interest viuere commode, & viuere sine penuria**, quia sæpe potest quis sine penuria viuere cum quadraginta florenis, sed non commode, quia dicit glo. in cap. primo. §. sane in 5. absque penuria de stat. regul. in vj. quod canonicus Bononiensis non posset de centum florenis commode sustentari, & tamen de viginti quinque sustentaretur absque penuria, sequitur Dec. in conf. 555. num. 14. & Cardinalis in clem. prima. §. sane de iur. patro. vbi exponit illum text. in v. satisfactioe sufficienti, & congrua in victu, non de tali per quam non periret fame Fel. in capit. postulasti. iij. col. de rescrip. Quia hodie clerici
- 16 **non debent viuere ita stricte, sicut olim, & dos est assignanda magis ampla**

ampla beneficiatis hodie, quam olim, per glo. in capit. episcopus 41. dist. & non debent hodie episcopi habere vitam ita strictam in visitationibus, & procuracionibus, quia hodie creuit decus ecclesie capit. vasa. de cons. dist. prima. per Io. de silua in tract. de beneficio, prima par. quest. j. num. 228. & 227. vbi vide pro eo etiam, quod hodie est difficile, quod fructus sufficiant beneficiato, quia plus vni, & minus alteri sufficit, secundum qualitates, & conditiones illorum, nam in illa commoditate inquit glos. inspicitur consuetudo regionis, qualitas personæ, vnde licet non possum commode sustentari, tamen possum sine penuria, quam glos. vide quæ docet actum in practica in modo articulandi.

Et in tali sustentatione, vel victu subministrando clericis, de redditibus ecclesie, est habenda ratio nobilitatis personæ. 41. dist. non cogantur, item scientie capit. de multa. de preben. item dignitatis. ff. de varijs & extraordin. cog. l. j. §. in honorarijs. & l. sed & si quid. §. primo. ff. de usufruct. quia alijs cibis vescuntur nobiles, alij viles, & pauperes, & alio modo viuunt nobiles, alio pauperes. Innocen. in capit. dudum. el. ij. ad fi. de electio. glo. in capit. constitutus. in v. impotentiam. de appell. Philip. post alios in capit. de multa. in fi. de preben. v. col. vers. sublimes, & litteratas S. Thomas. in quolib. vj. ar. ix. text. in capit. de multa. in fi. de preben. & dicit Abb. in capit. cum adeo. de rescrip. & si diceres quare in rebus Dei, habetur respectus ad istas qualitates extrinsecas, cum possit illud allegari, quod apud Deum non est acceptio personarum, respondetur, quod per has qualitates prouidetur bono vniuersali, nam sine scientia mundus regi non potest, vnde ecclesia vniuersalis indiget viris litteratis, vt per Io. Monac. in cap. super eo. de hæret. lib. sexto. vbi dicit, quod ecclesia indiget viris litteratis, non asinis ferratis, & dicit Abb. in cap. de multa. de preben. iij. col. num. 8. quod si dispensatur cum sublimibus personis, seu litteratis, habetur consideratio ad bonum publicum, quod per istos prouenit vniuersis, nam persona litterata prodest ecclesie vniuersali, & eum maximo labore insistit in exercitio scientie, merito debet recompensari, vt ibi per eum facit capit. cum ex eo. de electio. lib. sexto. & in cap. fi. de magi. facit authen. habita. C. ne fil. pro pat. & quatenus glo. dicit, quod debet sufficere sibi, & suis, intellige de suis, quos secum necessario debet habere, nam si est doctor, vel nobilis, vel habens dignitatem ecclesiasticam, non debet esse solus, nec sine ministro, & dicit Corsetus in repertorio in v. beneficia. quod redditus beneficiorum debent esse sufficientes, nedum clerico, sed suis, & d. cap. studeat. jo. dist. & intellige (inquit) de suis: qui quasi necessario trahunt



hunc moram cum clerico, nam secundum qualitatem personæ, debet habere seruitores, non enim debet sibi coquinare, si sit doctor, vel nobilis, vel notabilis persona, nam oportet, quod habeat famulos, ideo dicit glos. in capitulo. extirpandæ. de præben. quod minus sufficit pauperi, quam diuiti, nam pauper qui alias non est nobilis, vel literatus, non indiget tanto apparatu: de diuite autem, qui non est sublimis, vel literatus, non debet haberi talis respectus, vt not. in d. capitulo de multa. in fi. 1. 1. quæst. 1. capitulo primo. & in summa, & not. in capitulo cum adeo. de rescript. not. Abb. in capit. extirpandæ. §. primo. de præben. & quod debet recipere aduenientes, intellige hoc secundum situm ecclesiæ, nam potest esse, quod ecclesia sit extra ciuitatem, etiam in itinere frequentato, ita quod non potest cum honestate, quin seruet hospitalitatem, secus autem si esset in ciuitate, vbi beneficium esset simplex, ita quod hospitalitas non seruatur: in summa conclude secundum eundem Abb. quod secundum qualitatem personæ, & secundum situm ecclesiæ, iudicabitur sufficientia beneficij: dicit idem glos. in capitulo primo. 21. quæstione prima in 5. necessitatem. in fi. vbi dicit, quod hodie non datur victus clericis ad necessitatem tantum, sed commodius, quia hodie creuit decus ecclesiæ, & Deus auxit ecclesias, vt de consue. dist. prima. vasa. & hæc omnia consideranda sunt secundum qualitatem personæ, & situm ecclesiæ, aliquid enim sufficit vni, quod non sufficit alteri d. capitulo non cogantur. 41. distin. & minus sufficit manenti extra vias communes, quam in vijs, & consuetudo prouincie in hoc seruanda est, distin. 4. erit. & 29. distin. sciendum. & dicit glos. in capitulo statuimus. de maior. & obed. in 5. potiore, quod consideranda est nobilitas, siue scientia, vt etiam maioribus, & pluribus beneficijs honorentur ab illis, qui eos promouent, sequitur Hostien. & Cardinalis Zabarella in capitulo de multa. præalleg. de præben. vbi Io. Andr. & de qualitate huiusmodi scientiæ, & quæ, & qualis scientia requiratur, vide late per Innocen. in capitulo cum in cunctis. de electio. quod scientia est requirenda secundum locum, dignitatem, & ordinem, ad quem assumitur, capitulo ecclesia vestra. el. 2. de electio. qui enim assumitur ad episcopatum debet habere scientiam noui, & veteris testamenti, cum sit iudex animarum, & iuris, & cum ius dicere debeat: presbytero sufficit, quod sciat canones penitentiales communes, de quibus 37. dist. quæ ipsi, cantor debet scire canum, & sic de omnibus, ordinibus, quod talis colligitur ex his, quæ dantur in ordinatione 23. dist. per totum: & ex potestate, & officio quod habent exercere. istæ sunt qualitates scientiæ quæ requiruntur in designatis ordinibus, sed in casu materiæ nostræ, intelligitur de quolibet li-

bet litterato, in qualibet facultate, & scientia, cuius qualitati debet circa victum haberi ratio.

Et ex fructibus ecclesiæ in istis supputationibus faciendis, habent deduci sumptus & expensæ, quæ fiunt in illis recolligendis, & recondendis, 27 vt vera fiat omnium computatio, nam fructus sunt illi, & esse intelliguntur, qui supersunt deductis expensis, quæ fiunt gratia fructuum quærendorum, congregandorum, & conseruandorum. l. si a domino 28 vel patre. ff. de per. hæred. §. fructus. & l. plane in fi. eod. & l. prima. C. de fructibus & litis expens. vbi dicitur, quod fructuum nomine contineatur, quod iustis sumptibus deductis superest, nam nullus casus interuenire potest, qui hoc genus expensarum deductionis impedire possit. l. fundus. ff. famil. hercis. primo respon. l. fructus. ff. sol. mar. vnde dicit text. in d. §. fructus. fructus intelliguntur deductis expensis, quæ quærendorum, colligendorum, & conseruandorum eorum gratia fiunt, & non solum in bonæ fidei possessoribus naturalis ratio expostulat, verum etiam in prædonibus.

Et in tantum videtur verum, quod clericus prælatus, vel sacerdos habet viuere de fructibus, & redditibus ecclesiæ, quod clericus habens patrimonium sufficiens sibi ad victum, potest cum bona conscientia recipere beneficium, ac de illius fructibus viuere, sibi que, ac suis 29 hæredibus patrimonium, ac fructus patrimoniales reseruare, tenet Abb. post Innocen. & alios in capit. postulasti. de rescript. dicit enim, & secundum illa tempora emanarunt multa iura, in quibus dicitur quod clerici habentes propria, non debent participare de rebus ecclesiæ, sed post modum, & tertio fuit statutum, vt nulla ecclesia edificaretur sine dote pro ministris, & alijs necessarijs ecclesiæ, & clerici sine scandalo incæperunt possidere bona ecclesiæ, ad hoc. 12. quæst. 1. certe, & de consec. dist. prima. nemo. & secundum hæc tempora proprie cedunt iura: quæ videntur velle, quod clerici possunt, & habent viuere de redditibus ecclesiæ, nec ponderatur patrimonium, quia hodie bona ecclesiarum, principaliter sunt deputata ad vsum ministrorum. cap. pastoralis. de his, quæ fiunt a prælat. & vide bonum text. 1. quæst. 2. cap. fi. vbi indifferentiter permittitur clericis, vt possint viuere de beneficijs, ex quo eis, & in eis deseruiunt, conclude ergo dicit Abb. ibi, quod ab ecclesia vniuersali, clerici habentes patrimonium, nihil possunt petere, sed ab ecclesijs particularibus, quibus seruiunt licite possunt capere, ex quo honeste viuant, hinc emanarunt iura hodierna, quibus disponitur, quod habens beneficium, & patrimonium possunt libere testari de bonis patrimonialibus 12. quæst. 5. per totum, tenet glos. in cap. illi. 12. quæst. 1. que ibi allegat multas rationes, quare clericus habeat,

beat. & possit viuere de beneficijs, ac reseruare patrimonium; quia debet viuere de altari, cui seruit, quia nemoj debet proprijs expensis, 32 & stipendijs militare &c. tenet Innoc. in capit. statutum. de rescript. lib. sexto. nec obstat. text. in capit. pastor. j. quæst. ij. quia secundum Innoc. loquitur quando clericus uellet viuere de beneficijs, & auare thesaurizare de patrimonio, secus autem, si uult conseruare patrimonium pro suis hæredibus. Item secundum Hostien. potest intelligi contrarium, quando non deseruit beneficio, & uult viuere de redditibus beneficij, augendo proprium patrimonium, & quia iura in hoc uario modo loquuntur, quædam enim uidentur innuere, quod clericus peccat, tenendo beneficium, & patrimonium, quædam uero, quod potest tenere patrimonium, sed non debet viuere de redditibus beneficij, quædam uero iura simpliciter permittunt clerico viuere de bonis beneficij: pro conclusiua decisione, est aduertendum, quod in primitiua ecclesia unusquisque conuersus ad fidem uendebat proprium patrimonium, & ponebat præcium ante pedes Apostolorum demum statutum fuit, ut bona non uenderentur, sed relinquenter ecclesijs cathedralibus, ut ex eorum redditibus, subueniretur indigentibus. capit. uidentes. xij. quæst. j. Item, & quiescente illo magno fæuore fidei, laici christiani inceperunt possidere propria, clerici occulte possidebant, quapropter, ut euitaretur hypocrysis statutum fuit, ut quisque clericus posset possidere propria. capit. certe. xij. quæst. j. unde pro concordantia iurium est dicendum, quod iura quæ dicunt clericos possidere non posse propria, loquuntur secundum tempus primitiue ecclesiæ, item antequam clerici haberent beneficia separata, non poterant viuere de redditibus ecclesiæ, ex quo habebant sufficiens patrimonium, quia illa bona erant deputata solum pro indigentibus, & secundum hoc tempus procedunt iura, quæ dicunt, habentem patrimonium, non debere viuere de redditibus ecclesiæ: Sed cum hodie beneficia sint principaliter deputata pro clericis, 33 de consec. dist. prima. nouo. nec. sit horridum, quod clericus possideat propria bona, emanarunt alia iura nouissima, quæ uolunt, ut clericus possit viuere de redditibus beneficij, ex quo seruit beneficio, unde pondera text. in capit. si. j. quæst. ij. ubi datur clerico stipendium, non propter indigentiam, sed proprium seruitium, non enim tenetur 34 de suo patrimonio militare, sed inquit Abb. simpliciter concludo, quod hodie licite clericus secularis, uiuit de fructibus beneficij, & conseruat patrimonium suis hæredibus, dummodo honeste uiuat, sequitur Cardinalis in capit. postulasti. de rescript. col. si. ubi Feli. num. 6. Socin. conf. 91. vol. tertio Bal. consil. 313. secundo vol. incip. præmittendum.

Gaetan.

Gaetan. secunda secundæ quæstio. 185. arti. 7. rep. ad 3. & hanc esse communem opi. fatentur in cap. Episcopus: de præben. Fel. & Barba. in colum. penu. in cap. postulasti. de rescript. licet ab hac opinione recedunt, firmiter Cauarruias Doctor Hispanus in cap. primo. extra de testa. ubi respondet ad obiecta, & tenet pro ista opinione, pro quo uide Innoc. & Doctor. dict. cap. episcopus. de præben. Innoc. in cap. quoniam. in fine ne prælat. vic. suas, Abb. in sua disputatione, quæ incip. Titius clericus. quarto dubio, idem Abb. in cap. 3. de pignor. tex. in cap. cum secundum. de præben. qui assignat rationem quia uidelicet ille: qui est assumptus ad onus, emolumentum habere debet: & repelli non debet a mercede, quia clerici debent viuere de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio sunt deputati, & dicitur ad Chorinthios: quis militat suis stipendijs unquam? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? S. Thom. q. c. de Simonia. vers. quis militat. ad tertium tenet Io. Dil. in tract. de arte testam. tit. de his qui in hab. testam. factio. cautel. 3. in fi. Corn. conf. 88. col. si. vol. secundo Ro. conf. 159. col. fin. Alex. conf. 116. col. 2. num. 3. lib. 7.

Nec obstat contrarium, quod opponi posset de tex. in cap. clericos. 1. quæstio. 2. ubi probatur, quod clerici qui habent aliunde, unde uiuant, nihil debent ab ecclesia accipere, immo si accipiunt, tanquam accipientes de rebus, quæ sunt pauperum, sacrilegium committant, per tex. in cap. sequen. ubi, quod illi: quibus sua sufficiunt, non debent ecclesiæ alimentis substineri, quia potest responderi, ut diximus supra, quia loquuntur illa iura, secundum tempora antiqua, quibus non licebat clerico patrimonium habenti, viuere de ecclesiæ redditibus, vel intellige scilicet quando accipiunt, & in malos usus conuertunt, ac male dispensant, ut per glo. dict. cap. clericos. qui uarios dat ad tex. intellectus, & in dict. cap. sequen. in ver. priuilegium. secundum quos intellectus tex. intelligendo cessat omnis repugnantia, quia potest intelligi, ut sit potius dictum ad exhortandum, quam ad præceptum: quia nemo suis stipendijs militare cogitur, uide Didac. Couarruias. dict. loco qui ad obiecta hæc responderi, & reconciliat. Et clerici diuites licite ab ecclesia sua stipendia accipiunt. Archid. in cap. clerici. quæstio. 2. facit quod habetur in glo. in cap. decimæ. 16. quæstio. 1. in verb. tributa, ubi dicit 35 quod decimæ soluuntur clericis: siue sint diuites, siue sint pauperes, quia non soluuntur ecclesiæ intuitu personarum, facit quod dicit idem Archid. in cap. sicut. ea. caus. & quæstio. ubi habetur quod diuites non debent sumere partes de bonis ecclesiæ, nisi corporaliter inseruiant ecclesiæ. Ex quibus satis late deductis, credo, quod satis constet quæ, & quomodo acquisita per clericum, vel prælatum præsumatur, vel præsumi

mi possint, & quod in coniecturatione facienda per iudicem circa talem præsumptionem, habet haberi ratio expensarum victus clerici, qui habet viuere de beneficijs, iuxta statum, qualitatem, & conditionem suam, ita, & taliter, quod potest viuere de ecclesia, & suum præseruare patrimonium, nec contraria, primo, & secundo loco in principio supra adducta, obstant, quia ex distinctionibus supra factis, & declarando, & intelligendo vt supra, apparet, quod inter se non repugnant, immo se ad inuicem compatiuntur, nam quod dicitur, quod de fructibus beneficij habet tantum clericus percipere ad victum necessaria, & quod de fructibus ecclesiæ, & beneficij habent fieri quatuor partes, procedit & intelligitur secundum iura antiqua, quæ semper stare, & manere intelliguntur, nisi vbi alia constitutione, vsu, vel consuetudine, quæ attendi debent per Abb. cap. primo de eccles. ædificand. vel reparan. esse correctæ, & mutata reperiantur. l. cõficiuntur. C. de codicil. Quod vero clericus in bonis beneficij sit aliquando vsufructuarius, aliquando vero vsuarius, id intellige in casibus, in quibus iura adducta loquuntur, pro quo vide Bald. in l. omnis. C. de episcopis & cler. vbi dicit secundum Iac. Butrig. vitrum clericus qui percipiunt fructus beneficiorum suorum, dicantur vsuarij, vel vsufructuarij, nam si dicis, quod debeant habere solum id, quod est eis necesse, sunt vsuarij, si vero, quod habeant totum, & distribuunt residuum, sunt vsufructuarij: secundum Iac. ego, (inquit) dicere per hanc legem, quod tenent medium inter vsuarium, & vsufructuarium, nam in percipiendo sunt vsufructuarij, sed in disponendo, & distribuendo redigantur ad instar vsuarij, secundum Iac. per hunc text. sed vide, nonne opinio Abb. in cap. si. de pecul. cler. in cap. cum esses. in repet. de testa. & alijs locis tenentis, quod clericus in fructibus ecclesiæ habeat tantum victum, & vestitum, & quod de illis tantum suum facit, quantum consumit, sit magis canon. sanctio. & veritati amica: Ad cetera contraria primo loco deducta non accidit respondere, quia non obstant, intelligendo ea in casibus, in quibus loquuntur. Secundo vero loco deducta, intellige pariter ea in suis casibus, in quibus loquuntur, & in terminis, & videbis illa non esse repugnantia, sed se ad inuicem cum distinctionibus supra factis compati, & concordare, vnde ex istis pronuncietur expeditum, quod circa hanc quæstionem dicere, & deducere volumus, &c.

SVM.

- 1 **S**cedens in bonis tenetur ad debita.
- 2 Pralatus tenetur soluere omnia debita sui prædecessoris, si non fecit inuentarium, si fecit, tenetur pro viribus hereditatis secundum aliquos.
- 3 Hereditas delata ecclesiæ intelligitur, in quantum non sit onerosa.
- 4 Debita contracta pro sustentatione pralati, debent solui.
- 5 Item debita facta causa ecclesiæ.
- 6 Pralatus potest pro sua sustentatione pignorare rem ecclesiæ, quam successor tenetur redimere.
- 7 Licet fructus ecclesiæ non possint obligari per clericum, possunt tamen obligari per iudicem.
- 8 Iudicium redditur in inuitum.
- 9 Miles sæculi, & miles cælestis equiparantur, vel assimilantur.
- 10 Potest fieri alienatio de rebus ecclesiæ pro solutione debitorum.
- 11 Redditi futuri beneficiorum pro ecclesiæ obligantur.
- 12 Communis opinio, quod hodie clerici sibi appropriant fructus.
- 13 Ad damnum illatum ecclesiæ per clericum, tenetur hæres.
- 14 Casus in quibus pralatus, vel hæres tenetur ecclesiæ.
- 15 Sunt prius soluenda debita, quam beneficia præstanda.
- 16 Datum ad communem vsu non trahitur ad particularem.
- 17 Alteri per alterum iniqua conditio afferrî non debet.
- 18 Ecclesiæ alit clericos ad sui decorem.
- 19 Quando ecclesiæ teneatur ad expensas litis factæ pro ipsa.
- 20 Pro sustentatione clerici, non possunt vendi res ecclesiæ.
- 21 Imputetur sacerdoti, qui acceptauit ecclesiæ minus potentem.
- 22 Tenetur clericus restituere expensum de fructibus ecclesiæ ultra debitum.
- 23 In quot partes diuidi habent fructus ecclesiæ.
- 24 Clericus non conuenitur ultra quam facere potest.
- 25 Clericus suspensus habet habere moderatam sustentationem.
- 26 Clericus habens patrimonium, habet viuere ab ecclesiæ.
- 27 Quando clericus habet satisfacere debita de patrimonio.
- 28 Quotidianæ distributiones acquiruntur clerico, etiam quoad donarium.
- 29 Pensiones sunt quid profanum.
- 30 Pensiones non exactæ transmittuntur ad hæres ab intestato.
- 31 Acquisita per clericum per laborem sunt sua.
- 32 Seruat curia, quod clerici cedunt fructus creditoribus.

33 Ser-

- 33 *Ad debita contracta pro sustentatione tenetur successor.*
 34 *Tenemur alere, & vestire illum, cuius opera utimur.*
 35 *Casus in quibus tenemur esse solliciti, ut res vertatur in utilitatem ecclesie.*
 36 *Expensas per prælatum de suo patrimonio pro ecclesia, repetit hæres.*
 37 *Expensas pro expeditione bullarum beneficij repetit hæres.*
 38 *Expensa funeris concernentes animam fiunt a Camera, concernent. solatium viuorum fiunt ab hæredibus.*
 39 *Si clericus non habet ecclesiam sufficientem, supplet episcopus eidem.*

De debitis clerici, vel prælati soluendis. ex fructibus ecclesie & spolijs.

QVÆSTIO X.



Bitu clerici, vel prælati occurrente, insurgunt creditores, qui diuersimode credita prætendentes, varijs prætensionibus hæreditatem, bona defuncti ac totum spoliolum inuoluere, ac absumere tentant, & quia de huiusmodi debitis, video aliqua quæ debent solui ab hærede defuncti, alia a successore, & ecclesia, vnde non omnia de spolio a Camera, quæ in locum est successoris, vel ecclesie, diximus supra in prima quæstione duxi quod sit ad propositum pro discernendo, & liquidando, quæ & qualia debita hodie debeant solui de spolijs per Cameram, quod sit faciendum de hoc quæstio, vt super hoc discusso, & veritate perspecta sciât creditores super quibus agere, & quæ debita possint sine calumnia petere, & ad quæ illis Camera: quæ succedit in spolio teneatur, vel sit obligata.

Et per contraria procedendo, quo modo magis elucescit veritas, iuxta text. in l. munerum. §. mixta. ff. de muner. & honor. & per contraria & oppositiones procedere hoc vnum illustrauit ingenium Bartoli, quia veritas disputatione discussa magis splendescit, Ludo. Gom. secunda quæstio. prohemij. In reg. Cancell. videtur, quod super bonis spolijs prælati, dari debeat curator bonis ex officio Curie, contra quem experiantur creditores lite pendente, saltem sede vacante, & donec venerit futurus pastor, sicut dicitur in simili de iacente hæreditate. l. prima. secunda, & tertia, cum ibi not. per glo. & Bart. ff. de cur. bon. dan. nam & sede vacante debet deputari, œconomus ad regendum, & defendendum bona, & iura ecclesie cap. 1. & 2. cum ibi not. ne sede vacan. cap. primo de rebus ecclesie non alienan. lib. 6. per gloss. cap. iudicatum

89. dist. Innocen. cap. primo vt eccles. benef. sine dimi. confer. & pendente causa inuentarij discussionis, & declarationis datur curator bonis, seu hæreditati, contra quem quis potest experiri, ne iura sua confundantur, per Bald. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. habetur in decis. delphina. q. iij. ubi dicitur, quod de stilo curie delphinalis, ex quo bona spolijs sunt redacta sub sequestro, fiscus sustinet vicem œconomi, seu curatoris contra quem experiuntur creditores & tradunt eorum summarias petitiones, & petunt se allocari in eorum gradu secundum antiquitatem temporis, & potioritatem hypothecarum, & istud etiam facit, inquit, decisio illa, pro causa bonorum spolijs dicti domini Ioannis Lespinai episcopi Valen. & c.

Sed hodie non deputatur œconomus, vel curator, quia videtur, quod camera, quæ hodie succedit in spolijs, teneatur ad soluendum omnia debita defuncti, ex quo succedit in fructibus beneficiorum relictis, ac in ius uniuersum acquiritorum per clericum, vel prælatum per ea, quæ diximus supra in quæstione quid sint spolia & c. quia succedendo, efficitur quasi hæres mortui, unde succedendo in bonis, & aduendo hæreditatem, videtur quod teneatur ad persoluenda debita hereditatis, vel defuncti. l. prima. & ibi Bar. C. si cert. pet. not. in l. pro hereditariis. C. de hæz. actio. l. in controuersia. C. de transac. glo. in l. si cum dotem. §. penult. ff. sol. mat. Bal. in l. quemadmodum. de inof. ficio. testam. not. in l. si curatoris. C. de iur. delib. Spec. in tit. de actio. seu petit. §. ij. vers. sed quando. & est in materia factus optimus text. in cap. primo. de solut. ubi dicitur, quod, sicut filius tenetur soluere debita patris, ita prælatus tenetur soluere debita per suum prædecessorem contracta, ubi dicit Hostien. quod sicut filius, & hæres succedit in uniuersum ius defuncti. l. hæreditas. de reg. iur. sic & prælatus succedit prælato, & ideo sicut filius tenetur de omnibus, de quibus tenebatur pater, cui succedit, ita, & successor tenetur de omnibus, de quibus prælatus tenebatur, in quantum prælatus, & sic est bona similitudo, ubi glo. dicit, esse intelligendum quod sit obligatus ad omnia debita, si non fecerit, inuentarium, sed si fecerit quod teneatur solum in tantum, in quantum se vires hæreditariæ extendunt. l. scimus. C. de iure delib. facit quod habetur in decis. delphina. 95. & 105. ubi dicitur, quod non tenetur soluere successor in beneficio, nisi in quantum se vires spolijs extendunt, etiam si non fecerit inuentarium, id quod procedit, si debita sint ex contractu, vel quasi contractu, quia si debita ex delicto procedant, vel quasi, non tenetur successor, nisi quatenus peruenerit ad illum, vel nisi fuerit cum defuncto lis contestata, subdens, quamuis secundum Alan. per canones

videtur, quod hæres tenetur ex delicto defuncti, per iura quæ allegat, ubi Abb. in fi. dicit, quod ecclesia hæres instituta non tenetur ultra vires hæreditarias, licet non fecerit inventarium secundum Bal. l. fi. C. de iur. de liber. & Bar. in l. prima. C. de sac. sanct. eccle. contra glos. in capit. primo de testam. quia hæreditas delata ecclesiæ, intelligitur delata, in quantum non sit onerosa, ne indirecte alienentur bona ecclesiæ ut ibi, & per Abb. in conf. 102. primo vol.

Et ibidem Abbas notat, quod prælatus pro se sustentando, potest contrahere debita, & ad illa soluenda tenetur successor, quia pro necessitate ecclesiæ contraxisse videtur, ex quo ecclesia illum tenetur alimentare, quia ut per eundem in capitulo secundo, de solut. prælatus potest obligare ecclesiam pro sua sustentatione, & ita (inquit) ego pluries in facto respondi in istis rectoribus ecclesiarum, qui in infirmitate, de qua decedunt, multa contrahunt debita, quia successor tenetur illa soluere.

Item tenetur successor ad soluendum debita defuncti, si pecunia, vel debitum sit contractum per eum ex causa necessitatis ecclesiæ, ut per Hostien. d. capitulo. primo de solutio. & per Innocen. ibidem dicitur, quod tenetur successor, si debitum contractum sit versum in utilitatem ecclesiæ.

Faciunt adducta per Abb. in cap. ex præsentium. de pignor. ubi dicit quod, ex quo sacerdos debet vivere de redditibus ecclesiæ cap. cum secundum Apostolum. de præben. & per Innocen. in capitulo episcopus. eo. ubi dicit, quod beneficiarius habens patrimonium, licet debeat vivere de illo, tamen cum bona conscientia potest vivere de redditibus ecclesiæ, tamen sacerdos, vel prælatus potest pro sua sustentatione, & pro sua necessitate pignorare rem ecclesiæ, & debitum pignorationis soluet successor, & pignus redimet ipse, non hæres defuncti, subdens ibidem: & ex hoc potest notari singulariter, quod si beneficiarius tempore infirmitatis suæ contraxit multa debita pro sua necessitate corporali, tenetur successor illa soluere: & paulo post ibidem in vers. 2. casu. quod si ecclesia sit potens, & sacerdos non habeat unde se sustentet, & contrahat debita sub spe soluendi illa de fructibus percipiendis, sed morte præventus non potest hoc facere, tunc est æquum, quod teneatur successor, & ita procedit dictum Io. Andree ibidem dicentis, quod licet beneficiarius habeat patrimonium, tamen soluere debita contracta pro sua sustentatione incumbat ecclesiæ, & non hæredi.

Facit text. in capitulo. peruenit. de fideiussor. ubi mandantur debita solui de redditibus clericorum, & redditus ipsos pro solutione debitorum, ac resar-

ac resarcimento damnorum assignari, ubi notat. glos. quod pro debitis possunt clericis interdici quotidiana stipendia in causam iudicati, licet speciali conventionione non possunt obligari, per iura, quæ allegat. in vers. redditibus. ubi dicit Hostien. quod clerici solvunt debita de redditibus beneficiorum præbendalium, quos faciunt suos, idem dicit Abb. secundum eum in capitulo cum esses. de testam. vers. quarto principaliter.

Imo dicit dominus Anton. in cap. peruenit. de fideiussor. quod hoc procedit indistincte in quibuslibet fructibus beneficiorum, quia prælatus tenetur pro debito contracto pro se, & non intuitu ecclesiæ, satisfacere de redditibus beneficiorum: nec per hoc præiudicat ecclesiæ, quia per se vivendo poterit satisfacere, etiam si sit prælatus regularis, habens redditus distinctos, habet enim liberam administrationem in eis.

Facit, quia contraria opinio saperet iniquitatem, quia fraudarentur creditores qui mutuant, vel clerici non inuenirent, qui sibi crederent, & essent ut Iudæi inter Christianos, ut per Abb. d. cap. cum esses. vers. quarto quæro.

Facit, quod dicit Spec. in tit. de sent. excom. §. sequitur. vers. quid si debitor, quod aut clericus non habet alia bona unde possit soluere debita, & eo casu possunt assignari redditus ecclesiæ, aut habet alia bona, & tunc secus.

Idem tenet Barba. in additio. ad Abb. in cap. olim nobis. de restit. spolia. ubi dicit, quod de fructibus episcopatus pro debito personali possunt capi redditus.

Secundo inquit, hoc est verum, quia id dicit glos. formalis in l. stipendia. C. de exequut. rei. iud. quæ dicit idem in præbendis clericorum: facit, quod dicit Io. de Imola in capitulo. fi. de pecul. cler. in finalibus verbis, ubi dicit quod propter debitum clerici factum ex alia causa, quam causa donationis, poterint capi fructus beneficii in causam iudicati, etiam si sit debitum non modicæ quantitatis, quia talis alienatio, videtur esse alienatio necessaria, cum fiat iudicium, quod redditur, & reddi solet in iuitum. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. & per eundem in c. peruenit. ext. de fideiussor. tertio ex hoc inquit decidit ratio, quia miles seculi, & miles cælestis æquiparantur glos. in l. miles. ff. de re iud. & in l. miles. C. locat. sed miles seculi tenetur pro debito de stipendijs suis in subsidium, ita & clericus debet teneri in subsidium tantum, idest quando non habet alias unde soluat, idem tenet dominus Pet. in cap. peruenit. de fideiussor. secundum Io. de Imola ibidem col. antepen. ibi, si autem haberet alia bona, &c.

Facit decisio Rotæ. cum Camera apostolica decis. 853. in antiquis in prima parte. ibi aliud esset prælato uiuente, uel beneficiato, quia tunc, cum fructuario compatetur fructus, & prouentus beneficij facit suos; & ideo cum persona sua sit ad huiusmodi debita obligata, nimirum, si etiam de fructibus suorum beneficiorum, quos facit suos satis facere teneatur

Item, quod dicit in ultima parte, aut loquimur de clerico non habente administrationem, & tunc tenetur Camera ad omnia debita, quatenus sufficerent fructus, & prouentus, quos ante mortem fecerat suos, quia talis beneficiatus non habens administrationem, omnes illos fructus, & prouentus perceptos in uita, adeo facit suos, quod potest testari de illis, facit quod bene potest fieri alienatio de rebus ecclesiæ pro satisfactione creditorum per ea, quæ tradit Soci. conf. 13.

10. primo uol. num. 14. col. v.

Facit pro hac opinione illud quod habetur in glo. in cap. duo. sunt genera. 12. q. j. quæ dicit, quod clerici sunt domini fructuum perceptorum, & late adducta per Cardinalem Zabarellâ, & alios in cap. si. de pecul. cler. quod clericus habet omnimodam fructuum dispensationem, & administrationem. item quod habetur, & legitur in cap. ceterum. ex. de donatio. ubi clericus potest ex permissione canonum donare. Item, quod habetur in cap. relatum el. ij. de testa. cum similibus, ubi clericus potest erogare in piam causam de fructibus, & rebus ecclesiæ, ac sua debita illis, qui sibi tenuerunt soluere, facit quia stante cõsuetudine quod clerici faciunt fructus suos, uidentur de illis licite posse soluere sua debita, additio ad capell. Tolosan. q. 303. dummodo ecclesiæ non patiatur, est bulla Iulij Tertij quod successor de fructibus inexactis soluat legata, & debita.

Subdit & Hostien. d. cap. peruenit. si canonicus fideiubeat, de præbenda sua satisfiat, si uero sit rector ecclesiæ fideiussor, de redditibus ecclesiæ creditoribus non soluetur in ecclesiæ læsionem, id est non soluetur de illis fructibus, qui sunt conuertendi in utilitatem ecclesiæ, ut per Abb. ibi, & paulo post ibidem Hostien. & sic habes hic, quod clericis, ob solutionem debitorum per eos contractorum possunt interdici redditus ecclesiastici, & capi in causam iudicati.

Idem tenet Specul. in tit. de sent. excom. §. sequitur. uers. quid si debitor. ubi dicit, hoc procedere in defectum honorum patrimonialium, et not. Abb. dicto cap. peruenit. quod pro debitis pro utilitate ecclesiæ contractis, possunt bene obligari per clericum redditus futuri beneficiorum, ibi not. glo. quod clericus non potest obligare redditus futuros sui beneficij, quod intellige, nisi contraheret pro utilitate ecclesiæ

ecclesiæ arg. cap. nulli de reb. ecclesiæ non alien.

Item dicit, quod Collectaneus refert in cap. Odoardus. de solutio. se vidisse seruare in curia, quod clerici admittuntur ad beneficium capi tunc cedentes fructus suorum beneficiorum creditoribus in solutionem, & satisfactionem suorum debitorum, quia communis opinio inualuit inquit Abb. quod hodie clerici appropriant sibi omnes fructus beneficiorum, & disponunt de illis ad libitum, unde uisum fuit curiæ, quod sit melius, ut clerici dent fructus suorum beneficiorum suis creditoribus, quam ut disperdant illos in aliam causam.

Item, si clericus litigando condemnetur in expensas, soluet debitum dictarum expensarum de redditibus beneficij, per ea, quæ dicit Abb. in cap. reprehensibilis. in additio. uers. sed circa. ibi. dicunt enim hoc casu, & principaliter Hostien. quod condemnatus satisfacet de redditibus beneficij dummodo ecclesiæ enormiter non lædatur, nec debet secundum eum haberi ratio confusionis, & inopiæ ipsius delinquentis, quasi uelit dicere, quod non dimittetur sibi, unde uiuat, sed simpliciter debet satisfieri, dicens ibi, quod tales expensas clericus satisfacet, de illis fructibus & redditibus beneficij, quos clericus facit suos, secus, de illis; quos non facit suos, secundum opinionem Hostien.

Item facit quia d. Anto. in cap. olim nobis de rest. spolia. ut refert Abb. ibi tenet ex illo tex. quod prælatus pro debito personali, potest satisfacere & soluere debitum de fructibus ecclesiæ, patet in cap. peruenit. de fideiuf. & possunt fructus capi in causam iudicati.

Item facit optimus tex. in cap. præsentati. de offi. ordin. in vj. ubi habetur, quod bona relicta per clericum defunctum debent ecclesiæ, & successoribus referuari, sed in primis debent solui debita, facit in materia quia clericus debet soluere de suo debita in quibus ecclesiæ tenetur ipse, quia potens alias disponere de rebus, ac fructibus ecclesiæ, hoc non potest in casibus quando tenetur ecclesiæ, nisi prius illo debito soluto, quia omne damnum, quod facit clericus ecclesiæ, ipse, & eius hæres soluet, & compensare tenetur. xij. quæst. ij. episcopus. & capit. qui filios. & hoc si dolo, vel culpa, intelligendo de culpa non leui, ut per Innocent. in capit. cum in officijs. de testam. quamuis ipsum etiam de culpa leui teneri sit tex. apertus. C. arbit. tutel. l. quidquid. facit glos. in cap. ea quæ de offi. ordin. tamen eadem glossa dicit, quod non tenetur de negligentia, nisi crassa. i. lata. quæ tamen negligentia est culpa & culpæ assimilatur. Unde uidetur, quod tenetur de leui culpa si delinquit scienter, & solum de non leui, si ignoranter, siue ex negligentia: secundo loco tenetur soluere debitum ecclesiæ, & recom-

14. pensationem facere, si de rebus ecclesiæ alicui gratiam fecit per Innoc.

præallegato loco in finalibus verbis ibi.
 Item, si prælatus aliquid fecit dolo, vel culpa, & etiam si prælatus de bonis ecclesiæ alicui gratiam fecit. l. cum ostendimus. ff. de hæ. instit. & c. col. ij. & vltima: tertio tenetur refarcire, & soluere damnum clericus, quod fuit per eum causatum ex mala administratione, sed desinente clerico, tenentur, & compelluntur hæredes ad reddendam ecclesiam indemnem, not. glos. xvj. quæst. iij. placuit. & l. ij. qui dicit, quod si rector ob negligentiam suam passus est rem ecclesiæ præscribi, tenetur de proprio patrimonio satisfacere ecclesiæ, per Abb. in cap. ex præsentium. de pignor. ver. nota. 3. ibi, nam per istum text. dico, quod hæres suus potest compelli ad satisfaciendum, idem dic vbi potuit acquirere ecclesiæ aliquid, & neglexit, vide text. bonum cum glos. xij. quæst. 4. cap. quicumq; ad instar tutoris, qui in hoc tenetur. l. quicquid. C. arbitrium tutel.

Quarto, si redditus ecclesiasticos, conuertit in alios vsus xij. quæst. 4. capit. primo. per illum tex. videtur teneri ad refarciendum, & recompenandum, vbi pulchre glo. ver. in casibus, quibus dicitur, quod clericus tenetur ad restitutionem, in istis enim casibus primo tenetur ecclesiæ satisfacere debitum, antequam aliud disponat, quia prius sunt soluenda debita, quàm beneficia præstanda, sicut homo magis tenetur satisfacere debitori, cæteris paribus, quàm amicis benefacere, sequitur Syluester in ver. clericus quarto. num. 4. ver. clericus autem, & bene debent prius ipsius ecclesiæ solui debita, quia agris eius sitientibus, alij rigandi non sunt. l. præses. C. de seruit. glo. in cap. præsentis de off. ordin. in vj. facit, quod habetur per Abb. in cap. quod quidam de fideiussor. vbi dicit debitum mutui, siue receptum a prælato, & capitulo, siue a solo prælato, potest solui bene de fructibus ecclesiæ, quia prælatus habet liberam in fructibus ecclesiæ administrationem, & si sit factum soli prælato, si petitur solutio in vita illius, non habet probari verum in vtilitatem, quia potest de fructibus satisfacere. quia habet liberam administrationem fructuum, & omnia administrat excepta alienatione immobilium, capit. is cui, de electio. in vj. & capit. cum nobis. extra de electio.

Merito per supradicta videtur dicendum, quod sua debita clericus ipse in vita, & post mortem Camera succedens in eius spolijs, possit imo teneatur soluere, & satisfacere.

Sed in contrarium faciunt multa: per quæ videtur, quod de fructibus, ac redditibus ecclesiæ non debent solui debita clerici, vel prælati, vt per Archid. in cap. statutum. in vj. quo de rescrip. dicit, & tenet indistincte, quod siue clericus habeat administrationem, siue non, quod non potest de

fru-

fructibus sui beneficij satisfacere suis creditoribus, quia ipse de dictis fructibus non habet aliud, quàm purum vsum: quia id solum est clericorum, quod probabili ratione consumunt. ponit Io. And. capit. præsentis. de off. ordin. in vj. & de illis habet tantum sumere necessaria ad victum, & vestitum, & vltra illa in talibus redditibus, non debet manus extendere, per dictum Apostoli sancti, victu tantum &, tegumento his contenti sumus, capit. episcopus. x. quæst. ij. vbi dicitur, habeat Episcopus potestatem in rebus ecclesiæ in necessitatem habentibus cum omni reuerentia, & timore Dei, participare eum etiam oportet quæ necessaria sunt, subdens text. quod si episcopus res ecclesiæ in suam propriam voluntatem vsurpare voluerit, vel fratibus, filijs, vel quibuscunque propinquis potestatem dederit, vt per eos lædantur res ecclesiæ, episcopus sit concilio obnoxius, & si episcopus presbyter, aut diaconus cum eo existentes in suos vsus colligunt ea, quæ ex redditu, vel ex quomodolibet actu ecclesiæ obueniunt, & pauperes fraudantur, ac fame conficiuntur, oportet, eos corripi secundum quod fuit a Sancto Concilio ordinatum, &c.

Facit: quia redditus ecclesiastici, vel res ecclesiæ, non sunt episcoporum seu prælatorum, aut clericorum propria, sed communes. capit. expedit. in principio xij. quæst. j. quia per episcopos debent dispensari communiter, cum omnibus communem vitam degentibus, vt nemo in eis egens inueniatur, vnde si redditus ecclesiastici sunt instituti ad communem vsum, communem vitam degentium, & ad vtilitatem ecclesiæ, non possunt nec debent in alium vsum particularem, & proprium, & in solutionem debitorum clerici conuerti, quia est sine ratione, vt quod communi vtilitati datum esse dignoscitur, vsibus cuiuslibet personæ particularis applicetur, de præben. capit. ratio. & inquit Abb. in capit. cum esses. de testam. in repet. vers. quarto principaliter quæro. quod si clericus de redditibus ecclesiæ posset soluere sua debita, sequeretur vnum, quod esset iniquum, quod ecclesia, siue pauperes damnificarentur ex facto illius clerici, contra illud, quod habetur in capit. venerabilis. de exceptio. nam alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet, quia fructus ecclesiæ, qui supersunt deductis necessarijs pro victu clerici, vel prælati, non sunt clericorum, sed esurentium, vt habetur in capit. sicut. 47. dist. Et per eundem Abb. in cap. peruenit. de fideiussor. ibi, & credo firmiter, quod de rigore iuris, inspecto statu beneficiorum, & deputatione, non habet aliquo modo de redditibus beneficij satisfieri creditoribus, quia de redditibus ecclesiasticis, id solum est clericorum, quod probabili ratione consumunt, ergo (inquit) non debent accipi fructus, qui sunt

conuertendi in causam piam, pro vtilitate clerici, quia si isto modo clericus subtrahet fructus, & bona ecclesie, dicitur homicida: quia videtur necare illos pauperes, qui ex huiusmodi subtractis, & alienatis essent alendi, vel sustentandi, Facit quia Bal. in cons. 71. libro primo. consuluit per multa, quae ibi adduxit, quod episcopus qui ante adeptum episcopatum iurauerat se solutum sua debita creditoribus, si & quando detinisset ad meliorem, & pinguiorem fortunam, quod non tenetur soluere de fructibus episcopatus postea adepti, rationibus, argumentis, & alijs ibidem adductis per eum, refert, & sequitur Barbar. in additio. ad Abb. in capitulo olim nobis. de restitut. spoliato.

Facit quod habetur in tex. in cap. presenti. de off. ordin. in vj. vbi dicitur quod bona per clericum defunctum relicta, debent ecclesie, vel successori reservari soluti debitis, vbi glo. intelligit debita ecclesie, id est quod illa debita solui debent solui, quibus est obligata ecclesia vnde non debita clerici, vel solum respectu clerici contracta.

Facit quod habetur in ca. de multa de preben. quod ille qui duo incompatibilia beneficia obtinuerit, cogitur restituere, de prouentibus suis, non de prouentibus ecclesie illud totum, quod perceperit de fructibus primo loco obrentis, vbi glof. (inquit) bene dicit de suis, quia de rebus ecclesie, vel alijs, obstat regula delictum personale & c. sit debita clerici debent solui de bonis clerici, & non de bonis ecclesie.

Facit late disputata, & adducta per Abb. in cap. reprehensibilis. de appellat. in additio. vbi si clericus litigans in causa propria, condemnatur in expensis, pro dictis expensis, non potest, nec debet fieri executio, nisi in bonis patrimonialibus, & suis, non ecclesie, non etiam in illa parte reddituum, ecclesie quae debet conuerti in vtilitatem, & beneficium personae clericici, puta in sui sustentationem. imo, id quod plus videtur, idem dicit, si litigauit nomine ecclesie quod habet soluere expensas, in quibus erit condemnatus de suo, quod videtur durum, licet etiam clericus iniuste litem mouerit, quia expensas litis, in quibus condemnatus existit nomine ecclesie, non deberet soluere de suo, sed de bonis illius ecclesie, cuius nomine litem fecerit; dicit enim quod hoc casu clerici condemnantur in expensis, in causa propria, aut in causa quam agitent nomine ecclesie, primo casu indubie condemnatio expensarum mandat executio in bonis patrimonialibus, si habet: si vero non habet patrimonialia bona, sed beneficia, tunc non potest fieri executio respectu eorum reddituum, etiam in illa parte reddituum nomine ecclesie, pro ecclesia, quae debet in vtilitatem ecclesie conuerti. per regulam delictum personae de reg. iuris

iuris in vj. sed respectu illorum reddituum, qui debent conuerti in vtilitatem personae clericorum, est dubium: & credo (inquit) quod ad tales redditus non debent manus extendi, & est ratio; quia ecclesia tenetur clericos alere ad sui decorem: nec nisi alimenta, vel sustentationem clerico praebeat, vnde non tenetur eius condemnationes soluere: quia si clericus non venit alendus, non tenetur ecclesia in aliquo contribuere, quia ecclesia vult teneri, & esse obligata in alimoniam clericorum, & in causam sustentationis, & alimoniae eorum, non in aliam causam, debet enim clericus participare de bonis ecclesie, quatenus indiget, ad necessitatem sui victus, & non aliter capit. episcopus. xij. quæst. ij. & xij. quæst. j. f. si. & capit. seq. aut clericus litigauit, nomine ecclesie, & tunc, si collegialiter, mandat fieri executio in bonis ecclesie, quia delictum praelati communicato consilio, nocet, & praeiudicat ecclesie praesertim in iudicio in hac condemnatione saltem, pro quo allegat Abb. ibidem tex. in capitulo primo. de dol. & contumac. vbi probatur etiam in religiosis. Aut non collegialiter, sed solus praelatus, vel de per se litigauit, & tunc ipse habet soluere expensas, & condemnationes de suo per tex. iuncta glo. in l. non est in cognitum. C. de admin. tutel.

Faciunt dicta per Abb. in capitulo presentium. de pignori. quod pro debito contracto pro sustentatione clericici, vel praelati, non possunt vendi, vel pignori res ecclesie, quia dicit, quod vel ecclesia erat impotens ad sustentandum rectorem, vel potens, & primo casu, si impotens fuit a principio, tempore quo acceptauit ecclesiam: & dico indubie quod debita incumbunt sibi, & heredi, & non ecclesie, quia habet sibi imputare: qui acceptauit ecclesiam minus potentem, nam hoc casu tenetur vinere ex industria, & sic fortius ex patrimonio, non autem pro huiusmodi debitorum solutione, vendere debet bona ecclesie, vel pignori, vel obligare. per tex. in cap. primo. 21. q. j. cum sibi glo. si vero ecclesia ex post facto, est facta impotens, ad hoc dico eadem, vt non debeant bona ecclesie vendi, vel pignori pro sustentatione sacerdotis, sed debet agere sacerdos contra parochianos, qui ab eo percipiunt sacramenta, & diuina, vt praestent ei necessaria, ex quo eis seruit in diuinis, & eis praestat sacramenta, per dictum Apost. si vobis spiritualia impendimus, non erit magnum, si a vobis carnalia metamus, & si cessent in hoc parochiani subuenire ei, est causa licita subtrahendi eis diuina est bo. glof. in capitulo omnis Christianus. de consecratione dist. prima.

Facit quicquid capit, vel expendit clericus de fructibus ecclesie, ultra debitum, tenetur clericus restituere, per ea, quae dicit Abb. in capitulo cum

cum secundum de præben. Domi. de sancto Gemin. & Archid. in summa 44. dist. Fel. in cap. postulandi. num. 60. de rescrip. idem. in cap. de quarta. num. 33. de præscrip. Ant. Butr. in capit. primo. num. 28. emptio. Item dicit Abb. in cap. si. de pecul. cler. per tex. quem dicit expressum in §. fin. cum cap. seq. 12. quæst. j. quod præbendæ non dantur canonicis simpliciter, ut faciant quicquid velint ex redditibus, sed ut primo necessaria accipiant pro se, & si quid superest, eo deducto, debent expendere in utilitatem ecclesiæ.

Facit, quia per canones redditus, & fructus beneficiorum sunt distincti, & distributi, quia de illis aliam partem fabricæ, aliam episcopo, aliam pauperibus, aliam sacerdoti assignant, per text. in capit. quatuor. cap. 23 cognouimus. & capit. sequenti xij. quæst. j. per Abb. in capit. j. de eccl. ædific. aut reparan. unde clericus subtrahere non debet, nec pro se, nec pro alio fructus ecclesiæ, sed in usus ordinatos, & destinatos debet eos dispensare, quia si extra modos licitos dispensat, peccat, & potest puniri, adeo quod quandoque ab ecclesia potest remoueri. cap. 2. de pecul. cler. quia dicit Cardinalis Zabarella in cap. si. de pecul. cler. per text. in cap. inquirendum. quod licet clericus possit dispensare fructus ecclesiæ in alios, non tamen potest dispensare in se ipsum, nec pro causa sua, quia ista non erit dispensatio, sed subtractio, & subtrahendo sic fructus, clericus committit non solum furtum, sed & sacrilegium, per text. in cap. qui oblationes. 13. quæst. ij. notatur in d. capit. inquirendum.

Faciant, quæ late deduximus supra in quæstione de potestate clerici, vel prælati. §. sed in contrarium. per totum. quæ videre potes ad longum, & per hæc ego credo, quod sit satis clarum, quod de fructibus, aut de rebus ecclesiæ, non possunt clerici, aut prælati soluere sua debita, ex aliqua sua necessitate, vel facto contracta: quia de rebus ecclesiæ non debet clericus dispensare, aut disponere, nisi prout ab ecclesia, aut canonicis fuit statutum, & ordinatum ex quo clericus, vel prælatus in illis non habet omnimodam auctoritatem, vel potestatem absolutam, sed restrictam, & limitatam, cuius fines, non transgredi sed seruare, & custodire debet, & per consequens quod debita clerici defuncti, non habent solui de spolijs per cameram.

Stantibus istis repugnantibus, & contrarijs, pro intelligentia materiæ, & pro concordatione contrariorum, quia quæstio est difficilis, puto quod sit bonum habere considerationem, & respectum ad qualitatem debiti contracti, puta ex qua causa, & pro qua re sit contractum. Item ad tempus quo solutio debiti petitur, an videlicet, in vita clerici, an post mortem, &c. Quia dicit Abbas in capit. cum esses, in re-
pet.

pet. de testa. verfi. quarto principaliter. declarando, & distinguendo materiam, quod aut clericus contraxit debita pro sua sustentatione, ut se aleret, & tunc dico, quod nedum in eius vita, sed etiam post mortem, de fructibus sui beneficij debet satisfieri suis creditoribus, per doct. Io. Andr. quem omnes sequuntur ibi communiter in capit. ex præsentium. de pignori. pro quo inquit Abb. est casus in capit. cum olim. de restitutio. spolia. vbi episcopus spoliatus suo episcopatu, non habens unde viueret, contraxerat debita pro sua sustentatione, & victu, sequitur Calderin. in cons. 20. de pecul. cler. in fine. ibi tamen æquum est dicere, quod si contigisset ipsum canonicum dum vivebat habuisse tales fructus, pensionem, aut affectum, & ipsum expendisse in suis necessitatibus, & quia non habuit, contraxit debita, quod de dictis fructibus, vel pensionibus soluantur: vel non contraxit debitum pro suo victu, vel sustentatione, sed pro alia sui ipsius necessitate, veluti esset pro reparandis suis domibus, vel ut vtar verbis Ioan. Andræ, sua necessitate, puta refectione domus propriæ, quæ minabatur ruinam, vel pro vineis patrimonialibus putandis, aut pro alio casu consimili, & tunc dico indistincte, quod de fructibus beneficij satisfieri non debet etiam parce viuendo, quia clerici habent solum usum, ergo si debita sunt contracta non pro suo usu, ecclesia non tenetur. capit. primo. de solu. vbi patet, quod tunc tantum tenetur successor soluere debita prædecessoris, quando pro necessitate ecclesiæ sunt contracta, unde nec camera Apostolica in locum ecclesiæ successa, probatur ex littera d. capit. ex præsentium. vbi calice impignorado per prælatum, pro sui, non ecclesiæ necessitate, hæres de hæreditate ex patrimonio defuncti, non successor, nec ecclesia, tenetur soluere, & ecclesiæ restituere, Nec est (inquit) bona ratio d. Anton. dicentis, quod ex quo clericus habet administrationem in reb^{us} ecclesiæ, quod potest de illis rebus, & redditibus satisfacere, quia licet habeat administrationem, debet tamen dispensare ad eum usum, ad quem tales redditus sunt instituti, & si talis dispensator contrarium facit, reuocatur. cap. si quis deseruit. xij. quæst. ij. cap. monemus. cap. diaconi. xij. quæst. j. potest addi quod dicit Zabarella in cap. si. de pecul. cler. per text. in cap. inquirendum. eo quod licet clericus possit dispensare fructus, & res ecclesiæ in alios, non tamen potest dispensare in se ipsum, nec pro sua causa, quia ista non esset dispensatio, sed subtractio, & subtrahendo sic fructus ecclesiæ, non solum committit furtum, sed & sacrilegium.

Nec valet dicere, potest modicum donare, eleemosynam facere de rebus ecclesiæ, ergo sua debita soluere, quia dico, quod illud facit, tamquam

quam administrator ecclesie dispensando bona in pias causas, sed sua debita soluendo, non esset dispensator, sed dissipator, & uti prædo, ut per glo. in cap. fina. 12. quæstio. 1. Nec minus valet illud quod ad minus debet. posse satisfacere debita de fructibus de quibus vivebat, quia fieri non potest, nam primo clericus habet priuilegium, ne conueniatur ultra quam facere potest, sicuti habet miles armatæ militiæ, cui comparatur. ff. de re iud. miles. vbi glo. & l. milites. C. loca, secundo ecclesia tenetur clericos alere ad sui decorem, unde si clericus non alitur, non tenetur ecclesia in aliquo ei contribuere, quia ecclesia vult contribuere in alimoniam clericorum, & si cadat vere in alimoniam non in aliam causam. per Abb. in cap. reprehensibilis, de appellati. tertio non debent cogi clerici mendicare in opprobrium clericorum, quia esto quod clericus propter crimen sit suspensus a beneficio, inde tamen habere debet moderatam sustentationem. per glo. in cap. vintonien. de electio. in cap. studeat. 50. distin. per quod apparet, quod non etiam potest clericus soluere debita de illis fructibus, de quibus

24

25 habet vivere, ex quibus inquit idem Abb. concludo, quod clericus etiam si sit personaliter & simpliciter beneficiatus, de fructibus sui beneficii, suis creditoribus satisfacere nequit, nisi debita essent facta pro sustentatione, pro quo optimus tex. in cap. peruenit. de arbit. vbi casus, sic, Abb. in repet. dict. cap. cum esset. de testamen. dict. loco, & Abb. in cap. ex presentium. de pignor. dicit quod sacerdos debet vivere de fructibus beneficii, per dictum Innocen. cap. episcopus. de præbend. vbi dicit, quod beneficiatus habens patrimonium, debet vivere de illo, tamen cum bona conscientia potest vivere de redditibus ecclesie, cum ergo gratia illius pignorauit bona ecclesie, pro sua sustentatione, & pro sua necessitate, non habet compelli hæres ad pignoratæ redimenda, sed habet compelli hæres in beneficio secus quando contraxit debita, non pro sua necessitate, aut pro sua sustentatione, sed pro necessitate sui patrimonij conseruandi, puta pro reparatione sue domus paternæ ruinam minantis, vel pro sua vinea, quæ erat in culta cultuanda & similibus, quia eo casu non tenetur ecclesia, vel hæres. Ita intellexit & tenuit Hostien. d. capit. primo. ibi sed ecclesia non tenetur nisi de contractibus ob necessitatem ecclesie. Innocen. ibidem, idem tenet, si debitum contractum ob necessitatem sit versum in utilitatem ecclesie, alias non: unde dicitur Innocen. videtur exigere quod probetur versum in utilitatem, & quod creditores teneantur probare debita conuersa in utilitatem ecclesie, dicit glof. in authen. hoc ius. canonizata in ver. in solutum. x. quæstio. quod sic, vbi Archid. per Hostien. & doctores capit. grauis extra. de depo-

sic. super verb. utilitatem, cap. quod quibusdam. vbi Innocen. & alij de fideiussor. Et per Hostien. in summa de fideiussor. & de testa. cap. cum in officijs. Rota decis. 37. incip. cum camera Apostolica. decis. vltima in fi. sed Abb. magis placet dictum Hostien. in d. cap. ut probare sufficiat, quod debitum contractum fuit pro ecclesie necessitate, ut per eum, vbi, & nota, ex hoc, & ex text. quod in debito, contracto per prælatum, ecclesia obligatur, etiam post mortem contrahentis, dummodo probetur, quod pro necessitate ecclesie debitum fuit contractum, & bene pondera text. quod non exigit probationem versionis in utilitatem ecclesie, sed solum requirit, quod pro necessitate ecclesie fuit contractum debitum.

Aliorum opinio, veluti glof. in l. stipendia. C. de exequut. rei iud. Bart. in l. commodis. ff. de rei iudic. & Specul. de senten. excom. §. sequitur. est quod fiat executio in fructibus beneficiorum in subsidium, nullis alijs existentibus bonis, ut per Io. de Imola. d. capit. peruenit de fideiussor. circa finem, vbi etiam tenet secundum Flor. per illum text. quod indistincte possit fieri exequutio in redditibus beneficii, pro debito clerici, etiam nulla facta discussione, & etiam, si sit beneficium, habens administrationem, opinio vero aliorum, ut Hostien. & Ioan. Andreæ d. capit. peruenit. de fideiussor. & quod si clericus habeat beneficium, quod habeat administrationem, puta, si sit rector, vel prælatus quod tunc tenetur satisfacere debita de patrimonio, per id, quod habetur in cap. reprehensibilis. de appellat. ut per eundem Io. de Imola. in d. capit. peruenit. col. antepen. & quod indistincte possint solui quæcunque debita clerici, vel prælati, de illis fructibus beneficiorum, quos facit suos, quia de alijs, ut dico non fieret solutio, cum nec illos clericus obligare possit, veluti est in clerico administrationem non habente, & simpliciter, & personaliter beneficiato, qui etiam fructus facit suos in morte, quia de illis testari potest glo. in capit. presenti. de off. ord. Hostien. in capit. fin. de pecul. cler. qualiter diximus supra in quæst. de potestate. cleric. vel prælat. de distributionibus quotidianis, quæ acquiruntur clerico etiam quoad dominium capit. vnic. de cleri.

27

28 non resid. in 6. quas clericus facit omnino suas, quia dantur propter seruitium, & corporale ministerium, & in recompensam laboris personalis, de quibus clericus ita potest disponere, veluti rusticus de diuini operis denario.

Item de pensionibus, ac pensionum fructibus, quæ cum sint quid non ecclesiasticum, sed prophanum, sunt ad omnimodam potestatem, & dispositionem pensionarij, adeo quod potest de illis pro libito disponere, testari de illis, ac etiam ab intestato terminos maturos, non exactos,

ad

29 ad succedentes transmittere, per Gigan. in q. 52. tractat. pensio. ibi
erit ex præmissis firmata conclusio, quod pensiones decursæ in uita
pensionarij, non exactæ transeunt in eius hæredes, siue ab intestato,
30 siue ex testamento succedant. sed in contrarium uide quæ deduco
supra in quæstione de potestate clerici, suo loco, maxime per bullam
Pij v. nouissime editam.

Item qualiter diximus de illis, quæ lucratur sacerdos ratione suæ di-
gnitatis clericalis, uel sacerdotalis officij, puta pro missis dicendis,
uel pro alijs horis canonicis, diuinis laudibus celebrandis, aut decan-
tandis, dummodo non sint ei, ueluti proprio parochiali data, nec
31 respectu, seu contemplatione ecclesiæ, sed respectu personæ tantum
clerici, uel sacerdotis, & pro recompensatione suorum laborum,
quæ talia clericus acquirendo, facit sua, & de eis omnimode potest di-
sponere, per Abb. in cap. cum in officijs. de testa. Et hæc opinio Ioan.
And. & Hostien. quod de fructibus, quos facit suos clericus, possit
satisfacere creditoribus, dicit Abb. in cap. reprehensibilis. de appella-
tione. potest admitti, stante generali consuetudine, quæ inoleuit apud omnes,
quod clerici personaliter beneficiati faciunt fructus suos, dummodo
clerici non mendicarent, quia hoc redundaret in opprobrium eccle-
siæ, quia isto modo per indirectum puniretur ecclesia in persona cle-
ricorum, quod esse non debet, arg. reg. delictum personale. de reg.
iur. in vj.

Sed in casu isto quando petitur solutio debiti a clerico in uita, dicit Col-
lectaneus in capit. Odoardus. de solutio. ut refert Abb. in cap. perue-
nit. de fideiussor. quod uidit in curia seruari, quod clericus potest ce-
dere fructus suorum beneficiorum, loquendo indistincte, & nullam
32 faciendõ differentiam inter fructus, & fructus in satisfactionem suo-
rum creditorum pro eius debitis, & idem dicit D. Anto. in cap. cum
olim. de restitut. spoliat. ubi dicit esse casum, id quod approbat Abb.
ibi, quia inquit communis opinio inualuit, quod hodie clerici appro-
prietant sibi omnes fructus, ac redditus beneficiorum, & disponunt
ad libitum, unde uisum fuit curiæ, & iudicibus, quod melius sit,
ut clerici darent redditus suis creditoribus, quàm, ut disperdant il-
los in aliam causam: sed si facerent, ut deberent, non deberent exten-
di manus ad redditus beneficiorum, quamuis (inquit) firmiter cre-
do, quod de rigore iuris inspecto statu beneficiorum, & deputatione,
non debet aliquo modo de redditibus beneficij satisfieri creditoribus,
quia de redditibus beneficiorum, id solum est clericorum, quod pro-
babili ratione consumunt, ergo non debent fructus apprehendi, cum
sint conuertendi in causam piam. Idem uidetur dici in allegata, deci-
sione

sione 855. in antiquis, incip. cum camera, in prima parte. ibi aliud esse
in prælato uiuente, uel beneficiato, quia tunc cum fructuario com-
paretur, fructus & prouentus beneficij facit suos, & ideo cum per-
sona sua sit ad huiusmodi debita obligata, nimirum si etiam de fructi-
bus beneficiorum quos facit suos, satisfacere tenetur, & loquitur de-
cisio generaliter de quibuscunque fructibus, quia non distinguit, pro-
ut facit in secunda distinctione, & habetur in Rotæ decis. 330. in anti-
quis. rubrica de oblig. & solutio. incip. nota quod clericus. quod licet
clericus se simpliciter obligando, non obligat fructus beneficiorum, ad
hoc quod ratione obligationis fructus debeant creditoribus applicari,
nisi debitum esset conuersum in utilitatem ecclesiæ, tamen Auditor Ca-
meræ tenet contra, quia pro debito fructus beneficiati sequestrabitur,
& concludit Rota, quod si clericus habet administrationem, quod tunc
fructus potest obligare in uita, si sit simplex beneficiatus, etiam id po-
test post mortem ut ibi.

Quando uero petitur solutio debiti contracti per clericum post mortem,
quæ est materia nostra, tunc si debitum sit contractum pro necessitate
ecclesiæ, successor uel Camera Apostolica, quæ loco successoris habetur
in spolijs, & cum eo quantum ad spolia unum & idem censetur, per spe-
ciale Papæ rescriptum d. Rotæ decis. 855. ad illius solutionem tenetur,
per text. in cap. primo. de solutio. qui dicit ad literam ubi Hostien. To-
And. Abb. & alij, quia successor, & camera nunc reseruantur bona re-
lictæ per defunctum, solutis tamen debitis per text. in capit. præsent. de
off. ord. in 6. ubi glos. intelligit debita, ad quæ ecclesia & successor re-
manet obligata.

Et pro ecclesiæ necessitate contractum uidetur debitum, si sit contractum
pro sustentatione clerici, uel prælati: quia dicit Abb. ibi, quod si
prælati contraxit debita pro sua sustentatione, tenetur successor ad
33 illorum solutionem, quia pro necessitate ecclesiæ uidetur contraxit-
se, quia ecclesia tenetur illum alimentare: expensæ etiam, salaria ser-
uitorum, uel seruitorum debent solui de spolijs, quia clericus habet
uiuere & sustentare se de bonis ecclesiæ, iuxta conditionem suam, quia
si sit nobilis, uel doctor, non habet stare sine famulo, per ea, quæ ad-
duco supra in quæstione, ex quibus præsumatur clericus acquisiuisse,
uers. & in tali sustentatione. & seruitia præstita prælato, uidentur præ-
stita ecclesiæ, dico supra in quæstione de licentia, uel dispensatione testan-
di. in principio, uers. Item ex eod. est decisio Rotæ, decisio Fabij Pere-
grini de solutio. in manu scrip. quod successor teneatur soluere sala-
rium aduocato, qui patrocinatus fuit pro mortuo episcopo, dum ef-
set carceratus, quæ fuit facta in una Zamorren. ubi doctor præstitit
patroci-

patrocinium, & mutuauerat pecunias, & pro eius necessitatibus expenderit, & cum ista fuerint debita contracta pro necessitate personae episcopi, fuit dictum, quod successor teneatur, per Abb. in capitulo presentium. & capitulo. per tuas. de dona. & salarium etiam aduocati propter seruitium, & operam praestitam. per Abb. in capit. relatum. et secundo de testam. l. conf. 222. lib. 2. sed salaria famulorum quae famuli in vita praelati petere, & consequi distulerunt, non debent solui post mortem per cameram de bonis, & seu spolijs praelati meo iudicio indistincte, quia super hoc emanauit motus proprius Pauli tertij, quo determinatur, quod salaria quae famuli non habuerunt in vita praelati, nisi pro biennio petantur, & post mortem infra annum petantur, & alias quod soluta praesumantur, ut est videre, in dicto Motu proprio, qui in causis spoliatorum saepe fuit exhibitus, est in lib. bullarum Pontificum in Bullis Pauli tertij, mihi folio 102. incip. motu proprio, cum sicut nobis &c. publicatum Romae in Cancellaria anno 1545. die 21. Aprilis Pontificatus eiusdem Pauli anno 11. sed cum dispositio istius motus contra iuris communis dispositionem, crederem, quod non deberet extendi ultra personas in ea specificatas, & nominatas, cum in istis stricte, & non large sit facienda interpretatio, & inquit Abb. d. loco, pluries ego in facto respondi, in istis maxime rectoribus ecclesiarum qui in infirmitate sua, de qua decedunt, multa debita contrahunt, nam successor teneatur illa soluere facit Ludo. Roma. conf. 440. quod consilium est factum in causa cuiusdam hospitalarij, qui contraxerat certa debita in vita pro suis vestimentis, unde quaerebatur, an talia debita deberent solui per successorem in hospitali, an vero per heredem hospitalarij, ubi dicit, quod hospitale teneatur alere, & consequenter vestire hospitalarium, cuius opera, & seruitio vitur tribus fundamentis, primo. quia est regula, quod teneatur alimentare, & vestire illum, cuius opera vitur. l. In rebus. ff. potest. ff. comod. cum alijs ibi allegatis, secundo quia scriptum est, qui ecclesiae seruit, debet de ecclesia viuere. capit. cum secundum. de praeben. tertio appellatione victus comprehenduntur etiam vestimenta, adeo quod ecclesia dans victum intelligitur etiam dare vestimenta. l. legata. ff. de alim. & cib. leg. subdens ibi, ex his ergo concludo, quod pro praetio, quod titulo emptio nis ille hospitalarius pro suis vestimentis, atque alimentatione percepit, teneatur successor in hospitali, non haeres defuncti hospitalarij, cum successor praecedentis rectoris, debita expedientia ecclesiae, vel hospitali contracta soluere teneatur, quod est verum etiam, si non probent creditores ista talia venditionis titulo, in expedientia hospi-

hospitalis conuersa fore in utilitatem per dictum Innocen. in cap. grauis. extra. deposit. ubi allegat. glo. in l. prima. C. de uenden. reb. ciuitat. lib. xij. qui dicit, quod contrahens cum ecclesia, uel hospitali debet esse sollicitus, ut res conuertantur in utilitatem, in tribus casibus, qui sunt a iure expressi, primus est in mutuo. l. ciuitas. C. de loca. capit. quod quibusdam. extra. de fideiuf. secundus casus est in deposito d. capit. grauis. extra. deposit. tertius casus, cum res ecclesiae pro debito uenduntur authen. hoc ius. xij. q. ij. in alijs autem casibus licet uersio non probetur in expedientiam ecclesiae, uel hospitalis, si in hoc datum sit, ipsa ecclesia teneatur, idem uidetur, si debitum contractum per clericum, sit uersum in utilitatem ecclesiae, quo casu debet fieri solutio per successorem per d. tex. in capit. primo. de solut. capit. presenti. de offic. ordin. in vj. in fine. d. tex. capit. quod quibusdam. de fideiussor. capit. primo. de deposit. ubi glo. in uers. utilitatem. per Abb. in d. capit. peruenit. de fideiuss. ibi dicit nota. glo. quod clericus non potest obligare redditus futuros sui beneficij, quod inquit, intelligo, nisi contraheret pro utilitate ecclesiae. arg. capit. nulli. de reb. ecclesiae non alien. uidetur dicere Innocen. Abb. & alij. in d. capit. primo. de solut. & hoc dummodo uersum in utilitatem, non prouenerit ex industria clerici, uel praelati per Abb. in conf. 102. secunda parte. sequitur Hostien. in capit. cum in off. s. hoc igitur. de testam. ibi solas autem expensas deducet de bonis ecclesiae, quae factae sunt in alimonia Praelati, pauperum, redemptionem captiuorum, hospitalitatem, & alias pias causas, vel pro oneribus ecclesiae supportandis, dicit Abb. in capit. si quis. de pec. cler. circa princip. ibi nota ij. quod si praelatus ex industria personae suae, facit rem meliorem ecclesiae, non potest repetere illud, quod impendit ex industria, sed cedit ecclesiae: credo tamen, quod si praelatus ex suis patrimonialibus impendit ecclesiae aliquid, non sua contemplatione, sed ecclesiae, poterit ipse, aut
36 suus haeres repetere id quod impendit de suo, per tex. nota. cum glos. r. 2. quaest. 4. cap. secundo. idem dicit Rota d. decisio. 855. ibi, vel possit fieri distinctio inter habentem administrationem, & tunc teneatur successor, vel Camera, etiam de fructibus acceptis in vita praedecessoris, nisi ad debita conuersa in utilitatem ecclesiae, ad quae solum teneatur ecclesia d. cap. primo. de solut. ad alia debita contracta per clericum, puta pro reparandis suis domibus patrimonialibus, pro putandis uinis, uel pro aptandis praedijs, & locis paternis, & consimilibus extra ab ecclesia indistincte dicendum, quod Camera non teneatur per ea, quae dicit Abb. d. cap. cum esses. vers. quarto principaliter, & habetur in d. decisio. in tertia parte primae distinctionis ibi, sed secus,

cum moritur, quia tunc usufructuario comparatur, & post mortem omnia bona sua, quæ ab ecclesia acquisiuit, tamquam bona ecclesiæ remanent ecclesiæ, & futuro successori reseruantur, vt d. capit. præsent. de offic. ordin. in sexto. in cuius præiudicium bona illa non potuit obligare, maxime, quia non habet causam ab illo, nec censetur habere ius, ad nos. per Innocen. in capit. quanta. de iud. & ideo non mirum, si successor ad debita illa non tenetur, ex quo ad illa, ecclesia non censetur obligata, & in eius successoris locum hodie Camera apostolica per specialem Papæ reseruationem succedit in istis spolijs, seu bonis ad ecclesiam pertinentibus, & eius occasione per ipsum acquisitis, quia in alijs bonis patrimonialibus succedit hæres suus, qui ad omnia alia eius debita tenetur. authen. licentiam .C. de episcopis & cleri.

Dicta decisio facit aliam distinctionem, an Camera apostolica, quæ hodie succedit in spolijs, ac bonis relictis per defunctum clericum, teneatur ad solutionem debitorum creditoribus, & an creditores teneantur probare debita conuersa esse in utilitatem ecclesiæ, facit dico aliam distinctionem, cum qua, uti ultimo loco facta, uidetur transire, uel (inquit) posset fieri distinctio inter habentem administrationem, & tunc tenetur successor, uel Camera, etiam de fructibus acceptis in uita prædecessoris, nisi ad debita conuersa in utilitatem ecclesiæ, ad quæ solum tenetur ecclesia d. capit. primo. de solut. aut non habuit administrationem, & tunc ad omnia tenetur, quatenus sufficerent fructus, & prouentus, quos ante mortem fecerat suos, quia talis beneficiatus, non habens administrationem, omnes illos fructus, & prouentus perceptos in uita, adeo facit suos, quod potest de illis testari. Idem habetur decisio 330. in antiq. incipit. nota quod clericus. rubric. de obligat. & solutio. & si non testetur de illis, ab intestato clerico decedenti succedit ecclesia. glo. d. capit. præsent. de off. ordin. lib. sexto. & probatur. de testa. capit. relatum. el secundo, per Hostien. capit. fin. de pecul. cler. id quod est intelligendum in casu, in quo Camera succedit clerico, decedenti ab intestato: quia, si non habens administrationem, de illis testetur, non succedit ei Camera, sed hæres qui teneatur ipse ad debita, quatenus sufficerent prouentus, & id est ex eo, quia clericus tales fructus uidetur facere suos, & hanc esse generalem consuetudinem attestatur Abba. in capit. reprehensibilis. de appella. in additio. num. secundo. in cap. fin. de pecul. cler. in cap. peruenit. de fideiussor. licet ipse in dictis locis fateatur se tenere contrarium, maxime in capit. cum esses. de testa. in uers. secundo principaliter in repet. & hanc opinionem ultra alios tenet Innocen. & d. Anto. in d. cap.

d. capit. si. sed tamen ista distinctio nunquam placuit Abb. vt late dicimus in quæstione de potestate cler. vel, ubi ad longum per rationes quas adducit Abbas ad confutationem glof. in capit. præsent. de off. ordin. in sexto. & dixi, prout etiam dico, quod eius opinio mihi magis amplexanda uidetur, quia est magis amica, & magis favorabilis ecclesiæ: sed hodie talis simplex beneficiatus, non habens administrationem, non potest testari de fructibus talis beneficii, nisi obtento priuilegio apostolico, vel nisi de consuetudine legitime præscripta per breue sanctissimi Pij Quarti sub dat. die sexto Martij, anni 1560. directum Francisco Odescalco generali Collectori, & per aliud eiusdem Pij Quarti sub Datum Romæ die 30. Iulij dicti anni 1560. anno primo directum Mathæo Minali.

Vnde habetur ex præmissis conclusum, secundum doctrinam Abb. quod debita contracta per clericum pro sua sustentatione, vel pro necessitate, & utilitate ecclesiæ tantum, solui debent a successore, uel a Camera de illis fructibus in quibus succedit, & de perueniis in eam.

Et secundum doctrinam Hostien. Io. Andr. & eandem decisionem, nedum ita contracta, sed omnia indistincte debent solui, de illis tamen fructibus, quos clericus facit suos, puta de illis, quando clericus non habet administrationem, sed est personaliter, & simpliciter beneficiatus, & ratio istius distinctionis Rotæ potest esse, quod cum clericus istos fructus faciat suos, succedendo Camera in illis, prout succedit ab intestato d. glof. in cap. præsent. de off. ordin. in sexto. efficitur hæres, & uti hæres clerici, merito ad illius debita soluenda, pro eo quod de illis ad cameram peruenerit tenetur, & obligata esse debet, quia etiam hæres suus, si clericus decedit de his testatus, tenetur debita soluere, doctrina Abb. indistincte loquitur, cuius opinio uidetur magis de iure subsistere, & magis amica ecclesiæ, & Camera, quia distinctio ista, quod clericus de beneficijs non habentibus administrationem, & simpliciter, & personaliter, faciat fructus suos, sibi nunquam placuit, imo illam in capit. fin. de pecul. cler. & in capitulo, cum esses. in repet. de testam. pluribus rationibus reprobauit, tamen in dictis locis, & alijs quos notauimus paulo ante, attestatur ita seruari de consuetudine generali apud omnes, & maxime in capit. reprehensibilis. de appellat. ubi dicit, quod veritas quæstionis de soluendis debitis, dependet ab illa, nunquid clerici faciunt fructus beneficii suos, & pro hac pro conclusione faciunt ea quæ habentur, per Socin. conf. 13. prima parte. num. 39. ubi dicit, quod si debita fuerunt contracta pro necessitate, aut utilitate ecclesiæ, prædictarum dignitatum,

præceptoriarum, seu commendatariorum, dignitas, & ecclesia esset obligata, secundum ea quæ tradunt in capit. primo. de depositio. nec est obligatus aliquo iure hæres ipsius beneficiati, etiam, si fuisset prælatus secularis, siue esset hæres ex testamento, vel ab intestato, ut traditur in d. cap. primo. imo, si prælatus, vel rector secularis exposuisset de proprio patrimonio pro utilitate, aut necessitate ecclesiæ, seu dignitatis suus hæres qui succedet ex testamento, vel ab intestato repereret, & potest ipse rector, quas fecit pro necessitate, aut utilitate ecclesiæ de suo expensas, in alium testari, tex. & ibi Abb. in capit. cum pro causa. de procurat. Facit tex. cum glos. 12. quæsti. 4. capit. 2. tenet Abba. in capit. fin. de pecul. cler. idem tenet in capit. de multa. de præben. facit quod not. in. §. si Vasallus. hic finitur lex. Cortadi. in vltibus Feud. tener etiam Abb. in sua disputatione late disputando, quæ incipit Sem pronius quæ est secunda, vbi vult, quod hæres prælati possit repetere omnes expensas, quas fecit pro impetratione, & provisione dignitatis 37 prælaturæ vel beneficii, etiam, si sint factæ pro litteris super provisione confectis, vel propter aliam similem causam, ad quod etiam faciunt notata per glos. & docto. in capit. fin. de electio. lib. 6. facit, quia expensæ factæ in negotio electionis indistincte debent, & possunt per capitulum recipi de bonis prælaturæ, etiam si fecerit illas de proprijs bonis, poterit eas repetere a successore, siue fuerint pro electione fienda, puta pro conuocandis canonicis absentibus, vel pro notario, scribente processum electionis, vel pro consulendo iuris peritis, & similes, pro obtinenda confirmatione electionis, iam factæ, vel pro habendo consensu electi absentis, & similes, per compostel. in d. capitulo ut præteritæ. quem sequitur Archidi. capitulo. fin. 64. disti. ne officium capituli in eligendo, habeat sibi esse damnosum. capitulo. cum expedita. de electio. lib. 6. capitulo. cum pro causa de procur. capitulo. cum sit Romana. de simonia. capi. cum ex offic. de præscriptio: ut per Ioan. Franciscum Pavin in tracta. de off. & pot. capit. sede vacan. quæst. 8. secundæ partis ad si. cuius verba refero infra, & illud quod mutuatur pro prosecutione electionis factæ de prælato, absque aliqua probatione præsumitur versum in utilitatem ecclesiæ Albe. in authen. hoc ius. C. de sacrosan. ecclesi. sequitur Bald. consi. 298. primo volum. versi. alij dicunt vbi tenet, quod expensum in promotione Prælati, vel in causis prælaturæ, potest solui de fructibus ecclesiæ, glosa. ad capell. tolosan. decis. 497. Si vero debita fuissent contracta per prælatum, vel rectorem absque necessitate, vel utilitate ecclesiæ, non est dubium, quod ecclesia, vel dignitas ad expensas restituendas non tenetur, per not. in d. capitulo. primo. de deposit. & in authen. hoc ius porrectam. C. de sac.

fac. san. eccles. canonizata 12. quæst. 2. hoc ius porrectum. quia successor & seu camera, non sunt nec habentur loco vniuersalis hæredis clerici qui succedit in vniuersum ius defuncti, & in omnibus bonis illius, quia imo bonis proprijs succedunt agnati. Iac. de Beluis. in authen. ut nulli iud. §. & hoc. per ea, quæ habentur in capit. cum in officijs. de testa. capit. 1. de succel. abintesta. quia successor in beneficio, & seu Camera Apostolica tenetur tantum ad debita pro utilitate & necessitate contracta capitulo. primo & secundo. de solutio. hæres vero tenetur ad debita quæcunquæ defuncti regulariter. l. fin. §. & si potestate C. de iur. delib. Alex. consi. 160. lib. 6. Rota in no. 32. de rebus eccles. non alien. incip. si prælatus. ideo est quod iudex eueniens casu bene animaduertat ad qualitatem debiti contracti, & cuius contemplatione, vel intuitu sit contractum, quia si ratione patrimonij sit contractum, non erit iustum, quod soluiatur a Camera de fructibus beneficiorum, & si sit taliter contractum, quod veniat solvendum de acquisitis ab ecclesia, relictis per defunctum, quæ defunctus fecerat, vel facere poterat suat erit etiam considerandum meo iudicio quantum de huiusmodi peruenit ad hæredes, & quantum ad Cameram, & pro rata successionis erit meo iudicio solvendum, quia bene est æquum, quod qui commodum habet, sentiat etiam de incommodo pro rata commodi, & succedens in hæreditate soluat debita pro portione hæreditaria. l. prima & ibi. Bar. C. si cert. pet. per not. in. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio. quia expensæ funeris, & funeralia pertinent ad hæredes bonorum, non ad successores in beneficijs, nec ad Cameram, ita consuluit Dec. in consi. 157. verum tradit Abba. in capitulo. ut præteritæ col. pen. vers. & ex prædictis de electio. quod expensæ concernentes solatium, 38 vel remedium animæ defuncti, debent fieri ex bonis prælaturæ, & sic ex spolijs, quantumcunque prælatus defunctus habuerit proprium, expensæ vero quæ fiunt ad consolationem, & pompam viuorum, ut magnus apparatus funerum in vestibus, & alijs similibus, non sunt soluendæ a Camera, nec ex bonis Prælaturæ, sed solui debent ab hæredibus, & de istis intelligit Decius, Ita Petr. Rebuff. in suo enchiridion. iud. ecclesi. not. 159. quia licet alias sponsa teneatur ad funeris impensas, quando instituitur hæres, vel quando est diues, ex quo afficeretur iniuria, si sponsus insepultus remaneret, & pater est impotens. l. census & .l. quod si nulla: de relig. & sump. fun. tamen ecclesia, & hodie Camera, non tenetur ad impensam funeris rectoris, quæ sit ad solatium viuorum: puta ad longam pompam, & vestes lugubres, licet teneatur ad illam, quæ sit solatio animæ, puta pro candelis, & aliquibus venientibus ad illud funus. ita Abba. in

disputatione quæ incip. Sempronius clericus. in primo dubio. refert Benedictus Canophilus in expositione constitutionis Paulinæ, secundo tracta. tit. de sepulturis. est decisio Antonij Capiti in terminis nostris facta 34. quam vide pro præfenti materia, an videlicet cultra serica, sepulchrum marmoreum, vestes lugubres, & aliæ impensæ funerales debeantur de spolijs, an vero de hæreditate, vbi concludit, quod Camera, & ecclesia tenetur tantum ad impensas, quæ tendunt ad remedium animæ defuncti, veluti sunt impensæ, quæ fiunt circa clericos confluentes ad officium sepulturæ, in quibus, inquit, tenetur ecclesia, etiam si defunctus alium hæredem habeat in patrimonialibus, non ad impensas, quæ tendunt ad viuorum solatia, veluti est apparatus funeris, constructio sepulture, preciosa exequiarum pompa, quod multi induantur vestibus luctuosis. allegat pari modo Abb. d. disputatione. Item per Ioan. Franciscum Papinum in suo tractat. de officio & pot. capit. Sede Vacan. quæstione. 8. secundæ partis ad fin. ibi similiter, & expensæ, quæ fiunt pro exequijs prælati defuncti, debent fieri de bonis prælaturæ, secundum Cardin. Floren. qui ita pluries consuluit per tex. in capit. bonæ. el. secundo de electio. Calderin. cons. primo. & secundo. de solut. Abb. in disputatione Sempronius. in expensis concernentibus solatium seu remedium animæ defuncti. arg. capit. ad apostolicæ. de donatio. capit. bonæ rei. 12. quæst. 2. capitulo vbi periculum. de electio. lib. 6. secus in expensis concernentibus pompam viuorum, & magnus apparatus vestium, & similia, arg. 13. quæstione secunda. animæ defunctorum &c. & dicit Bertachinus in tracta. de episcopis. quarta parte. quinquagesimo quarto quæro. vers. vltimo. quod prælatus successor tenetur ad funeralia sui prædecessoris, quia ecclesia arctatur ad id onus, cum ex bonis ecclesiæ, sit alendus prælatus. 12. q. prima. illi autem qui. 16. quæst. 1. quoniam quicquid. 1. quæst. 2. clericis. Item debet de eisdem curari infirmus. capit. 1. & cap. de rectoribus. de cleri. ægrot. facit l. verbo victus de verb. signi. & quod nor. in l. alimenta. C. de neg. gest. item, & debet sepeliri prælatus, vel rector sumptibus ecclesiæ, etiam si velit episcopus, vel prælatus ipse pro hoc largiri centesimam bonorum ecclesiæ. 12. quæstione secunda. bonæ rei. de donatio. capit. apostolicæ quod intellige scilicet in vita, quia id non potest in testamento disponere pro magnifico sepulchro secundum Ioan. & doct. in d. capit. apostolicæ. & intellige sepeliri debere sumptibus mensæ suæ etiam separatis a mensa capituli secundum Petrum de Perusio in tracta. canon. parochi. capitulo. 8. vbi plene, vide quid de Papa, quid de Cardinali, quid de Abbate, quid de alijs clericis, cuius sumptibus, sint sepeliendi, & idem habetur per dominum Bartol. Cæpol.

Cæpol. in cons. suo 51, incip. in Christi nomine. vers. circa secundum. & debita, quæ fuerint contracta aut contrahentur, sede vacante, vel per successorem, pro oneribus ecclesiæ, circa diuinum cultum, fabricam, hospitalitatem, vel similia necessaria supportanda, credo quod debent solui de prouentibus sedis vacantis: qui si nulli sint, vel non extent, puta quia Camera collegerit spolia, & fructus futuri temporis, credo quod Camera, vel spolia tenebuntur, pro ea rata fructuum, qui in spolia, & in cameram peruenerunt, vt si collegerint collectores fructus, aut redditus tantos, qui sint fructus trium mensium, ad ratam fructuum vnius integri anni, spolia, & camera ad onera trium mensium supportanda teneantur, vt singuli fructus singula onera sua pro rata aqua lance supportent per tex. qui dicit in terminis cap. præfenti. §. porro. de off. ordin. in sexto. ibi & his, quæ fuerint necessaria pro seruitoribus, ministris, ac incumbentibus oneribus vsque ad novos redditus, &c. quia si integri anni fructus, integra onera totius anni supportant, successor non debet teneri ad onera: nisi pro rata fructuum per se, non per cameram perceptorum: ita videtur intelligere Did. Couuar. variar. resolut. cap. 15. vers. prius tamen. in fine.

Ad obiecta deuenio, & dico, quod licet per supradicta videantur contraria satis concordata, volo nihilominus hic subiungere quæ occurrunt particulariter, & specialius respondere.

Et primo ad illud in cap. peruenit. de fideiussor. quod mandantur solui debita clerici de redditibus beneficiorum, & quod fructus beneficiorum obligari possunt in causam iudicati, est intelligendum de illis fructibus, quos clericus facit suos, vt per Hostien. Ioann. And. ibi, secus est de fructibus qui sunt conuertendi in vtilitatem ecclesiæ, id quod non placet Abbati: & propterea dicit id procedere, quia communis opinio inualuit, quod hodie clerici appropriant sibi omnes fructus, & redditus ecclesiæ, quia de rigore iuris, inspecto statu beneficiorum, & deputatione, & si clerici facerent quod deberent, non extenderent manus ad redditus beneficiorum, vel secundum eum, ille text. deberet intelligi de redditibus proprijs patrimonialibus, vt exponit glos. in similibus terminis in cap. de multa. de præbend. in vers. de tuis prouentibus, vel fuit, inquit, specialis prouisio Papæ per rationem, de qua ibi, &c.

Ad illud, quod dicitur clericus litigans condemnatus, soluet expensas de redditibus beneficij, quos facit suos, secundum Hostien. dicit Abb. ibi, quod illa opinio attentata consuetudine generali, secundum quam clericus personaliter beneficiatus facit fructus suos; iuxta distinctionem glos. in cap. præfenti. de off. ordin. in vj. posset admitti, dummodo cle-

do, clerici non mendicarent, id est, quod solutis debitis, tantum remaneret clerico, quod viuetet, quia hoc redundaret in opprobrium ecclesie.

Illud quod dicit d. Anto. in capit. olim de restit. spolia, quod praelatus debitum personale potest soluere de fructibus ecclesie, intelligitur procedere, per illud quod diximus supra, quod appropriant sibi clerici omnes redditus, quod facere non debent.

Nec obstat illud, quod dicitur in cap. presentium. de off. ordin. quod relicta per defunctum, referuntur futuro successori solutis debitis, quia intelligitur de debitis, pro quibus ecclesia remanet obligata, non de alijs debitis, puta quæ causa necessitatis, vel utilitatis ecclesie essent contracta, vt per glos. ibidem.

Nec obstat, quod clericus, qui damnum ecclesie ob negligentiam, aut prauam administrationem intulit, soluet debitum ecclesie, quia illud procedit in casibus enumeratis, in quibus expresse a iure est obligatus ad resarciendum damnum illatum ecclesie: quia si debita habent solui de acquisitis ab ecclesia alijs personis, debent etiam solui ecclesie, quia a gr̄is ecclesie sitientibus, alij rigandi non sunt.

Nec valet dicere, quod si non soluerent clerici de redditibus ecclesie, quod fraudarentur creditores, vel quod clerici essent, veluti Iudæi inter Christianos, qui non inuenirent, qui eis crederet, quia dico primo, quia creditores sibi habent imputare, cum debeant non ignorare conditionem contrahentis.

Item clerici debent habere pro suo victu sufficientem ecclesiam, alias episcopus eis providere tenetur cap. cum secundum de præben. tex. & glo. in cap. si quis ordinauerit. de simonia. in ver. per triennium, & sibi imputet clericus, si minus sufficientem ecclesiam acceptauit, per Abb. in cap. ex presentium. de pignor. vers. sed aduerte quod lo. Andr. unde merito non haberent contrahere debita, & si contrahunt videtur clericus habere priuilegium, quod non potest conueniri, ultra quam facere potest, dicit Abb. in cap. cum esses. in repetit. vers. quarto principaliter. in vers. nec obstat si diceretur: quod ad minus: quæ omnia debent esse non incognita contrahentibus.

Et illud Specul. quod prius clericus soluet debita de suo, si habet, deinde de redditibus ecclesie: intelligi debet de illis redditibus ecclesie quos facit suos, & de illis etiam sibi tantum retinebit, ne mendicet vt dixi supra per Abb. id quod pari modo dici potest ad illud, quod clerico conuenit soluere debita de stipendijs in subsidium, sicut militi, ex quo clericus, & miles æquiparantur.

Ad quod dicitur: quod potest fieri alienatio rerum ecclesie in satisfactionem credi-

creditorum, intelligi in casibus, modis, & formis a iure expressis, & non aliter.

Et quod clerici sint domini fructuum, intellige ad bene & canonicè dispensandum, non autem ad illos in malum, vel alium usum, quàm sit a iure statutum, conuertendum, quia clericus non vitur rebus, & fructibus ecclesie, tanquam suis, sed tanquam ad dispensandum sibi creditis, per ea quæ tradit Abb. in cap. cum esses. in repet. de testa. vers. secundo principaliter Zabarell. in cap. fin. de pecul. cler.

Quod vero clericus possit donare, & eleemosinam facere &c. intelligitur in casibus, & pro causis a iure expressis & permissis vt in iuribus allegat.

Et ad doctrinam Abb. in capit. quod quibusdam. de fideiussor. responde quod Abb. loquitur ibi, & intelligit de contractu facto nomine ecclesie, & pro ecclesia, non autem quod illud esset debitum spectans ad praelatum particulariter, vnde nimirum si potest illud praelatus soluere de redditibus ecclesie, quos libere administrat canonicè dispensando.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quod non mutatur stare non prohibetur.
- 2 Figura iudicij, & verum iudicium, quid sit.
- 3 Quid sit, quasi figura iudicij.
- 4 Substantialia iudicij.
- 5 Cizatio est de substantia circa absentem.
- 6 Substantialibus iudicij non potest renunciari.
- 7 In spolijs fuit datus certus modus procedendi.
- 8 In causis spoliatorum, quomodo procedatur.
- 9 In causis spoliatorum verbum summarie reijcit solemnitates.
- 10 Clausula summarie in causis magni præiudicij admittit probationes plene, in causis non magni præiudicij semiplena.
- 11 Item importat, quod libellus substatinetur etiam sine die, & sine loco.
- 12 Item quod tolluntur dilationes.
- 13 Item facit agentem ex vna causa, obtinere ex alia.
- 14 Item, quod possit peti debitum naturaliter.
- 15 Item, quod debetur ex nudo pacto.
- Item, quod credatur vni testi cum fama.
- 16 Clausula simpliciter remouet omnes subtilitates.
- Difficultates.
- Duplicitates, ambiguitates &c.

- 17 *Clausula de plano importat, quod potest procedi sine processu.
Et sine causæ cognitione.
Item sine libello in causis modicis.
In causis vilibus proceditur sine libello.
Sufficit, quod petitio describatur apud acta.*
- 18 *Libello, euidenter inepto, non est respondendum.*
- 19 *Iudex potest procedere in domo.
Item reiectis exceptionibus, appellationibus, dilatorijs per verbum sine strepitu.
Quod importat, quod possunt postponi feriæ non in honorem Dei.*
- 20 *Quid sit strepitus iudicij.*
- 21 *Vide quid importet clausula, sine figura iudicij.*
- 22 *Importat, quod iudex pronunciat, incognita veritate per indaginem.
Non citatur pars ad videndum iurare testes.
Admittitur libellus generalis.
Admittitur libellus sine solemnitate.
Pars potest incipere ab articulis.
Probatis articulis potest causa terminari.*
- 23 *Clausula inspecta veritate importat.
Quod proceditur sine apicibus iuris.
Causa in quo valet probatio persuasiva etiam non concludens.
Aequipollet clausula secundum meram voluntatem.
Item facit, quod seruatur lex fori, non lex poli.*
- 24 *In causis spoliatorum potest procedi etiam criminaliter.*
- 25 *In causis appellationis spoliatorum proceditur, prout in prima instantia.
Thesaurarius est collector generalis spoliatorum.*
- 26 *Causæ spoliatorum non possunt cognosci ab alio: quam a Thesaurario regulariter.*
- 27 *Causa appellationis est vna cum principali.*
- 28 *Est vtendum contra impetransem iure, quod impetrauit.*
- 29 *Legitima semper admittitur exceptio: licet Papa mandet aliquid precise fieri.*
- 30 *Illam formam nunquam debet omitti, sine qua negotium non potest expediri.*
- 31 *Quid importet clausula, vocatis vocandis.*
- 32 *In causis spoliatorum admittitur appellatio facta deposito.*
- 33 *Item proceditur appellatione postposita, friuola tamen.*
- 34 *Quid importat clausula, appellatione remota.*

De

Q V Æ S T I O X I.



V I T I, etiam aduocati, in foro causarum huiusmodi Cameralium non versati hæsitare, dubitare, ea petere solent, quomodo, ac per quos terminos in causis spoliatorum procedi habeat, vnde ad tollendum illis hæsitacionem, & dubietatem, ac ad satisfaciendum illorum petitioni, ac desiderio, necessarium esse existimaui aliqua dicere de modo in causis huiusmodi procedendi, ratus et meo iudicio non esse bonum, nec integre satisfactionem patronis causarum huiusmodi me afferre, si posito quid sint spolia, quomodo discernantur, cognoscantur, & indicantur non poneretur et modus, quo pro patrocinio causarum, auxilio suorum clientulorum & veritatis assisti possit, & procedi, tam per aduocatum Cameræ, quam per alium.

Et quia in causis istis posset dici, quod specialis modus procedendi non sit traditus, vel alius, vel diuersus a reliquis causis ordinarijs, videtur dicendum meo iudicio primo loco, quod in causis spoliatorum procedi habeat per eosdem modos ac terminos, per quos regulariter, & ordinarie procedi solet in omnibus causis: & ijdem processus fieri & formari qui fieri & formari solent in causis ordinarijs, quia quod regulariter est traditum, regulariter, & semper seruari debet, & in omnibus, & quod non est immutatum stare semper non prohibetur vbique, & in omnibus. l. præcipimus. C. de appellat.

Vnde in hoc iudicio illa habent interuenire, & esse, quæ regulariter esse, & interuenire solent, & debent in iudicijs ordinarijs aliarum causarum, vt videlicet in causis huiusmodi sit vera, & solita figura iudicij, & iudicium verum, quod est actus trium personarum, iudicis videlicet, actoris, & rei, instit. de interdi. §. retinendæ: & l. in tribus. ff. de iudic. in l. inter litigantes. & ibi Bar. eo tit. cuius forma, & figura consistit in his principaliter, & altero istorum deficiente, non dicitur figura, sed quasi figura. Item habent interuenire alia substantialia iudicij, & veluti sunt citatio, libelli oblatio, litis contestatio, iuramentum de calumnia, & quod sententia feratur in scriptis, congruo loco, & tempore seruatis solemnitatibus debitis, quamuis citatio sit tantum de substantia circa absentem. 3. quæst. 8. caueant: non contra præsentem per notar. per Inno. in cap. si. de elect. per Bart. in l. prolata. C. de sent. per Bal. in authen. si omnes. C. si vt ab hære: & alias vt late

late per Abb. in capit. cum. l. & A. extra. de sent. & re iud. col. 3. & substantialia ista appellantur, quia sine istis iudicium esse non potest & l. precia. ff. de contrahen. emptio. & §. precium. instit. de emptio. & uend. & huiusmodi solemnitates iudiciorum, adeo uidentur necessariae, quod non possunt per partes relaxari, nec illis modo aliquo potest per consensum renunciari per ea quae dicit Bar. in l. quoties. uers. ultimo nota. C. de priuileg. (scholarium. lib. 12. cap. de causis. de off. deleg. Bar. in l. j. §. j. in uers. quid de alijs solemnitatibus. ff. de ferijs. Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. 3. col. in fin. uer. dices tui istud falsum. ff. pro socio. quod est uerum, quando litigatur coram iudice, secus si coram arbitro, ut per eundem ibidem, & eundem in authen. offeratur. in fine capit. de litis contesta.

Verum rem aliter sese habere puto: quia in causis spoliatorum non uenit aliquo modo seruanda figura iudicij ordinarij, tam circa solemnitates, quam circa substantialia, quia quomodo in talibus procedi habeat, & qui processus fieri, & quae iudicij forma, vel figura seruari debeat, fuit expresse per Sanctissimorum Pontificum constitutiones in materia spoliatorum aeditas statutum, & specialiter ordinatum, & praesertim per litteras Pij Quarti in forma breuis sub annulo piscatoris expeditas

7 Matthæo Minali Collectori spoliatorum generali Thesaurario directas, sub Dat. Romæ xxx. Iulij 1560. Anno sui pontificatus primo. In quibus datur expressa, & specifica forma in talibus causis procedendi. Mandat enim ibi Papa procedi summarie, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti ueritate inspecta &c.

Per quae uerba, nedum uidetur datus modus procedendi alius, & diuersis ab alijs causis ordinarijs, sed & ordo iudiciarius, qui in causis ordinarijs seruatur, penitus in causis spoliatorum remotus, & sublatus uidetur: istud. n. uidentur importare istae clausulae, & istud illa uerba significare, Quia nullae solemnitates seruari debent in causis spoliatorum: ita. n. importat uerbum summarie, per ea quae dicit Bar. in l. iudicis. secunda oppo. C. de iudic. interpretatur enim summarie. i. remotis solemnitatibus. sed tamen, si causa sit magni prauiudicij, non excludit ista clausula, quin recipi, ac fieri non debeant plenae probationes: si uero sit causa non magni prauiudicij semiplenae sufficiunt, ut ibi per eum.

Id quod intantum uidetur uerum, quod si in libello sit omissus dies, vel locus, nihilominus uirtute talis clausulae substatetur, & sufficit: vel agatur in causa ciuilitate, vel criminaliter, quia etiam in causis spoliatorum potest agi criminaliter, per extrauagantem Pij Quarti desuper aeditam, uel melius per breue S. Sanctitatis directum Matthæo Minali The-

li Thesaurario die 20. Aprilis. 1561. per ea, quae tradit Alex. in suo

12 conf. 6. in. 3. vol. & tolluntur dilationes per Bart. in extrauag. ad reprimendum. uers. summarie, per Alex. in l. in summa de condit. in debit. & seruantur, uel seruari habent tantummodo termini, de quibus in cleme. sepe. de uerb. sign. uigore istius clausulae, per dominos de Rota decis. 35. incipien. quando committatur. in nouis, qui etiam abbreviari possunt, ut per eosdem dominos decis. quae incip. quando causa. num. 488. quia dicit Bal. quod clausula, si uerbum summarie, importat idem, & est eisdem qualitatis, & naturae, cuius est clausula secundum equitatem, uel de equitate, per ea, quae idem Bal. in l. obseruari. §. proficisci. ff. de off. pro consul. quae clausula importat, quod intelliguntur reiectae subtilitates, & solemnitates iuris, quae ueritatem negocij non tangunt, ut per Bal. in l. si pro ea uerba. col. uers. unde facit ad questio. C. mandat. Bar. in l. si fideiussor. §. quaedam. ff. eo. Bar. in l. quintus. ff. mandati. quae etiam operatur, quia facit agentem ex una causa, obtinere ex alia, ut per Alex. l. si ita. §. Chrisogonus. 9. col. uers. sequitur. de uerb. obligat. per Felin. in capitulo. si cautio. de fid. instru. per Fran. de Aret. d. §. Grisogonus. 7. col. per Butr. conf. uiso dicto puncto.

Item operatur, quod potest peti illud, quod est debitum naturaliter, ut per

14 Bal. d. l. si pro ea. C. mand.

Item illud, quod solo pacto nudo debetur, ut per eundem Bal. in l. nemo

51 in fi. C. de sent. item etiam operatur, quod creditur uni testi cum fama, sicut in arbitrio, qui credit testi reddendi rationem uerisimilem, licet non concludentem, ut per Aretin. conf. 60. sed hoc intellige, si sit aequitas legibus approbata, ut per Bal. d. l. nemo. quia alias secus. item in causis spoliatorum debent reijci, & remoueri omnes rigorosae subtilitates, difficultates, duplicitates, ambiguitates, obscuritates, scrupulositates, dolosae machinationes, rigor ordinarij iudicij, & de aequitate procedi,

16 Ita enim importare dicitur clausula, uel uerbum, simpliciter, ut per Bar. in extrauag. ad reprimen. in uers. summarie. in fi. exponit enim ibi simpliciter. j. sine rigorosa subtilitate, cap. dilectus extra. de iud. reiectis difficultatibus, dupl. citatibus, ambiguitatibus, obscuritatibus, & dolosis machinationibus sequitur Angel. in l. prima. §. si quis. de uerb. sig. ubi allegat d. Anto. d. cap. dilectus.

Et propter clausulam de plano, potest procedi in causis spoliatorum sine

17 processu, & causae cognitione, per ea, quae dicit glos. & Bart. in l. ne quicquam uers. de plano. ff. de offi. pro consul. Item sine libello, si causa sit parua, quia in modicis & uilibus causis, ubi scriptura non requiritur, non requiritur libelli oblatio. per glos. in capitulo. primo delibelli

belli oblat. vers. libelli, quia non est necessarius libellus per Bar. d. loco, sed sufficit, quod petiit describatur apud acta, quod etiam fieri debet propter iudicem, ut pronuntiationem petitioni conformet, & propter actorem, ne frustra fatigetur, & ut videat super quo articulos, & positiones formet, & ut sibi ex alia causa agentis non obstat exceptio rei iudicatae. Item expedit reo, ut possit suas defensiones formare, ita ut rex ineptitudine absoluitur ab instantia, & absolutus in principali non possit iterum conueniri. Credo tamen, quod sit intelligendum de ineptitudine euidenti: propter quam libello non est aliquo modo respondendum, nec super eos lis contestanda, & de qua Rota decis. 35. in nouis: in additio. incip. si quis in causa. quia libellus alia ineptitudine conceptus substinetur, & valet. Item ista clausula operatur, quod si quis agit inepte, proposita actione obtinere potest, ut per Alex. in l. vinum. ff. si cer. per. & in l. si filio. ff. de lib. & posthu. nec in libello requiritur locus, neque etiam dies, si criminaliter agatur, aut procedatur. per Alex. conf. 6. 3. vol. per Aretin. consil. 61. col. final. potest procedi feriis in fauorem, & utilitatem hominum, non in honorem Dei, vel Sanctorum iudicis non obstantibus. Item iudex potest procedere in domo, de plano, non pro tribunali sedendo per glos. d. Clem. saepe. in vers. feriarum. abbreviat dilationes, & excludit exceptiones, quae requirunt altiore indaginem. per glos. d. Clem. saepe. & per laco. Butr. in l. si certo. §. custodiam. ff. commoda. & hic sufficit vna citatio, alias trina requireretur. glos. in d. Clem. in vers. citationem. nec requiritur aliqua litis contestatio, quam tollit ista clausula de plano, quia dicit glos. in l. pro eadem. la. 2. ff. ad l. Aquil. quod iudicium debet solemniter incipere per litis contestationem, & finire per sententiam in omnibus causis, nisi quando proceditur de plano. Item proceditur in istis causis reiectis exceptionibus, & appellationibus dilatorijs, quae frustratorie, & ad differendum iudicij processum malitiose opponuntur, quia istud importat verbum, sine strepitu, in constitutionibus positum, talia enim per quendam conuocum clamorem, & tumultum solent examen obstrepere, & veritati habendae obstaculum praebere, unde dicitur: quod cultum suum iustitia perdit, quando silentia iudicij obstrepentium turba perfundit, §. quaest. 4. in loco. refert glos. in alleg. Clem. saepe. in vers. exceptiones. quia inquit Innoc. in capit. olim, de accusa. quod exceptio excommunicationis contra impetrandem inquisitionem, vel ob aliam causam oppositam, propter quam repelleretur a prosecutione inquisitionis, quod non admittitur, quia nihilominus habet procedi ad testium receptionem, & ad

& ad sententiandum, & potest iudex refrenare testium multitudinem, & reprobationem, etiam in omnibus alijs, tam partium, quam aduocatorum probationes, exceptiones, & allegationes compescere. Item postponere ferias indictas, non in honorem Dei, etiam partibus reclamantibus, vel contradicentibus vigore talis clausulae. Item sententiam ferre etiam sine scriptis, & sine libello, quia secundum quosdam appellatur strepitus iudicij, ille totus processus, qui non pertinet ad rem petitam, nec principaliter, nec accessorie, & alias, ut ibi per eum. Subdens ibidem, quod si adsit clausula, sine figura iudicij, in rescripto commissionis causae, prout est in materia nostra, quod nullus tunc ordo iudicarius requiritur seruari, nec per indaginem cognita ueritate pronuntiabit, sed mandata sibi iniuncta iudex executioni mandabit, ueluti exemplum dat, si Papa mandat alicui, quod de plano, sine strepitu & figura iudicij, si ei constiterit ecclesiam tanto tempore uacasse, quod eius collatio sit ad sedem apostolicam deuoluta, tandem ecclesiam N. clerico conferat, amoto quocunque illicito detentore, quia tunc non citabuntur aliqui, non fiet litis contestatio, non iurabitur de veritate dicenda, testes tamen recipientur, nec citabitur aliquis ad iurare uidentum, nec admittetur aliquis ad dicendum contra testes, vel eorum dicta, nec fiet aliqua publicatio: sed si ex dictis testium constiterit de praemissis, nulla interiectione sententiae, ecclesiam conferet, detentorem amouendo, & si de falsitate litterarum, aut alias excipiat, quod iudicem moueat, non cognoscat de hoc iudex, sed sicut merus exequutor superfedebit, & ipsas exceptiones ad sedem apostolicam deferet. capit. de cetero. de re iud. Item cum tali clausula potest admitti libellus generalis, qui alias parte opponente non esset admittendus, ut per Alex. conf. 186. secunda parte, & per Bart. in extrau. ad reprimendū. vers. figura. idem Alex. conf. 31. prima parte. Item libellus sufficit in tali iudicio, licet careat solemnitatibus regulariter requisitis per Alex. in l. si ita. §. Chryfogonus 8. col. d. verb. oblig.

Item potest pars incipere ab articulis, quibus probatis potest causa terminari per Ioann. Monachum in cap. si. de haeret. quia cum per istam clausulam sit sublata figura iudicij, iudex non videtur astrictus ad aliquas formas, rimulas, vel figuras iudiciorum, unde merito dici potest, quod collector, uel iudex in causis spoliatorum, talicum clausula, iurisdictionem habens, non teneatur seruare formam iudicij, Unde nimirum, si etiam tribus solitis personis non interuenientibus, adest actore, iudice, & reo, causas expedit, quod facere uidetur uirtute dicte clausulae, sine figura iudicij, quia cum figura iudicij dicatur, quando

quando contradictor comparet, & sic tres personæ sunt in iudicio, scilicet iudex, actor, & reus, per Bal. Alex. & Doct. in .l. prima. C. qui admitti, & ibi Salic. Bal. in .l. ne quisquam uer. de plano. de off. proconsol. & Ioann. And. in nouella. in cap. de indemnitate de electio. in 6. potest iudicium, & causas terminare, etiam non interueniente actore, etiam non interueniente reo, &c. non tollit tamen ista clausula defensiones, & probationes, per Dominos de Rota decis. 33. in nouis per Bald. in .l. nemo. C. de senten. & in .l. iustitia de iust. & iur. & in cap. fin. de not. for. fidelit.

Et per clausulam inspecta veritate, maxime quia, non est de per se potest sita, sed adiuncta clausula siue figura proceditur in causis spoliatorum: siue apicibus iuris, qui non habentur in consideratione, immo per talem clausulam tollitur etiam iurisordo, dicit Aret. conf. 84. col. 3. immo licet probatio sit persuasiva, & non concludens, tamen in iudicio ubi est talis clausula valet, & tenet, ut per eundem conf. 61. immo potest iudex cum tali clausula procedere, ut uult, quia æquipollet clausula secundum meram uoluntatem, ut per Imol. in capit. dilecti. de iudic. Lanfran. in saepe allegata clem. saepe, facit agentem ex una causa, & probantem ex alia obtinere, per Felin. in capit. si cautio. de fid. instrum. Item facit, quod in contingentia casus non seruatur lex poli, sed lex fori.

Insuper ultra prædicta in causis spoliatorum potest etiam agi criminaliter contra occupatores usurpatores illorum uigore litterarum Sanctissimi Pij iij. in forma breuis sub annulo piscatoris Marthæo Minali generali spoliatorum collectori sub die xx. Aprilis 1561. expeditarum pro faciliiori spoliatorum recuperatione, & recollectione æditarum, quarum tenor in calce præsentis laboris describitur, & Paulus quartus in breui deputationis Hieronymi episcopi Torcellani, dat quod possit cogere quoscunque ad coram se comparandum ad sese exanimi subiendum, expedita sub die viij. Feb. 1576. Per que habes meo iudicio, quod causæ spoliatorum omittis solemnitatibus, & paucis etiam seruatis substantialibus iudiciarijs, non tamen illis omittis, sine quibus non potest negotium expediri, sed illis tantum prætermittis, per que possit expeditio negotij prorogari, uel impediri, & quali, quali petitione, articulis, uel partis intentione probatis in statuto partibus termino, parte citata, uel præsentem non citata, expediuntur in prima instantia.

In causis uero appellationum in hac materia proceditur pari modo sine figura iudicij, & cum præallegatis clausulis, & modis in rescripto primæ instantiæ contentis per iudicem: qui de appellatione cognoscit

scit, qui est regulariter collector generalis, qui est in Romana Curia pro tempore Reuerend. Thesaurarius generalis, cui causæ omnes spoliatorum facta auocatione, a quibuscunque iudicibus in Italia committuntur, cum expresso decreto, quod causæ spoliatorum non possint ab alio iudice cognosci, uel terminari: nisi sint specialiter a Papa commissa, commissione Sanctissimi manu signata, ut per bullas Iulij iij. Sub Datum Romæ die. x. Ianuarij 1553. & Pauli iij. datum die 21. Octobris 1557. anno iij. quæ sunt in calce præsentis laboris descriptæ, ad quem a grauaminibus commissariorum, uel subcollectorum appellatur in locis uel terris ecclesiæ, quia in regno Neapolis, ubi est collector generalis specialiter deputatus, appellatur a subcollectoribus ad collectorem regulariter, prout ego seruari uidi, sed ego consulem ad tollendas dubietates, quod appellaretur ad Sanctissimum Papam, uel Sedem apostolicam, uel ad cameram apostolicam, a quibus ego possem ualide obtinere, uel causam committi per rescriptum uel per decretum, uel Reuerend. Thesaurario uel alteri: quia non uidi breue aliquod collectoris in regno Neapolis cum tali facultate, & in causis appellationum proceditur pari modo sine figura iudicij, & cum clausulis primæ instantiæ, nisi ex forma litterarum appellationis aliter appareat. quia causa appellationis est una cum principali, & quasi unus articulus, ut. C. ne in una eademque causa tertio prouocetur. & est utendum contra impetrandem iure, quod impetravit .l. si quis. ff. quod quisque iur. ut per Innocen. d. capit. cum olim. de accusa. ubi dicit, quod si iudex cum clausula sine strepitu, & figura iudicij deputatus, ecclesiam conferendo uoluerit illicitum detentorem amouere, prout illi ex forma commissionis iniungitur, & ob hoc appellari contingat, quod iudex appellationis parimodo, sine figura iudicij de appellatione cognoscat, quia causa appellationis est una cum principali, & quasi unus articulus, & ibi facta quæsito, quomodo iudex appellationis, qui habet recensere acta prioris iudicij, & causæ, ut cognoscat an bene, aut male sit appellatum, cum nulla acta per iudicem primum facta inuenit, procedere debeat: respondendo dicit, quod iudex appellationis quærit a iudice, qui ita pronunciauit, quid eum ad sic procedendum monit, & testes ab eo receptos repetet & si tam ex responso iudicis, quam ex dictis testium, reperiet illum perperam processisse, reuocabit non pro tribunali sedendo, nec in scriptis, quod male fuit per primum iudicem factum.

Quia licet Papa mandet sine figura iudicij procedi, inquit idem, iurisdictionis est, testes recipere, & eos ad perhibendum testimonium

cohercere, & quod non prouide factum est in prima instantia, iurisdictionis sit, & quantuncunq; Papa mandet aliquod precise fieri semper tamen intelligitur, quod legitimæ exceptiones admittantur capit. ex parte. de off. deleg.

Et licet Papa mandet ad celerem expeditionem negotij deueniri, & procedi sine forma iudicij, non tamen intelligitur, illud de iudicij forma debere omitti, sine quo non potest negotium expediri, quia illud tantum vult Papa prætermitti, per quod potest expeditio negotij prorogari, vel impediri. Si vero litteræ appellationis sint diuersæ, & diuersam contineant formam, secundum illarum formam est procedendum, & forma seruanda sicut est, si in conclusione ipsarum litterarum, esset clausula vocata illis, qui fuerint euocandi. 8. quæst. vltima nouit. quæ clausula importat, vt iudex teneatur seruare ordinem iudicium, per ea quæ habentur per Deci. con. 173. & con. 275. quæ clausula posita in litteris Papæ operatur quod exequutor non potest subdelegare alteri. rota decif. 375. in nouis. si in forma. & decif. 385. in antiquis.

Sed a sententijs in causis spoliatorum latis non licet appellare, nec executio sententiæ differri, vel suspendi potest, nisi facto prius per condemnatos rerum, de quibus condemnati fuerint, in manibus collectoris, seu ministrorum suorum actuali deposito, quo facto videntur posse audiri in secunda instantia, & in causa appellationis, per verba breuis Sant. Pij iij. Mathæo Minali directi. sub Dat. Romæ Anno 1560. die 30. Idem sui Pont. Anno primo, cuius tenor descriptus erit in fine.

Et licet breue deputationis Illustrissimi & Reuerendissimi D. Nicolai Flicci. Episcopi Saouonen. collectoris in regno Neapolitan. deputati D. mei habeat, quod cognoscat causas, & terminet, cum clausula omni appellatione postposita, per quæ verba generaliter prolata, & per signum, seu terminum, omni, quod est vniuersale, quod omnia comprehendit, & nihil excipit per Specu. in tit. de Sind. ver. quid, si in aliquo. l. a procuratore. C. manda. possit intelligi, quod sit sublata appellatio, & quod executio per appellatorem retardari, aut impediri non possit, quia verba generaliter prolata, habent generaliter intelligi. l. de prætio. publi. in rem actio. tamen facto deposito, vidi seruari semper, quod appellanti deferretur, & appellationes in forma admittuntur: licet possit dici, quod iudex a quo, non deberet appellationem admittere, stante dicta clausula, appellatione remota, quæ operatur, quoad iudicem a quo, vt non teneatur deferre appellationi, vt per Felin. in cap. nonnulli. de rescrip. col. 25. Balia additio. ad Specul. de apel. ver. clausula, appellatione remota.

SVM-

SUMMARIUM.

- 1 Actio rei persecutoria competit ad spolia.
- 2 Dominium est causa directa actionis.
- 3 Fructus ecclesie, & inde acquisita spectant ad ecclesiam iure dominij.
- 4 Clericus subtrahendo, vel donando, non potest disponere de rebus ecclesie.
- 5 Clericus expendens fructus luxuriose, tenetur ad restitutionem.
- 6 Ecclesia in fructibus ecclesie, habet possessionem, & proprietatem.
- 7 Acquisita de bonis ecclesie, ecclesia vendicat.
Etiam si sint empta non nomine ecclesie.
- 8 Sex casus, in quibus res empta de pecunia alterius, fit illius cuius fuit pecunia.
- 9 Emptum de pecunia aliena, ementi acquiritur regulariter.
- 10 Distinctio doctorum circa occupationem bonorum Clerici defuncti.
- 11 Ecclesia, vel camera petit spolia, non vt hæres, sed vt domina.
- 12 Prælatus possidet nomine ecclesie, & vt commodatarius.
- 13 Agitur contra hæredem prælati, pro eo, quod prælatus gratiam fecit de bonis ecclesie.
- 14 Quilibet laicus potest agere pro recuperatione spoliatorum nomine Camera.
- 15 Item possessor semper est conueniendus, licet exhibeat authorem suum.
- 16 Acquisita de illicite negociatis, parimodo sunt spolia.

Quæ actio competat Camera Apostolicæ ad Spolia.

QUESTIO XII.



REMEDIUM, vel actio, quæ competat Camera ad consequenda, vel recuperanda spolia ab hæredibus clerici, vel sacerdotis defuncti, vel alijs detentoribus ciuilitate agendo, mihi videtur esse rei persecutoria, vel actio directa in rem, quæ competit ecclesie, vel successori in ecclesia, ratione directi dominij, quod habet ecclesia in fructibus ecclesie, ac in rebus, vel ex fructibus, vel occasione ecclesie acquisitis: in cuius locum hodie Camera a Papa fuit posita, & successa in spolijs: Rota decif. 855. in antiquis, per ea, quæ dicimus in. r. q. quia directum dominium est causa directæ actionis in rem. l. in rem. ff. de rei vendic. glo. in. §. nâque. instit. de actio. in. vers. directum. Quia quod fructus ecclesie, vel puentus, redditus, aut emolumenta, & ex eis proueniunt, vel inde acquisita per clericum, spectant ad ecclesiam, etiam iure dominij.

Z. 2

3 minij, videtur clarum per tex. in capit. videntes. 1 2. quæst. 1. vbi inquit tex. ratione maioris vtilitatis, agri, hereditates, prædia, & alia bona quæ antea vendebantur, matricibus ecclesijs tradita fuerunt per summos sacerdotes, & leuitas, vt de redditibus illorum, elegantibus communem vitam degenibus subministraretur.

Quorum administratio, & dispensatio spectaret in omni tempore, ad episcopos Apostolorum locarentes, est text. in capitulo episcopi. eisdem caus. & quæstione. vbi dicitur, quod quicquid de provisione fuerit, siue de agris; siue de fructibus, siue de oblationibus, quæ omnia debent conseruari ecclesiæ, & quod si episcopus aliter præsumpserit, poterit deponi.

4 Similiter habetur in text. cap. episcopus. 1 2. quæst. 2. vbi clericus, vel episcopus non potest disponere, vel subtrahendo, vel donando de rebus ecclesiæ, quia non sunt eius: sed ecclesiæ, & si alter facit, factum irritum, & inane cõsetur, quia clericus in fructibus beneficij, & ecclesiæ habet tantum vsum, & vltarius tantummodo reputatur, est glos. in capit. si de pignor. capitulo. quia nos. de testam. capitulo. si quis sane. de pecul. cler. quia debet victu, & vestitu esse contentus, quia de rebus ecclesiæ solummodo est clericorum, quantum probabili ratione consumunt glos. est in capit. res ecclesiæ 1 2. quæst. 1. & clerici tantum necessaria habere debent ab ecclesiæ, & talis necessitas arctatur ad victum, & vestitum: imo dicit Io. de lignan. in clem. gratiæ. quod si clericus ultra debitum expendit aliquid, luxuriose viuendo de rebus ecclesiæ, tenetur ad restitutionem ecclesiæ, idem dicit Abb. in capit. fin. de pecul. cler. in fin. & dicit Abb. in cap. inquirendum, in primo not. de pecul. cler. quod rector ecclesiæ, nec redditus, nec oblationes, nec data ecclesiæ pretextu voti, facit illa sua, sed cedunt ecclesiæ vtilitatibus.

6 Quia ecclesia in fructibus, & rebus ecclesiæ habet possessionem, & proprietatem per Abb. in capit. cum esses. in repetit. de testam. vers. 5. principaliter. vnde secundum eum dicit Innocen. quod si aliquando inuenitur, hæc bona Deo oblata, esse episcoporum, prælatorum, aut capitulorum, debet intelligi, quod sunt eorum, quoad gubernationem, subiiciendo ibi: quod hæc bona propter vtilitatem communem, diuisa sunt in ecclesijs diuersorum locorum, auctoritate summorum Pontificum, & episcopis, & alijs prælatis concessa extitit administratio eorum capit. videntes. 1 2. quæst. 1. & cap. præcipimus.

7 Et dicit Abb. in rep. capit. cum esses. de testam. vers. secundo principaliter: quod dici consuevit, quod acquisita de bonis ecclesiæ, potest ecclesia vendicare. 1 2. quæst. 4. sacerdotes, & capitulo. fin. 1 2. quæstione. vltima quia quicquid acquirit prælatus de rebus ecclesiæ, vel occasione ecclesiæ, post suam

suam institutionem, ecclesiæ est glos. in capit. vt vnus. de pecul. cler. & glos. in capit. res ecclesiæ. 1 2. quæst. 1 dicit, quod de bonis ecclesiæ, illud tantum est clericorum, quod probabili ratione consumunt, vbi infert quod si clericus emit equum de bonis ecclesiæ, clericus non est, sed ecclesiæ, est bona glo. in cap. cum in officijs. de testa. quæ multa allegat, quæ dicit, quod quicquid acquirit sacerdos, vel quilibet alius clericus intuitu ecclesiæ, ad ecclesiam pertinet. Idem glos. in cap. primo. eo. in verb. acquisisse. & habetur in text. in capit. primo. 1 2. quæst. 3. de quolibet clerico indistincte, quod quæcunque acquserit de ecclesiæ bonis, debet conferre ecclesiæ, alias punitur, quia dicit Abb. præalleg. loco in capit. cum esses. si faceret clericus fructus suos, non video, quare de illis non possit clericus sibi emere prædia.

Habetur in text. in capitulo relatum. el secundo de testam. quod acquisita per ecclesiam debent remanere penes ecclesiam, vbi Abb. secundo not. dicit, quod si clericus de redditibus ecclesiæ emat equum, vel prædium, hæc possunt dici acquisita per ecclesiam, vnde sunt ecclesiæ, non autem clerici bonus text. in capitulo placuit. 1 2. quæst. 3. vbi glos. in verb. suo. quod licet clericus de pecunia ecclesiæ aliquis suo nomine emat, quod res illa statim facta est ecclesiæ. Idem inquit Abb. in capitulo primo. vers. nota ibi. de pecul. cler. id quod est speciale in ecclesia per d. glos. optima glos. in capit. inquirendum. de pecul. cler. in vers. comparauit, quod si clericus nomine alieno prædia comparauit, puniendus est, & ecclesia taliter empta vendicare potest, licet sua non sint, & est speciale inquit in ecclesia, vbi Hostien. enumerat sex casus speciales, in quibus res empta de pecunia alterius efficitur illius, cuius est pecunia, quod est contra regulam, quia licet res ematur de pecunia alterius, tamen ementi acquiritur, non domino pecuniæ, & primus casus in ecclesia, inquit, secundum magistrum, vt scilicet res empta de pecunia ecclesiæ, ipsi ecclesiæ acquiratur, & vendicari possit. secundus in re empta pecunia militis: tertius in pecunia pupilli: quartus in re empta a marito de pecunia sibi data ab vxore. quintus in re empta a liberto de pecunia domini, vel patroni. sextus in re empta de pecunia funebri. Et si aliquid de meo peruenit ad te bonum, & æquum est, vt illud mihi reddas, vt per Io. And. d. cap. inquirendum. & dicit glos. in capit. vt vnus. de pecul. cler. quod clericus acquisita occasione ecclesiæ, habet ecclesiæ restituere, quemadmodum quis tenetur, quando occasione rei tuæ, aliquid ad eum peruenit. capit. ad nostram de iureiur.

Sequitur Couarrunias doctor Hispanus in capitulo primo. de testam. vers. tertio ex vltimis. quod res empta a prælato de pecunia ecclesiæ, dominio

ecclesie quaeruntur a die emptionis, etiam si proprio praelati nomine fiat emptio, & haec est inquit communis opinio licet in contrarium sit opinio Hostien. & id colligitur optime in authen. licentia. C. de episcopis & cler. nec obstat regula in contrarium, quod emptum de pecunia aliena, ementi acquiritur, non illi cuius est pecunia. l. ex ea. C. de rei vend. quia in rebus ecclesie, est speciale, ut emptum de rebus ecclesie, acquiritur dominium ecclesie, non ementi. Barbat. & Cardinalis d. cap. inquirendum. glos. in capit. apostolicos. 12. quaest. 2. Corset. in sing. in ver. emptio. Roman. in authen. similiter. C. ad l. fal. col. sexta. Bal. in l. si quis presbyter. C. de episcopis & cler. dixi late in quaest. de potestate clerici vel praelati. & maxime in ver. imo dicit Couartuuias.

Per qua meo iudicio manifeste apparet, quod tam fructus ecclesie, quam prouenientia ex fructibus, ac occasione ecclesie acquisita per clericum, & relicta post eum, uti spolia sunt ecclesie, & per consequens camerae apostolicae in loco successoris, & ecclesie successae, saepe allegata decisio Rotae in antiquis 855. incip. cum camera apostolica. & ad illam spectant ratione dominij, merito si dici potest, quod ad illa cosequenda, vel recuperanda, competat actio rei vendicationis, cum ecclesia, cuius loco succedit Camera, habeat in talibus dominium per Abb. in repet. in capitulo cum esses. de testam. ver. quinto secundum vnam opinionem. & glos. in .§. & quoniam. in authen. de alien. & emphi. vbi ecclesie ad res ecclesiasticas, competit rei vendicatio, sed Innocen. in capitulo. cum officij. de testam. posita quaestione quis occupabit bona clerici defuncti ab intestato, distinguit, quod, vel sunt bona ecclesie, & talia occupabit ecclesia, vel sunt bona defuncti, & de eis est certum, quod fuerunt illius, & illa occupabit haeres sanguinis, vel sunt bona de quibus dubitari potest, sint ne ecclesie, vel defuncti, & tunc quia pro ecclesia praesumitur, occupabit ecclesia, & si forsan illa occupet haeres sua auctoritate, habet actionem ecclesia, vel Camera ex constitutione. l. si quis in tantam. C. vnde vi.

Item quia in rem, quam possidebat ecclesia, per clericum defunctum, sibi & a seipso dicit, competit edictum diui Marci, vel furti, aut vi bon. rapto. vel ad exhibendum, ut in singulis notare poteris, actio autem expilatae hereditatis, vel edictum diui Adriani non competunt ecclesie, quia praedicta non petit ut haeres, sed ut domina, si autem praelatus in alium transferret, tunc ad recuperandum non habet ecclesia, nisi rei vendicationem, vel ad exhibendum. Idem dicunt Hostien. Io.

11 Andr. Zabarella, vbi vide per eos vniformiter loquentes, quid sit in casu, in quo haeres institutus, occupat bona clerici defuncti sibi relicta,
an for-

an formidare habeat praenam constitutionis d. l. si quis intantam. subdens item Innocen. quod si clericus solummodo dimittat rem post mortem suam inter alias res suas proprias, ciuilem possessionem retinet ecclesia, cum praelatus non possideat nomine suo, sed ecclesie, sicut commendatarius. ff. de acqui. possess. si colonus capitulo sine exceptione. 10. quaestione secunda. quo loco etiam habetur per Innocen. Hostien. Io. Andr. quod pro damno illato ecclesie per praelatum, ad satisfaciendum agetur contra haerem praelati. 12. quaest. 2. episcopus qui filios. si tamen ante mortem praelati lis sit contestata, & lite non contestata, de illis quaeruntur ad illum, & quatenus ad illum peruenit, quia haeres tenetur de dolo, & culpa praelati, si tamen non sit leuis culpa reficiendo, & recompensando ecclesie.

Item potest agi contra eum, si praelatus de rebus ecclesie alicui gratiam facit, allegant. l. cum ostendimus. ff. de fideiussor. pro quo vide 13 Franc. Mar. in decis. Delsin. decis. 117. vbi dicit, quod successor in beneficio, tenetur remota administratione praelati, iuxta vires spoliij, que ad illum prouenerint, id quod hodie est dicendum de Camera Apostolica, vel de illo ad quem spolia vadunt, & decis. 105. habetur, quod bona clericorum habent inuentariari per iudicem ecclesiasticum, &c. ut ibi late, quam decisionem vide pro hac materia: & pro recuperatione rerum ecclesie, & spoliij non solum camera apostolica potest agere, sed & quilibet laicus potest intentare rei vendicationem nomine camere. per text. in cap. si quis presbyterorum. de reb. eccles. non alien. vbi 14 Abb. Sicul. & per Doctor. in l. iubemus. la secunda. ver. Iconomus. C. de sac. san. eccles. contra quemcumque detentorem, & seu possessorem rerum ecclesie, quia possessor est semper conueniendus, licet exhibeat auctorem suum per glo. cap. quicumque. 12. quaest. 2. quam vide, que distinguit an res sit mobilis, vel immobilis, & an possideat nomine suo, an alieno. pro quo vide etiam glo. in cap. si quis, de reb. eccles. non alien. in glos. fin.

Et haec pro nunc sufficiant, pro eo quod mihi occurrit dicere in hac materia spoliiorum, prouenientium ratione fructuum ecclesie, vel occasione ecclesie. Ad illa vero spolia, que non veniunt causa ecclesie, sed occasione illicitarum negotiationum, vel alias contra sacros canones acquiritorum, que interdum sunt effecta, & declarata spolia, per bullam Sanctissimi Pij Quarti edita sub Anno 1560. Anno sui Pontificatus primo. que est inserta in quaestione, que negocia sint permissa, aut interdicta clericis Credo quod possit parimodo dici, quod competant actiones illae, que competunt pro spolijs ecclesiasticis, quia parimodo sunt spolia, & parimodo applicata, & incorporata camere

parique modo committitur illorum exactio, veluti fit aliorum spoliatorum vel saltim posset dici, quod ad illa competat conditio, ex lege, ex noua obligatione, quæ datur, si non caueatur de nomine actionis. l. idem. §. primo. ff. nau. caupo. stab. in. glo. §. namque. in ver. deficient. de actio. pignor.

Vterius est facta constitutio per Paulum Quartum contra occupatores bonorum camera apostolicæ, debitoresque illius &c. edita anno 1556. 8. Kal. Nouemb. in qua renouata bulla Gregorij xij. & pœnis in ea contentis, contra inuasores, & occupatores talium bonorum, ac constitutionibus aliorum prædecessorum pontificum, sententisque Reuerendissimorum cameræ apostolicæ clericorum, de super. laus, ac protestationem Alexandri Palanretij cameræ apostolicæ procuratoris fiscalis, de nouo statuit, & mandat, quod recuperatione talium bonorum, contra detentores, & occupatores procedat. & procedi possit ad varias atroces pœnas: cuius constitutionis vigore poterit procedi contra occupatores, & detentores spoliatorum ad pœnas in d. constitutione contentas, modo, & forma in eadem constitutione traditis, & expressis, cuius tenor est in fine descriptus.

S V M M A R I V M.

- 1 Contra agentem datur conuento exceptio.
- 2 Exceptiones sunt comparatæ gratia reorum defendendorum.
- 3 In causis spoliatorum, proceditur ex forma rescriptorum,
- 4 Quid importet verbum sine strepitu.
- 5 Iustitia perdit cultum suum, per turbam obstrepentium.
- 6 Quid importet clausula, sola facti veritate inspecta.
- 7 In causis spoliatorum, admittuntur exceptiones releuantes.
- 8 Exceptiones sunt de iure naturali.
- 9 Exceptio habuit ortum in paradiso ab Adam peccante.
- 10 Defensio, nec per rescriptum, nec per statutum tolli potest.
- 11 Princeps non potest tollere illa, quæ sunt de iure naturali, vel gentium.
- 12 Iudex non potest aliquid immutare; vbi ius est alteri acquisitum.
- 13 Exceptio peremptoria non tollitur, per rescriptum de certa scientia.
- 14 Ius præscriptionis, fuit inductum auctoritate Principis.
- 15 Durum est coram suspecto litigare.
Et lites habent procedere sine suspitione.
- 16 Ex leui causa remouetur iudex suspectus.
- 17 Delegatus à Principe suspectus recusatur de iure civili, & canonico.
- 18 Iudex delegatus impetratus a procuratore non recusatur a domino.
- 19 Exce.

- 19 Exceptio suspicionis tollitur per consensum procuratoris.
- 20 Quando Iudex delegatus possit recusari.
- 21 Quando de iure civili, vel canonico ordinarius possit recusari.
- 22 Allegans iudicem suspectum, proponat in scriptis causam suspicionis.
- 23 Exceptio suspicionis proposita impedit procedi in causa.
- 24 In notorijs non est locus suspicioni.
- 25 Vide de causis suspicionum num. 70.
- 26 Delegatus ad vniuersitatem causarum equiparatur ordinario.
- 27 Qua sit exceptio litis finitæ.
- 28 Omnis lis finitur iuramento.
- 29 Iuramentum & transactio a pari procedunt.
- 30 Pactis & conuentionibus est standum.
- 31 Quid sit transactio.
- 32 Vide de effectu transactionis.
- 33 Quid si res iudicata.
- 34 Exceptio solutionis elidit actionem.
- 35 Iudex supplet pro reo nõ opponente exceptionem solutionis, de qua constat.
- 36 Exceptio compensationis tollit obligationem naturalem, & civilem.
- 37 Vide de effectu exceptionis compensationis.
- 38 Decima sunt integra soluenda, & portanda sumptibus soluentis.
- 39 Exempti non veniunt in generali sermone comprehensi.
- 40 Exempti non tenentur ad collectas Papæ.
- 41 Pauper non tenetur ultra quam facere potest.
- 42 Per paupertatem actum redditur inane.
- 43 Vide de effectu ac de priuilegijs paupertatis.
- 44 Pauperes cancellantur de libro extimi.

De exceptionibus in causis spoliatorum opponendis,
& de præscriptione.

Q V Æ S T I O. XIII.



V T I N causis, & litibus aliarum rerum euenire solet, quod licet actio intentata in sui substantia sit efficax, puta quæ intentatur contra ciuiler, & naturaliter obligatum, qui prima facie videtur condemnandus, sed tamen non est efficax quantum ad opem exactiois, sæpe enim accidit, vt licet ipsa prosecutio, qua actor experitur iusta sit, tamen iniusta sit aduersus eum, cum quo agitur, ideoque contra agentem datur conuento exceptio. §. primo in-

mo instit. de exceptio. ita parimodo credo, quod in causis spoliatorum
 1 accidere solet, ut actio intentata per Cameram contra heredes defun-
 cti, seu spoliatorum detentorem, aut alium obligatum, clypeo exceptio-
 nis opposita submoueat, & inefficax reddatur, quia exceptiones
 sunt comparatae gratia defendendorum eorum, cum quibus agitur,
 2 instit. eo. in principio, unde meo iudicio non erit factum sine aliqua
 ratione, si hic subnectam, an, & quæ, & quando competant, uel op-
 poni possint exceptiones in causis spoliatorum a reis conuentis, ad im-
 pugandam actionem contra eos intentatam, & more solito per con-
 traria procedendo, quomodo magis elicitur, & habetur ueritas. l.
 munerum. §. mixta. ff. de mun. & honor. & Bartoli ingenium illu-
 strauit procedere per contraria per. Lud. Gom. q. secunda proem. ij.
 in reg. Cancellarie. Dico, quod in causis spoliatorum non uidentur ad-
 mitti debere, nec posse aliquæ exceptiones, uel dilatorias, uel perem-
 ptorias, uel subreptionis, aut nullitatis contra rescriptum, uel recusa-
 tionis contra iudicem, aut alias cuiuslibet generis exceptiones: quia
 in causis huiusmodi non proceditur, nec procedi habet, nisi ex for-
 ma rescriptorum, a Romanis Pontificibus desuper æditorum, secun-
 3 dum quorum formam, propter causas in eis appostas, & maximo pro-
 pter clausulam, sine strepitu, & figura iudicij, proceditur semotis
 omnibus exceptionibus, per tex. & ibi glo. in clem. sæpe. de uerb. si-
 gnif. quia uerbum, sine strepitu, importat, quod procedatur reiectis
 exceptionibus, & appellationibus dilatorijs, quæ frustratorie, & ad
 4 differendum iudicis processum malitiose opponuntur: talia enim per
 quendam conuocum clamorem, & tumultum solent examen obscre-
 pere, & ueritati habendæ obstaculum præbere, unde dicitur, quod
 cultum suum iustitia perdit; quando silentia iudicij obstrepentium
 turba perfunduntur, sexta q. iij. in loco. glo. in dicta clem. sæpe. in
 5 uerbo exceptiones. quia, inquit Innocen. in capit. olim. de accusa. quod
 exceptio excommunicationis contra impetantem inquisitionem, uel
 ob aliam causam opposita, propter quam repellitur a prosecutione
 inquisitionis, non admittitur, quia nihilominus habet procedi ad
 testium receptionem, & ad sententiandum, quia potest iudex magis
 refrænare testium multitudinem, & reprobationem, & in omnibus
 alijs, tam partium, quam aduocatorum probationes, exceptiones, &
 allegationes compescere: item postponere ferias indictas, non in ho-
 norem Dei, etiam partibus reclamantibus, uel contradicentibus, &
 alijs, ut ibi per eum: Item per clausulam sola facti ueritate inspecta,
 adiuncta clausula, sine figura in rescriptis apposta, proceditur in cau-
 6 sis spoliatorum, sine apicibus iuris, & ut uult iudex, quia talis clausula
 æqui-

equipollet clausulæ secundum meram voluntatem, & per Io. de Imo.
 in cap. dilecti, de iudi. & per tales clausulas tollitur ordo iuris, per Are-
 ti. conf. 84. col. 3. per quæ, & per ea, quæ deducimus in quest. de mo-
 do proceden. in causa spoliatorum, ubi diximus de clausulis, & de virtu-
 te clausularum, in rescriptis super spolijs, & materia spoliatorum factis
 appositarum, uidetur, quod nullæ exceptiones in causis huiusmodi
 admitti debeant, imo quod quibusuis exceptionibus remotis, & reie-
 ctis, procedere habeat iudex ad expeditionem, & seu terminationem
 causarum.
 Verum his non obstan. ego credo, quod exceptiones, maxime quæ sint
 releuantes, & quæ non calumiose, & malitiose ad differendum, &
 7 quæ frustratorie non opponantur, admitti debeant, nec possit in causis
 spoliatorum reijci per iudicem, aut submoueri: quia exceptiones pro-
 ueniunt a iure naturali, per Abb. in rub. de except. extra. cum exceptio-
 8 nes sint defensiones. l. siquidem. l. defensiones. C. de exceptio.
 capitulo dilecti. ex. eod. tit. sed defensio est de iure naturali. l. prima
 §. arietes. ff. si quad. paup. fec. dic. l. ut vim. ff. de iust. & iu. & dicit
 Abb. in rub. de exceptio. quod exceptio habuit ortum in paradiso,
 Adam excipiente, quod deceptus ab Eua peccauerat, per Spec. in
 9 §. sane. in proemio, subdens Abb. ego credo, quod processit ab ipsa
 natura, quia exceptio est quedam defensio, quæ est de iure naturali,
 quæ defensio nec per rescriptum, nec per statutum tolli potest, per
 10 Bal. in d. l. ut vim. merito exceptiones tales non possunt non ad-
 mitti, & per Fel. in capitulo causam quæ. de rescrip. extra. vers. simili-
 ter dicit Card. ubi dicit, quod statutum tollens exceptionem, intelligi-
 tur de iniusta exceptione, non de iusta, quia illa quæ sunt de iure natu-
 11 rali, uel gentium, princeps non potest tollere, nisi subsistente causa, iu-
 sta, & rationabili. glof. & Doctor. in l. si. C. si contra ius, uel uil. publi.
 imo quæcunque clausula ponatur in commissione, sub quacumque
 uerborum forma, numquam prætextu talis ample commissionis poterit
 iudex reijcere exceptionem acquisitam parti, quantuncunque sit talis
 exceptio, de rigore iuris inducta, ueluti est dare exemplum in exce-
 ptione præscriptionis, quia in his, quæ ipse iudex habet facere, ue-
 rum est, quod non tenetur sequi regulas iuris, sed in his, quæ iam
 facta sunt, ex quibus est ius alteri quæsitum, iudex non potest aliquid
 12 immutare, sed tantum illud sequi. l. bona fides. ff. de pos. alias esset
 auferre ius alterius, quod est contra naturalem equitatem, per Bar.
 solemniter in extrauag. ad reprimen. in vers. uidetur. in fin. id, quod
 dicit Ias. semper est cordi tenendum, & nunquam obliuioni mandan-
 dum, ut per eum in. l. si sit legatum in principio. de leg. primo, col. 6.
 mihi

mihī num. 29. & dicit idem Iaf. in l. si quis iniquum. §. si is pena. 2. col. ff. quod quisque iur. quod exceptio peremptoria, non tollitur licet in rescripto ad sit clausula, de certa scientia, & clausula non obstanti nisi expresse sit dictum, & expresse facta mentio quia nisi de eo fieret mentio, princeps nullo modo intelligeretur peremptoriam exceptionem tollere, cum sit nimis grauis præiudicij. not. Anton. de Butr. in capitulo. ex parte. de for. compet. primo not. per Innocen. in capitulo. super litteris. de rescript. & quod princeps si expresse dicat, possit tollere exceptionem peremptoriam tertio competentem, credo quod sit intelligendum de exceptione, quæ sit acquisita tertio iure positiuo, & iure supra quod est princeps, puta si mihi competat exceptio acquisita iure præscriptionis, quod est ius inductum auctoritate principis, in quo
 14 princeps potest mihi suo modo præiudicare, etiam sine causa. l. digna vox. C. de leg. secus si alio iure, puta iure naturali sit mihi acquisita illa exceptio, quia cum non possit tollere princeps iura naturalia, ego credo, quod non possit præiudicare in inductis, & mihi acquisitis a iure naturali, vt dixi supra.

Nec obstant in aliquo in contrarium supra adducta, & primo illud, quod clausula sine strepitu &c. in rescriptis, importat quod procedatur reiectis exceptionibus, & appellationibus dilatorijs, quia intelligitur de exceptionibus, quæ frustratorie etiam ad differendum iudicis processum malitiose opponuntur, non autem, quando vere, & cum causa opponuntur, vt per glos. d. clem. sæpe. loco. supra allegato. Item non obstat, quod vigore clausulæ, sola facti veritate inspecta, importetur, quod iudex possit procedere sine ordine iudiciario, & sine apicibus iuris, & vt vult, quia per hoc non intelligitur, quod habeat procedere, demptis substantialibus, tam pro parte rei, quam pro parte actoris, nec quod per hoc auferatur, vel ablata intelligatur facultas alicui ex partibus faciendi suas defensiones, quæ per istam clausulam non tolluntur, per dominos de Rota decil. 33. in nouis. per Bal. in l. nemo. C. de senten. & in l. iustitia. de iusti. & iur. & in capitulo. fin. de no. for. fidel. vnde merito possit dici, quod in causis spoliatorum possunt admitti exceptiones, quæ in alijs causis venirent admittendæ, quia illud quod expresse non reperitur prohibitum, regulariter in omnibus permissum esse intelligitur, vulgaris iuribus, qualiter possit dici de exceptione suspicionis, vel recusationis iudicis suspecti, quæ ex multis causis potest coram quolibet iudice, tam ordinario, quam delegato opponi, nec nullo modo videtur posse reijci, vel non admitti, quia lites habent procedere sine suspicionem, quia
 15 durum est litigare coram iudice suspecto, & a quo quis non sperat posse

posse consequi iustitiæ complementum 3. questione 5. suspecti. & l. a. peritissimi. C. de iudic. glos. in capitulo. accedens. il secundo. vt lite non con-
 16 resta. imo ex leui causa remouetur iudex suspectus per d. glos. in capitulo. accedens il secundo vt lit. non contes. & per glos. in capitulo. postremo de appella. & ego possum attestari esse de stilo signat ure, & Romanæ curiæ, quod præstito solum per partem iuramento perhorrescentiæ, causæ auocantur, & alteri comittuntur, prout seruati vidi, & practicaui, maxime si sit Iudex delegatus, & ad instantiam partis procuratus, quem in curia iudicem affectatum vocant: Quia iudex delegatus etiam a principe de iure ciuili, vt suspectus recusatur, & multo fortius de iure canonico, non tamen ab illa parte, ad cuius instantiam esset delegatus, ex quo semel in eum consensus: authen. offeratur. C. de litris contesta. per Iaf. in l. apertissimi. C. de iud. imo si procurator in specie delegatum impetrat, non potest dominus eum recusare, per glos. quæ est notabilis. in capitulo. cum olim. in glo. 2. de caus. possess.
 18 & propriet. quod tamen intelligitur, nisi noua causa supervenerit per Iaf. dicto loco, quia exceptio suspensionis, tollitur per consensum procuratoris in iudicem. per Bal. in additione ad Spec. in tit. de rescrip.
 19 presenta. vers. consensus. si vero esset delegatus ad instantiam partium, & de consensu vtriusque partis, puta data lista confidentium, & suspectorum, vel viva voce eum partes elegissent, tunc a neutro
 20 posset vt suspectus recusari, quia recusatio tunc esset temeraria propter interuentum consensus ab vtraque parte, & licet de iure ciuili posset fieri, tamen eo casu non fit, nisi cum iusta causa per not. per Angel. in l. quia poteram. ff. ad trebel.

Iudex etiam ordinarius potest allegari suspectus, & recusari de iure canonico capitulo cum speciali. vbi glos. & Doctor. de appella. capit. si quis contra. de for. compet. cap. suspicionis. de off. delega. & de iure canonico eliguntur arbitri iuris, qui de causis suspicionis cognoscunt. capit. secundo requiris. §. fin. de appella. & capit. causam quæ. de off. deleg. de iure vero ciuili. an ordinarius possit vt suspectus recusari, disputat glos. secunda. in l. apertissime. C. de iud. idem facit in l. quia poterat. ff. ad trebel. sed tamen communis conclusio Doctorum videtur esse, quod de iure ciuili non possit recusari, vt remoueatur, tamquam suspectus a causa, sed si est suspectus, potest peti sibi dari aliquem adiunctum, cū quo procedat in causa authen. si vero contigerit. C. de iud. per Iaf. in præ allegata. l. apertissimi. prima col. vers. nunquid. fallit tamen in casibus enumeratis per eundem Iaf. ibi.

Et in casu nostro, cum causæ spoliatorum sint causæ camerales Camere Apostolicæ, & causæ ecclesiasticæ, videtur quod in eis habeat seruati dispo-

dispositio iuris canonici, non civilis, tamquam magis propitia, & magis fauorabilis glos. iij. in capit. fin. de consuet. not. in cap. illud. de prescrip. & in capit. sanctorum. eo. Cardin. Flo. in dict. cap. fin. de consuet. capit. lege. cap. si in adiutorium. x. dist. refert Alex. conf. 5. 5. vol. 3. col. rep. in Clem. prima. de offic. ordin. & est argumento a minori ad maius, quia si secundum Bartol. in l. quia poterat. ff. ad trebel. in terris imperij seruatur, & seruari habet ius civile indistincte, in terris uero ecclesie ius canonicum, multo fortius id uideatur dicendum in causis, ut scilicet in causis ecclesiasticis seruatur dictamen canonum potiusquam censura legum civilium glos. 3. cap. fin. de consuet. not. in cap. illud. cap. sanctorum. de prescriptione.

Et qui iudicem recusare intendit, debet causam iustae recusatationis allegare coram ipso, & taliter causam alleget, quae si esset probata deberet legitima reputari. cap. cum speciali. de appella. & cap. ut debitus. & ista recusatio, siue suspecti allegatio, non est oretenus facienda, sed est danda in scriptis. cap. quoniam. de probatio. & semel quod fuit proposita ista exceptio, impedit procedi in causa, quousque sit probata, per glos. in capit. quoniam. de probatione. in uer. recusatationis. & in glo. sequenti. quia est exceptio dilatoria. iij. quest. ii. afferatur. & probari debet coram arbitris a partibus electis. c. suspicionis. de off. deleg. qua probata supersedere habet iudex, nec in causa habet se aliquo modo intromittere, quia apparet ipsum non habere iurisdictionem, post pronunciationem arbitrorum: si uero non sit probata, delegatus in causa procedit.

Item habet proponi ante litem contestatam, ut exceptio dilatoria capit. intra monasterium. de re iud. l. apertissimi. C. de iudi. & iij. q. iij. afferatur, aut saltem infra terminum statutum a lege ad proponendas dilatorias. capit. pastoralis. extra de exceptio. & post litem contestatam non opponitur, nisi ex noua causa capit. insinuante. de off. delega. non tamen opponitur, si superveniat post conclusum in causa per Io. And. in capit. dilecti. de ordin. cogni. per tex. in capit. de auditis. de procura. quia iudex in notorijs non allegatur suspectus, & conclusio in causa facit notorium. per glos. in capit. significauerunt. de testi. Ludo. in singu. uerf. exceptio dilatoria.

Secundum tamen leges habent proponi usque ad uiginti dies d. §. afferatur. & authen. conseq. C. de sent. & interlocutorijs. per glo. in cap. secundo requiritis. in uerbo coram eo. de appella.

De causis uero suspicionis, quae allegari possunt contra iudicem, uide per glo. in capit. causam quae. de off. deleg. ubi multas enumerat, puta si iudex sit uassallus aduersarij: si suffraganeus impetrantis: si consanguineus,

guineus: si extitit aduocatus in eadem causa: si habet consimilem causam in causa propria, ubi ponit uersum; Quatuor ista, timor, odium dilectio census: Saepe solent hominum rectos peruertere sensus. & glos. in capitulo super. eodem tit. allegat alias causas, puta quia habet litem, vel causam cum suo monasterio, quia illum redeuntem a Romana curia non admittit ad osculum pacis, item quia ei dixit, quod si posset, ei noceret in illa causa.

Item maxima amicitia aduersarij cum iudice, non enim omnis amicitia est causa suspicionis. l. late. §. amicos. de uerb. signif. per glos. in capit. accedens. el secundo ut lit. non contest. uide causas istas numeratas ad longum per Dec. in capitulo postremo. de appella. Item per Spec. in tit. de iud. delegat. in §. superest uidere, & per Io. And. & alios in capit. legitima. de appellat. in 6. per Abb. in cap. secundo. ut lit. non contest. per Iaso. d. l. apertissimi. C. de iud. ubi late, sed ultra omnes uide Card. Alex. in d. capit. postremo. de appellat. ubi in causa suspicionis enumerat

25 septuaginta casus.

Sed quae sint, & quot causae suspicionum, quae contra iudicem allegari possunt, non uidentur posse allegari, neque contra generalem Collectorem, nec contra eius subdelegatos commissarios in causis spoliatorum, quia tam collector generalis, quam substituti, seu ab eo subdelegati commissarij, sunt delegati regulariter ad uniuersitatem causarum: subdelegantur enim commissarij ad omnes, & singulas causas quoruncunque spoliatorum occursum, & occurrentorum in dicecesibus, in quibus deputantur, & subdelegantur, quia delegatus ad uniuersitatem causarum dicitur, quando fit delegatio sub nomine territorij, puta de lego omnes causas talis castri. glos. est in l. prima. & ibi Bart. Bald. Saly. ff. quis & a quo. per Ias. in l. a iudice. 2. col. C. de iudic. unde contra eos non uideatur quod possit allegari suspitio, quia deputati, & delegati ad uniuersitatem

26 causarum de iure civili non possunt recusari, per glo. quae singulariter dicit. in l. fin. in glo. prima. C. de iudic. quia delegatus ad uniuersitatem causarum, equiparatur ordinario, per ea, quae dicit Ias. in l. a iudice. C. de iudic. quia regula, quod potest iudex delegatus allegari suspectus, intelligitur si sit delegatus in causa particulari, per d. glos. sed d. glos. ut non bonam, nec approbatam reprobant Iac. Butr. Bal. Saly. & Rapha. Fulgo. unde forsitan posset dici, quod talis exceptio posset admitti contra commissarios Camerae, aliqua iusta, & legitima causa suspicionis subsistente, licet uideatur & sint delegati ad uniuersitatem causarum, ut per d. Doctores, quia lites, & causae habent procedere sine suspitione, per glos. in capitulo accedens. el secundo ut lit. non contesta. & cum non te

perian.

periantur expresse exclusæ in causis spoliatorum, merito in illis quoque, prout in alijs tales exceptiones admitti debent, quia illud, quod non reperitur prohibitum, permillum regulariter, & concessum uideatur, & illud, quod non est immutatum stare semper non prohibetur. l. conficiuntur. C. de codicil.

- Item uidetur, quod possit opponi quæcunque exceptio, quæ est inducenda, ut sit finis litium, qualis est exceptio litis finitæ, quæ est scilicet iuramenti, transactionis, rei iudicatæ, & etiam præscriptionis. l. j. & ij. vbi Bar. ff. de iureiur. l. si. C. de exceptionibus. enumerantur, per Barto. in l. fratris. C. de transac. quæ impediunt litis contestata. & processum, ut per Bar. d. l. fratris. & per Bal. in l. postquam liti. C. de pact. si tamen non requirat exceptio, quæ opponitur altiore indaginem, quia tunc non impedit, sed referuatur post litem contestatam discutienda. not. in l. nam, & postea. ubi Alex. & Doctor. ff. de iureiur. & dicit Bar. in dicta. l. fratris. de exceptione transactionis probatur ibi. de exceptione iuris iurandi probatur in l. prima. de iureiur. de exceptione rei iudicatæ probatur l. fin. ff. de re iud. & de præscriptione probatur in l. si pro suo de prescrip. long. tempo. Quia omnis controuersia dirimitur, & finitur iuramento per tex. in capit. si Christus. de iureiur. quia
- 27 (inquit ibi glo. in uer. omnis controuersia) post iuramentum delatum, & præstitum nihil amplius est quærendum. l. non erit. §. delatum. ff. de iureiur. & iuramentum parem habet auctoritate cum transactione, & maiorem quam habeat res iudicata. l. secunda. ff. de iureiur. quod est uerum de iuramento delato a parte parti, istud enim
- 28 retractari non potest. l. admonendi. ff. eo. tit. debet etiam esse delatum cum approbatione iudicis, per Bar. in l. manifeste. ff. eo. & dicit Abb. d. cap. & si Christus. secunda col. uerf. nota. quarto. quod licite iuratur ut recedatur a lite, & infertur ex hoc, quod exceptio ista, quod causa fuit iuramento finita, impedit litis contestationem, sicut qualibet aliqua exceptio litis finitæ, cum iuramentum debeat esse finis controuersia. glof. in capit. primo de lit. contest. lib. 6. ut per eundem Abb. d. loco. Et parimodo per transactionem sequutam inter partes, uidetur finitum, & terminatum litigium super re, super qua fuit transactum, unde si semel fuit super spolijs facta concordatio, uel transactio, Camera apostolicæ de nouo agenti, habet obstare transactionis
- 29 exceptio, quia pactis, & conuentionibus est standum. l. ait prætor. ff. de pact. quia per transactionem qualibet pars uidetur a lite recessisse, quia transigere est ab actione transire, & a lite recedere. l. eius
- 30 vj. ff. de rei uend. Bar. in l. prima. ff. de transac. quia transactio licite facta, impedit sequens iudicium per Specul. in tit. de rescripti. præ-

sentia. §. 4. uerf. item si quid. & si sit facta transactio post sententiam, impedit sententiæ executionem. idem Specu. de execu. senten. §. postremo. uerf. r. 2. si obijciatur. uide tamen Bar. in l. eleganter. ff. de condi. indeb. ubi dicit, quod non potest fieri transactio post sententiam, ubi rationem assignat, uidelicet quod transactio fit super re dubia, & lite incerta, sed postquam est iudicatum, non est dubia, ergo. sed ego intelligo iudicatum, idest in casu rei iudicatæ, quoniam potest uere dici res iudicata, non quando est sententiarum, ut per eundem Bar. in l. litigatoribus. C. de appella. ubi ponit differentiam inter sententiam, & rem iudicatam, quia cum res iudicata pro ueritate habeatur, tunc non potest dici res dubia, imo exceptio transactionis impedit fieri accusationem de crimine, de quo non potuit transigi. per Alex. in l. si maritus. §. si negauerit ad l. iuli. de adul. per Bal. in l. si accusationis. C. de accusa. & exceptio transactionis impedit petitionem residui. l. post decisionem. ubi Bal. in principio. C. de fur. imo transactio, maxime si sit facta causa a lite recedendi, non potest rescindi etiam ex capite, uel pretextu enormis læsionis. per Alex. in conf. 42. col. quarta lib. primo. quia magnum commodum sentit, qui a lite recedit. Lud. Gomef. in reg. de annali. quæst. 2. mihi num. 4. & pactum de non petendo, quod est in transactione, parit duas exceptiones, scilicet declinatoriam, & peremptoriam Bal. in margarita. uerf. pactum uerf. primo. & debet allegari talis pacti exceptio, quia non repellit

31 agentem, nisi per reum allegetur. Bar. in l. si unus. §. pactus 6. col. ff. de pact. exceptio pacti de non petendo, est de iure naturali, uel gentium. l. prima. ff. de pac. & exceptio transactionis, admittitur etiam post litem contestata. in Specul. de exceptio. §. 3. uerf. sed pone quod in causa appella. & uerf. sequen. & per Bart. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condition. indeb. ubi dicit quod ista exceptio potest opponi in quacunque parte iudicij, ubi uide pro ista materia.

Item rei iudicatæ exceptio opponitur contra agentem in causis spoliatorum, quæ tunc competit, quando non fuit appellatum infra decennium, quo casu fecit sententia transitum in iudicatum, aut quando appellatio non fuit legitime prosequuta, uel quando sunt latæ tres sententiæ conformes, quia tunc est res iudicata, per Abb. extra. de senten. & re iudic. in rubrica. & per Bar. in l. litigatoribus. C. de appella. & per eundem in l. prima. ff. de re iud. q. prima. & per Paul. de Cast. in conf. 38. quod incip. in casu presenti. quæ exceptio potest opponi etiam stante statuto, quod nullæ exceptiones opponantur, ut per Doctor. in l. prima. ff. de re iud. & impedit litis contestata. per eundem Bar. in l. fratris. C. de transac. & per eundem in l. eleganter. §. si quis. ff.

de condi. indeb.

Item potest opponi exceptio rei concessæ, gratiæ factæ, & seu spoliatorum condonatorum. puta quando a sede, uel camera apostolica esset facta gratia concessionis, seu condonationis spoliatorum alicui, qualiter quotidie, quæ est eius benignitas, & liberalitas solet facere Sanctiss. Pius Quintus, quia talis exceptio opposita excludit agentem, ut per glo. in capit. causam, in uerbo detinere. de præscriptio. in fin. g'o.

Item quando esset per alia tempora solutum, & satisfactum cameræ pro spolijs, tunc etiam potest opponi exceptio solutionis, quæ de sui natura actionem elidit. per Bal. in l. insurandi. ff. de iureiuran. Paul.

34 de Cast. conf. 407. quia solutione illius quod debetur, tollitur omnis actio. instit. quib. mod. tol. oblig. ubi glo. siue re, siue uerbis, siue consensu sit obligatio: Item siue ex delicto, uel quasi, Item siue ex ciuili, siue naturali, ut ibi per eam, quia exceptio solutionis dicitur exceptio litis finitæ, de qua si constat in actis, licet de ea non opponatur

35 tur iudex potest supplere pro reo non opponente exceptionem, quando sibi maxime constat ex actis, actorem actione carere, per ea quæ dicit Bar. in l. si unus. §. pactus 6. col. & ibi Bal. ff. de pac. & exceptiones solutionis, præscriptionis, iuramenti, & rei iudicatæ æquiparantur ad effectum liberationis per glo. in l. ubicunque, in principio. ff. de fideiuss.

Item si ex alia causa liquida quis esset creditor cameræ apostolicæ, qui pro spolijs tenetur, si petat compensationem admitti pro suo credito, ego credo, quod liquidato pariter spolio, eo casu posset admitti exceptio compensationis contra cameram agentem, quæ regulariter admitti solet de liquido ad liquidum. per Fel. in capit. cum Io. eremita extra de fide instrum. quia exceptio compensationis tollit obligationem naturalem, & ciuilem, per Bal. in l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. sol.

36 mat. & quia exceptio compensationis, est exceptio peremptoria, quæ non uenit ad impugnandum sententiam, sed uenit ad limitandum, uel moderandum executionem, si non fuit opposita ante sententiam, potest nihilominus opponi post ad impediendum executionem, quia se comparatur cum sententia. l. secunda. & ibi Bald. C. de compensa. per Iaf. in l. prima. C. de iur. & fac. ignor. secunda col. per Fel. in capit. Io. eremita. de fid. instru. ubi dicit, quod etiam post sententiam, quæ transit in rem iudicatam potest opponi talis exceptio, &

37 fieri possent positiones de compensatione, & teneretur pars respondere, non obstante iudicato, quia secundum Bal. in l. Iulianus. ff. de condi. & demonstr. exceptio compensationis dicitur fictæ exceptio solutionis, & sic uides, quod potest opponi exceptio compensationis, sed posset

posset instari de uno contrario, quod non possit opponi talis exceptio in spolijs, quemadmodum non potest admitti, uel opponi in decimis, & in tributo, per Abb. in capit. tua nos. secunda col. de decimis. num. 50. in fin. quod dicit ibi tenere omnes doctor. Sed potest responderi, quod illud est speciale in decimis, quæ habent semper solui sub præcepto integræ ecclesiæ sine diminutione, & sunt portandæ usque in horreum ecclesiæ a debentibus illas soluere.

Item sumptibus soluentis per Abb. in capit. ex parte. & capit. peruenit. de 38 decimis. & capit. tua nos. ubi dicit, quod debentur decimæ non facta deductione feminis, & sumptuum.

Item si quis haberet priuilegium, aut concessionem exemptionis a spolijs a sede apostolica, propter quod non posset pro spolijs conueniri per cameram, qualiter ego uidi per aliquos exemptos prætendi, ego pari modo in isto casu puto debere admitti exemptionem exemptionis, uel priuilegij concessi, & per istam impedi actionem per cameram intentatam, quia licet constitutiones, & extrauagantes in materia spoliatorum editæ sint generales, & generaliter formatæ, adeo quod comprehendant, & comprehendere intelligantur clericos cuiusuis status & conditionis existentes. l. de prætio. de public. in rem actio. tamen per illas non arctantur exemptæ personæ; quin saltem exemptionis clypeo a generalitate legis non se defendant, quia exempti non ueniunt in generali sermone comprehensi, per Bal. in l. prima. pen. col. C. de furr. per l. legatorum. §. qui plures. de leg. ij. quia exempti non tenentur ad collectas, pro quibus exigendis missus est per prouinciam Collector Pape, Angel. in l. fin. C. sine cons. uel rel. sed exemptio allegata debet probari ante omnia, ueluti quando excommunicatus allegat se exemptum per Innocen. in capit. solet. de senten. excommunic. in sexto.

Item quando fuisset mandatum Collectori, seu Commissarijs subdelegatis per superiores, quod in exactione superfederetur, prout meis temporibus fuit de ordine Sanctiss. Pij quarti iniunctum domino meo generali collectori, ut in certis ciuitatibus & diocæsibus regni Neapolis superfederetur pro tunc in exactione certorum spoliatorum, propter deuastationes, & seu direptiones locorum in dictis diocæsibus ab infidelibus per annos antea factas, a quibus magnas plagas homines prædictorum locorum receperant. Ego & in isto casu exemptionem quoque competere, & admitti debere puto, ad instar pacti de non petendo, uel pacti prærogatiui in uim dilatoriæ ad impediendum processum, & pacto durante ad impediendum sententiam, instit. de exceptio. §. perpetuæ, & glo. ibi & per Bal. in l. lecta. ff. si cer. pet. per Iaf. in l.

creditori tuo. C. de pactis, ubi dicit, quod tale pactum est ad impediendum litis ingressum, quod potest opponi etiam post litem contestatam etiam per iudicem, si sibi de eo constet ante: per Innoce. in cap. præterea, de dilatio. extra Angel. in l. si. de pet. her. Bar. d. l. lecta: Ioan. And. in nonell. in capit. exceptiones. ij. col. de for. comper.

Sed quid dicendum in casu, quando mortuo prælato per multos annos, hæredes, ad quos spolia peruenerunt abliguriarunt, & consumpserunt omnia bona, tam spoliatorum, quam sua; & sunt in effectu pauperes, an clypeo exceptionis paupertatis se defendant a Camera, contra eos actionem spoliatorum intentantem, & uideatur quod sic, quia debitori pauperi, datur exceptio, ne teneatur ultra quam facere potest. 41 fit glo. & Abb. in capit. cum tu. de usur. id quod procedit secundum Abb. ibi in foro contentioso si debitor cessit bonis, quia tunc habetur ratio, ne egeat, quia per Abb. in capit. cum. extra de decimis, ad inopiam debitoris non habetur respectus, nisi post cessionem, dixi, inquit, in capit. ij. de pigno. Immo per paupertatem redditur inanis actio, quæ intentatur contra pauperem, quia inanis est actio quam 42 inopia excludit debitoris capit. olim el secundo. de restit. spolia .l. nam is. ff. deposit. glos. in capit. ea nescitur. in uer. iuxta. extra de sent. excom. glo. in capit. cum tu. in uer. euidenter extra. de usur. Item pauperes in foro conscientiarum absoluuntur ab excommunicatione, non facta satisfactione, ob paupertatem. capit. a nobis el secundo. de sent. excom. extra. & in clem. prima. §. uerum. & clem. ij. §. primo. de hæret. pro hoc facit, quod dicit Abb. in capit. cum homines. de decim. ubi dicit, quod si quis tanto tempore non soluerit decimas ecclesie, quod si uellet integre satisfacere, oporteret uendere omnia bona sua, quod licet teneatur hoc facere, ecclesia tamen debet sibi remittere, unde possit uiuere, subdens ibi: credo etiam, quod ubi esset tanta inopia, quod fame periret, si decimam solueret, quod non teneatur ad solutionem, quia in tali necessitate omnia sunt communia, unde licite sine uitio furti potest subtrahere de bonis alterius, ut not. in capit. sicut. 47. distit & in capit. si quis per necessitatem. de fur. id quod tanto magis uideatur facere in casu nostro, quia decimæ sunt debite de iure diuino, ut per Abb. in capit. parochianos. de decim. facit, quia pauperes non tenentur ad solutionem collectarum .l. indictiones. C. de annuis tribu. lib. decimo. l. fin. C. de his qui num. fil. imo in casu 43 paupertatis administrator reipub. potest remittere impositam collectam pauperi, & illum a collecta liberare, per Bar. in .l. omnes. C. de ann. tribu. lib. x. refert & sequitur Fel. in capit. significantibus. de off. deleg. Item dicit Angel. in .l. non facile. ff. si cui pluiquam per .l. falci. quod

quod pauperi propter paupertatem, remittitur onus cautionis præstandæ, & dicit Bal. in capit. sedes. de rescr. quod per clausulam, quosdam alios, non possunt conueniri pauperes, & si pauper propter paupertatem non prosequitur causam appellationis, est iusta causa dandi sibi biennium, per Bar. in l. 2. §. si quis. in ff. si quis cautio. id quod dixit Innoce. in capitulo ex ratione. de appellat. ex. per Fel. in capit. significantibus, de off. deleg. ubi enumerat sex priuilegia paupertatis. facit, quia debitor pauper non potest excommunicari, nec interdici: sed carcerari, nisi cedat bonis, per Innocen. in ca. P. & G. de off. deleg. de hac materia uide Abb. in cap. Odoardus. extra. de fideiuf. ver. in glo. quæ est in uerbo non ualente, & pauperes non tenentur ad solutionem collectæ, & debent cancellari. de libro æstimi. per Bal. in authen. defun. tertia col. ad Tertulian. ibi: ad quam præstandam non tenentur pauperes, quorum opera uix sufficiat alimentis, & si tales scripti sunt in æstimo, debent cancellari de ipso per habentes officium ad hoc eis supplicatione porrecta, &c. & exceptio, ne quis conueniatur ultra quam facere possit, uidetur dilatoria, & peremptoria secundum quod not. glo. & Alb. in l. prima. C. de iur. & fac. ignoran. ubi uide las. col. quarta. qui tenet, quod si tantum dilatoria per glo. in §. appelliant. instit. de exceptio. quæ id dicit & las. mouetur per rationes adductas a dicta glo.

SUMMARIUM.

- 1 Exceptio prescriptionis, tollitur ciuilib, & illiditur naturalis obligatio.
- 2 Tutus prescriptione 30. Annorum, soluens repetit.
- 3 Tempus non est causa entis, nec priuationis.
- 4 Prescriptio operatur uti decretum.
- 5 Prescriptio est similis solutioni.
- 6 Prescriptio prodest fideiussori.
- 7 Prescriptione firmatur, quod alias est inualidum.
- 8 Usucapio, & prescriptio sunt inductæ in fauorem publicum.
- 9 An spolia possint prescribi.
- 10 Spolia sunt bona temporalia.
- 11 Contra Rom. Ecclesiam prescribitur centum annis.
- 12 Qua, & quot requiruntur ad substantiam prescriptionis.
- 13 Quid sunt spolia.
- 14 Spolia non sint res sacra, nec sacris annexa.
- 15 Fructus ecclesie non sunt spiritualitati anexi.
- 16 Rector ecclesie rem patiens prescribi, tenetur ecclesie de damno.

- 17 Res ecclesie, vel principaliter, vel secundo ad Papam spectantes, omnes prescribuntur.
- 18 Spolia sunt de pertinentibus ad Papam principaliter, non secundo.
- 19 Verbum spectare importat principaliter.
- 20 Ecclesia inferior, prescribit contra Papam.
- 21 Res fisci, tam vacantes, quam denunciatae prescribuntur.
- 22 Illa quae sunt pro usu publico nunquam prescribuntur.
- 23 Prescribuntur etiam patrimonialia Caesaris.
- 24 Etiam dos ecclesie potest prescribi.
- 25 Spiritualibus annexa prescribuntur.
- 26 Rei ecclesie possessio nunquam vacat, nec etiam per mortem prelati.
- 27 Christus, & ecclesia semper possidet res ecclesie.
- 28 Relictum ecclesie, Deo relictum censetur.
- 29 Oblata ecclesie, Deo sunt oblata.
- 30 Parietes ecclesie, mortuo prelate possident vendicant &c.
- 31 Dominis non currit prescriptio.
- 32 Vnius rei possessio, penes duos insolidum esse non potest.
- 33 Tempus non est modus perdenda possessionis.
- 34 Verbum pertinere, & spectare est vnius significati.
- 35 Verbum pertinere, importat dominium, & possessionem.
- 36 Item, in libello, positum importat petitorium, & possessorium.
- 37 Prohibitum alienari, est prohibitum vsucapi.
- 38 Verbum alienationis, continet vsucapionem.
- 39 Deventores spoliatorum, sunt excommunicati.
- 40 In illis in quibus tractatur de anima periculo, non currit prescriptio.
- 41 Semel Deo dicatum, non reuertitur, ad vsus prophanos.
- 42 Ignoranti, & absenti non currit prescriptio.
- 43 Ignorantiae est subueniendum.
- 44 Nulla antiqua possessio iuuat mala fide possidentem.
- 45 In iniuria non currit prescriptio.
- 46 Quae actiones competant contra iniuentem spolia.
- 47 Quod non est ex fide, peccatum est.
- 48 Quomodo intelligatur bona fides.
- 49 Bona fides semper presumitur.
- 50 Semper presumitur ignorantia: nisi probetur scientia.
- 51 Res ecclesie non possunt prescribi sine titulo, & bona fide.
- 52 Successor vniversalis non prescribit mala fide sui auctoris.
- 53 Persona heredis censetur vna cum persona defuncti.
- 54 Spolia bene possunt prescribi.
- 55 Requiritur centenaria in rebus vicariorum Rom. ecclesie.

- 56 In illis; quae possunt possideri iure communi, sufficit sola bona fides sine titulo.
- 57 Laicus percipiens decimas, si spoliatur a rectore ecclesie, non intentat spolium.
- 58 Res ecclesie possunt alienari cum solemnitatibus.
- 59 Spolia prescribuntur centenaria prescriptione.
- 60 Verbum pertinet importat principaliter.
- 61 In spectantibus ad Papam principaliter, currit centenaria.
- 62 Ecclesia succedens in re priuati, vitur suo non priuati privilegio.
- 63 Tempus finitum, importat canonem latae.
- 64 Quae ecclesie gaudeant hodie centenaria.
- 65 Quomodo probetur centenaria.
- 66 Fiscus est vbique praesens.

De exceptione praescriptionis.

QUESTIO XIII.



- S** T I cum bona fide, ac iusto titulo per tempus a iure statutum sint possessae res spoliatorum ab aliquo, interuentibus alijs concomitantibus a iure expressis, adeo quod incurrit praescriptio, eo casu debitor tempore liberatus esse puto, taliter, quod si Camera, aut ecclesia contra eum pro spolijs agat, quod sit praescriptione tutus, & contra actionem intentatam, possit per eum opponi de exceptione praescriptionis, per quam tollitur obligatio civilis, & illiditur naturalis, quae tolli non potest tempore. l. si. §. primo. & ibi glof. in verbo conditio ff. rem rat. haberi, vbi glo. & Bar. quod tutus praescriptione triginta annorum, si soluat repetere potest arg. l. si pupillus. de administra. tuto. vbi dicit, quod praescribens est similis soluenti, & licet liberatus tempore, adhuc remaneat obligatus naturaliter, quia tempore non tollitur naturalis obligatio, quia tempus solum, cum non sit causa entis, non potest esse causa priuationis, tamen tollitur omnis eius effectus, vbi per eundem Bar. & per Bal. in auihen. ad hec. vers. Item dubitatur. C. de vsur. per Abb. in c. ad aures de praescriptio. ver. nor. ultimo. vbi per Fel. pulchre, imo praescriptio etiam cum mala fide, acquirit praescribenti istam exceptionem, licet non dominium, vbi dicere text. in l. quis emptionis. §. quid si quis. in fin. C. de praescriptio. 30. vel 40. an. & praescriptio operatur vti decretum, & habet vim decreti in illis, quae non possunt alienari, nisi sub certa forma, puta cum decreto. l. post mortem. ff. de adoptio. & l. prima. C. qui admitti idem per Bar. in.

l. fin. C. in quibus causis in integ. rest. non est necess. col. fin. ibi quod rei minoris, non est prohibita simpliciter alienatio, sed est permessa cum decreto, merito præscribi potest, &c. videtur dicere text. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. secundum Barbat. in additio ad Bal. in l. prima. C. de seruis fugit. vbi dicit, idem in consuetudine, tantoque magis videtur posse excipi de ista exceptione præscriptionis, quia præscriptio, est similis solutioni, & qui præscripsit, videtur soluisse, per verba Bal. in l. tam mandatori. C. de non numer. pecu. col. 3. ibi item dubitatur, an præscriptio rei prosit fideiussori, & videtur quod sic, quia præscriptionis exceptio est rei cohærens, ergo transit ad fideiussores, & quod sit rei cohærens, patet, quia est similis solutioni. l. si pupilli. ff. de administratione tutorum. & præscriptio, & absolutio procedunt a pari, vnde qui præscripsit, videtur satisfecisse, & debitam satisfactionem impendisse, per text. in l. sed si vnus. §. si autem. in fine. ff. de iniur. & quod alias esset ipso iure irritum, & non validum, per præscriptionem, firmatur per Bal. in l. prima. C. ne de stat. defun. &c. imo exceptio præscriptionis non potest per partes pacto renunciari, quia vsucapio, & præscriptio sunt inductæ in fauorem publicum, ne dominia sint incerta per Bar. in l. nemo potest, de leg. primo. Abb. in rub. extra de præscrip. ergo de necessitate exceptio præscriptionis debet admitti, quia finem litibus imponit, & punit negligentes, prout per eundem Abb. ibidem dicitur in diffinitione præscriptionis.

Sed an spolia præscribantur, vel præscribi possint, videamus, pro quo videtur esse respondendum affirmatiue, quia considerato verbo, spolia, quod importet bona acquisita de fructibus ecclesiæ, aut occasione ecclesiæ relicta per clericum, vel fructibus ecclesiæ, vel bona acquisita ex negotiationibus, & illicitis factis, per clericum sua vita durante, prout dicimus supra in prima quæstione, vbi de diffinitione spoliorum dicimus, spolia omnino videntur esse bona temporalia ecclesiæ, vel ecclesiæ debita, in quibus si sint mobilia non sacra, præscriptio currit trium annorum. glos. in §. res fisci. verl. non potest. instit. de vsucapio. & long. temp. præscrip. Abb. in capitulo placuit. de præscriptio. & etiam triennio vsucapitur res Romanæ Ecclesiæ. per Ang. in authen. vt ecclesia Romana. n. principio. Abb. in capitulo primo de restit. in integ. tertia col. si immobilia corporalia, veluti fundus, ager, domus, aut incorporalia, veluti sunt iura, actiones & huiusmodi patio annorum quadraginta præscribuntur, per text. in authen. de eccles. tit. §. pro temporalibus autem, text. glos. & Abb. in capitulo de quarta. de præscriptio. extraglos. in d. §. res fisci, quia tanto tempore bona immobilia

iura &

iura & actiones præscribuntur, nisi tamen contra Romanam ecclesiam, 11 contra quam non præscribitur, nisi spatio centum annorum. l. fin. & authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccles. per glos. in l. vniversus. C. ne rei dom. vel templo. Item per Dynum in reg. possessor. de reg. iur. verl. in præscriptione autem. usque ad verl. Item nunquid. vbi dicit, quod in præscriptione quadraginta annorum in rebus ecclesiæ requiritur titulus, & bona fides, aut saltem bona fides, secundum distinctionem, quam ipse dicit rationabilem de iure nouissimo, in illis rebus ecclesiasticis, quæ de iure communi possunt possideri, nec præsumptio est contra possessores, in quibus sufficit bonam fidem habere, sed in his rebus ecclesiasticis, quæ de iure communi nequeunt possideri, vel contra possessorem est præsumptio, non sufficit bona fides, sed est necessarium etiam habere ultra bonam fidem titulum, qui possessori causam tribuat præscribendi, nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria non existat, ut idem per eundem Dynum, idem habetur ad literam in text. in capit. primo. & ibi glos. de præscrip. in sexto. bona glos. in capitulo cum ecclesia Sutrina. de caus. pos. extra in glo. antepen. pro quo vide, quæ dicit Abb. in capitulo illud. extra. de præscrip. col. secunda, verl. ad cuius. ubi dicit, quod ad substantiam præscriptionis, quandoque requiruntur tria, quandoque duo, quandoque unum dum 12 taxat: secundum naturam præscriptionis tria requiruntur, quando præscriptio est talis, quæ desiderat titulum, bonam fidem, & possessionem, ut in præscriptione contra ius commune, ut cap. primo. eo. lib. sexto, uel in præscriptione decem, uel viginti annorum: contra prælatum duo requiruntur, ubi non est titulus necessarius, ut regulariter contingit in præscrip. xl. annorum iure communi non refragante, ut d. cap. illud. & cap. de quarta. scilicet possessio, & bona fides: unum requiritur in præscriptione, inducta in odium negligentis, ut in actionibus præscribendis, scilicet cursus temporis, ut l. si quis emptionis. C. de præscrip. 30. an. subdens ibidem, quod ubi alterum de requisitis perit, naturaliter præscriptio interruptitur, quia deficiente altero substantialiter requisito ad perfectionem actus, naturaliter deficit actus. c. si. de cond. appof. & cap. cum super Abbatiâ, de off. deleg.

Per quæ videtur, quod res ecclesiæ, & ad ecclesiam pertinentes, uel sint mobilia, uel immobiles, uel incorporales possunt in præscriptione, uel usucapione amitti, uel acquiri respectiue, per quemlibet, & appellatione istorum bonorum, ueniunt omnia bona, quæ sunt in mundo l. bonorum. ff. de verb. signif. unde etiam & spolia, quia spolia, uel sunt bona mobilia, se mouentia, uel immobilia, uel iura, uel actio-

nes

nes de fructibus ecclesie, uel occasione ecclesie, uel de illicitis negotiationibus prouenientia, uel fructus ipsius ecclesie percepti, uel percipiendi. ut dicimus in prima q. & sunt inserte bullae extrauagantes, a Pontificibus Roman. factae in materia spoliatorum in fine, unde spolia, uel consideres ea quatenus fructus, uel quatenus de fructibus acquisita, uel sint ab illicitis negotiationibus descendente, sunt res
 14 temporales, non sacrae, nec rei sacrae aliquam adhaerentiam habentes imo res prophanæ, & in mera temporalitate consistentes, contractabiles per cuiusuis nominis contractum, per tex. in capit. fin. ne praelati uices suas. ubi fructus beneficiorum, & ecclesiarum precio uenduntur ad septennium, clem. prima. §. fin. & ibi glo. in uerb. ut tempus. de reb. ecclesie non alienan. per Feder. de Sen. con. 123. incip. queritur an constitutio. Item fructus ecclesiastici, nedum uenduntur pretio ad septennium, ut in d. capit. fin. sed. & pro toto tempore uitae beneficiati uenduntur, etiam absque simonia, per Praepositum. in capit. sed adhuc. j. q. prima. & nedum fructus percepti, & in aliquam acquisitione conuersi, qualia sunt spolia acquisita de fructibus, sed etiam fructus percipiendi. id quod uidetur plus in casu nostro. ut per Praepositum d. loco. dicit enim, quod percipiendos fructus etiam ex praebenda, & beneficio emerlicet, quia non sunt sacris adiuncti officijs, cum etiam a laicis haberi possint, quia fructus beneficij, aut ecclesie non sunt, nec possunt dici spiritualitati annexi, ut per Archid. in capit. sed adhuc.
 15 prima. q. prima. unde si fructus emi, uel contractari possunt, ergo multo magis spolia de fructibus acquisita, & a fructibus prouenientia, quia sunt temporalia, & emere, uel contractare temporalia, non est de genere prohibitorum, ut de se patet, secundum Hier. Gig qui ita refert in suo tracta. de pensio. q. 87. per totum. facit quod dicit Bar. in l. Paulus. ff. de acquir. hered. in fi. uerb. quod si res ecclesie transeunt ad priuatum, perdunt priuilegium, & efficiuntur usucapibiles.
 Facit quia, si Rector ecclesie ob negligentiam suam patiatur res ecclesie
 16 sacras praescribi, tenetur de suo proprio patrimonio satisfacere ecclesie. per glo. in capit. placuit. el secundo 16. q. 3. in uerb. pertineant, per Abbat. in capit. ex praesentium. de pignor. uer. not. 3. ibi nam per istum tex. dicit, quod haeres suus potest compelli ad satisfactionem faciendam, per Abb. in capit. auditis. de praesumptio. col. x. num. 34. ibi, taciturnitas praelati nocet ecclesie in praescribendo, tenetur tamen praelatus de suo satisfacere ecclesie, in quo laesit ecclesiam, permittendo praescriptionem contra eam currere, &c. & quod spolia possint praescribi, uidetur esse ex eo solum manifestum, quia spolia spectant ad cameram apostolicam Papae, & ad Papam ipsum principaliter, per extrauag.

extrauag. de quibus in j. q. & secunda, quae inferuntur in fine praesentis tractatus, & illa quae spectant ad Papam principaliter, uel secundario omnia praescribuntur, & praescribi possunt, per ea, quae dicit Abb. in
 17 capit. audientiam extra. de praescriptio. in 3. col. uerb. quarto, quare, ubi distinguit Abb. inter illa, quae spectant principaliter, & illa quae spectant secundario, illa enim, quae principaliter spectant, inquit requirunt centenariam praescriptionem, quae uero secundario. xl. an. tantum praescribuntur, ut ibi per eum, & quod spolia sint de pertinentibus ad Papam principaliter, non secundario, id ex eo apparet, quia
 18 in bullis, uel in constitutionibus editis in materia spoliatorum, dum Papa declarat, quod spolia ad se spectant, uel ad eius Cameram apostolicam, utitur uerbo spectare, pertinere, spectasse, uel pertinuisse, ut est uidere, in bulla Pauli tertij in principio, quae est inserta, quod uerbum de sui natura importat principaliter, non secundario. l. non solum. §. queritur. ff. de procur. l. qui liberis. §. haec uerba. C. de uulgar. & pupill. per Bal. in l. licet. C. de pact. ubi dicit, quod uerbum pertinet, est uerbum directum.
 Item facit, quia in rebus incorporatis ecclesie Romanae, qualia sunt spolia, currit praescriptio centum annorum, in delatis uero rebus, currit tantum quadraginta annorum, in rebus uero aliarum ecclesiarum, uel sint delatae, uel sint incorporatee spatio quadraginta annorum praescribuntur, per Abb. in capit. cum nobis 3. col. uerb. & ex hoc pone. de praescriptio. ubi dicit pone unum singulare dictum, quod licet in iuribus principis, seu fisci fiat distinctio in casu praescriptionis, inter bona fisco incorporata, & bona delata, non dum incorporata, tamen respectu ecclesie non uidetur differentia fienda, sed semper uniformis est praescriptio, requirit enim tempus quadraginta annorum, ut probatur in d. capit. secundo. quatenus loquatur de ecclesijs citra Romanam ecclesiam, sed in ecclesia Romana est differentia, saltem quoad illum casum, quia in incorporatis requiritur cursus centum annorum, in delatis uero sufficit tempus quadraginta annorum, sicut in alijs ecclesijs.
 Item facit, quia ecclesia inferior potest praescribere bona, & iura ad Papam spectantia not. Abb. per illum tex. in capit. si diligenti. de praescriptio. 3. col. uerb. ex praedictis, & col. secunda, ibidem, quod contra Romanam ecclesiam potest praescribi, de rebus, de ciuitatibus, & regnis, ad eam pleno iure pertinentibus, sed requiritur praescriptio, non minor centenaria.
 Facit quia res fisci, tam uacantes, quam initiate, seu denunciate, & incorporatee praescribuntur, insit. de usucap. §. res fisci, quia si sint bona

- 21 bona vacantia, præscribuntur viginti ann. ante denuntiationem fisco factam, sed post quadriennio, glos. in l. penult. C. communia. de vsucap. vbi dicit, quod res fisci vacantes, vsucapiuntur omni titulo iure communi & sine titulo tunc. 20. ann. computandis a tempore, quo ceperunt bona esse vacantia, si vero vellet computare ab eo tempore, quo fuit initiatum, tunc sufficit quadriennium. idem glos. in l. prima. C. de quadrienn. præscrip. sed melius per Bal. ibi, vbi dicit, quod illa, quæ sunt in vsu publico, nunquam præscribuntur. l. viam publicam. ff. de via pub. alia vero, si sunt incorporata in fiscum, non vsucapiuntur, nisi ann. quadraginta. l. omnes. de præscrip. 30. anno. si vero non sunt incorporata, titulo & bona fide vsucapiuntur, quia mobiles triennio, immobiles longo tempore. 10. an. & c. per. Bal. in l. iam pridem. C. communia. de vsucap. vbi dicit etiam, quod res Cæsaris præscribuntur, & quod ad illorum præscriptionem, hodie requiritur spatium centum annorum.

Item præscribuntur patrimonialia Cæsaris, vel Principis. l. prima. C. ne rei dom. vel templo. Bal. in d. l. iam pridem. C. communia de vsucap.

Item præscribuntur res ciuitatum, vel castrorum. l. fin. C. de sac. san. eccles. glos. in d. f. res fisci. quia dicit glos. quam sequitur Abb. ibi in capitulo cum nobis. extra de præscriptio. quod contra ecclesiam Roman. respectu prælationis, & supremæ potestatis non currit præscriptio, sed in rebus, & possessionibus, & iuribus, ecclesie ipsius bene currit Abb. prima col. ibi.

Facit argumentum a maiori ad minus, quia contra ecclesiam præscribuntur etiam iura spiritualia capit. ad aures. extra de præscriptio. vbi Abb. primo nota. quod iura spiritualia sunt præscriptibilia & c. & ibidem Fely. in principio, vbi dicit, quod etiam dos ecclesie potest præscribi, vt per Bal. Nouel. quem allegat in tractatu dotis primo fol. Item, & spiritualibus annexa præscribuntur, veluti est ius patronatus, quod est spirituali annexum præscribitur, venditur, donatur, ad heredes transmittitur, per Fel. in capit. quanto. de iudi. propter quod multo magis videtur dicendum, quod præscribi possunt spolia, quæ sunt temporalia, nec sunt de genere prohibitorum præscribi, per Gigantem quest. 87. per totum in tract. de pensio. argumento a maiori ad minus, quod in iure est validum. glo. in clem. prima. in verb. profecto. de reliquijs, & vene. sancto. authen. multo magis. C. de sac. san. eccles.

In contrariū multa faciunt, per quæ videtur, quod spolia cum sint res ecclesie, & templorum, dicimus supra in q. j. ad longum, non possint aliqua vsucapione, aut spatio temporis præscribi, quia id vñ prohibere titulus qui vñ in ma-

in materia factus. C. ne rei dominicæ, vel templorum vendicatio, temporis exceptione submoueat; per quam inscriptionem res ecclesiastica videntur esse tutæ, & defensæ, a cuiuslibet temporis curriculo, & voracitate: semper enim videntur, & a quocunque detentore posse vendicari, temporis lapsu non obstante. Item facit contrarium vnum, quod virgere videtur, quia spolia, quatenus bona acquisita de fructibus ecclesie, vel ecclesie occasione relicta, per clericum defunctum, de quo supra in diffinitione spoliatorum in prima quæstione sunt, & possunt dici res ecclesie, quarum possessio nunquam dicitur vacare, nec etiam, per mortem Prælati, quia vniuersalis ecclesia, vel melius Christus habet illarum dominium, & possessionem, & semper Christus, & ecclesia illas possidet per Bar. in l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusque vniuer. per eundem in l. prima. §. municipes. ff. de acquir. poss. vbi Paul. de Cast. dicit, quod quicquid relinquatur ecclesie, Deo relicto censetur, in authen. de eccles. tit. §. si quis innominatus. colla. 9. late per Abb. in reper. capit. cum esses. de testam. & licet Rector ecclesie mortuus sit, possessio tamen non perditur, sed remanet apud ecclesiam, id est apud Deum, & apostilla ad eundem Paulum ibidem dicit, quod Rota voluit in dec. ibidem adductis, quod Prælati confirmati, qui nondum est adeptus possessionem suæ dignitatis, potest agere interdicto vnde vi, quia licet vacet dignitas, non vacat possessio bonorum ecclesie, & ecclesia est in anima viuens, quod secus est in hæreditate iacenti, de quo per Oldradum conf. 172. vt per dictam apostillam, quia dicit Inno. quem dicti Doctores adducunt in capitulo cum super: de causa possess. & propriet. prope finem, quod non prælati, sed ecclesia, & Christus dominium, & possessionem rerum ecclesie habet. vnde quæcunque homines offerunt ecclesie, dicuntur esse oblata Deo, & si aliquando inueniantur hæc bona Deo oblata, esse episcoporum, vel prælatorum, vel capitulorum, dic, inquit, esse eorum, quoad gubernationem: propter quod dicimus, quod quantumcunque moriatur Prælati, & omnes clerici, tamen proprietates & possessio remanet penes Christum, qui viuunt in æternum, vel penes vniuersalem, vel singularem ecclesiam, quæ nunquam moritur, nec est vnquam nulla, & etiam si spoliatur ecclesia aliquibus rebus, antequam earum possessio obtineatur, veluti posset dici, quando hæredes prælati, vel alij mortuo prælato immiscunt sese in spolijs, ac bonis illius de beneficijs acquisitis, in quorum possessione est ecclesia, vel Christus, vt erat prælati ante, ita hodie Camera, quæ locum prælati obtinet, habet interdictum vnde vi. sicut tutor nomine pupilli, vel quilibet administrator nomine ecclesie, per iura per eundem Inno. ibidem adducta.

Immo parietes ipsius ecclesie, vel ipsa ecclesia parietibus circumdata, & consecrata, & hodie Camera Apostolica in spolijs loco ecclesie, vel prelati suffecta, & subrogata, videtur ius habere, & possidere, & vindicare etiam mortuo prelato, vel collegio secundum opinionem Moysis Archiep. quem refert glos. in fin. in d.l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine.

Facit id, quod habetur per eundem Inno. in capit. ex parte. de arbitr. prima col. & per eundem capitulo in presentia. ex. de probatio. vbi dicit, quod licet prebende ius vacet, res tamen, & iura pertinentia ad prebendam non vacant, imo possidentur ab ecclesia, etiam dum viuit prebendarius: quia possidet illa nomine ecclesie, vt not. in capitulo ex litteris. de probatio. facit Bald. in Margarita. in ver. mortuo. idem Bald. in l. minus. ff. de hereditibus instit. sequitur Abb. d. capitulo cum esset. vers. quarto principaliter. de testam. idem Abba. in capitulo cum super. de cau. poss. & proprie. quarta col. quia dominis non currit prescriptio, tex. 31 cum glos. in l. male agitur. C. de prescriptio. 30. anno. in glos. ibi est autem ratio predictorum, quare non prescribitur a dominis, quia ipsi habent possessionem, & possidenti non currit prescriptio, per Abb. in capitulo vigilanti. prima col. ibi addo tamen ad predicta notabile dictum extra de prescriptio.

Vnde si possessio rerum ecclesie, & spoliiorum, vt vides per mortem clerici, vel prelati non vacat, quia semper est penes Christum, penes ecclesiam, penes parietes ecclesie, & hodie penes Camera, non possunt ab aliquo prescribi, quia non possunt ab aliquo possideri, quia vnius rei possessio, nec civilis, nec naturalis penes duos insolidum esse potest. l. 3. §. ex contratio. ff. de acquir. possess. Dynus in reg. sine possessione. de reg. iur. vers. preterea autem. & in fin. vbi pulchre. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commoda. cum glos. ibi in ver. dominium. Spec. in tit. de resti. spoliat. §. primo. vers. item circa. & quia tempus non est modus perdende possessionis. l. si mulieri. ff. 33 quibus mo. usufruct.

Vnde, nec prescribi possunt, quia sine possessione non procedit prescriptio capitulo siue de reg. iur. in 6. quia possessio est substantia prescriptionis, qua deficiente deficit actus prescriptionis. per Abb. capitulo illud. secunda col. vers. ad cuius declarationem. in fin. ex. de prescriptio.

Item, quia quando Papa declarat, bona relicta per clericum, acquisita de beneficijs, esse spolia, & esse, ac fuisse Camere Apostolicę, vtitur modo verbo spectasse, vel spectare, modo pertinuisse, vel pertinere, vt videtur est in Bulla Pauli Tertij edita super spolijs Anno 1531. nonis Ianuarij ibi

ibi, spectasse, & spectare, illaque tanquam ad ipsam Camera spectantia, &c. & in Breui Pij iij. sub Dat. Romę die tertio Iulij 1560. ibi, ad Camera Apostolicam spectare, & pertinere, decreuit & declarauit, & paulo post, ibidem, ad ipsam Camera pertinentium, & in Bulla eiusdem Pij Quarti edita anno 1560. nonis Februarij, quę incipit Bulla confirmationis, & innouationis priuilegiorum, &c. ibi ad eandem Camera, & non alios spectasse, & spectare, ac sub nomine spoliiorum venire, illaque tanquam spolia ad eandem Camera pertinentia, &c. quę Bullę sunt in fine huius laboris insertę. item in Bulla eiusdem Pij Quarti edita super declaratione spoliiorum anno 1563. nonis Nouembris, quę est inserta in secunda questione. quę verba pertinere, & spectare vnius, & eiusdem significati, & promiscue, vnum pro 34 altero ponitur, vt videre est in Bullis, & affirmat Marius Nizola locutionum latinarum Ciceronis magnus enucleator, in suo repertorio in verbo specto, vbi delarando significatum verbi spectat, exponit id est pertinet, attingit &c. quibus verbis vtendo Papa, denotat & intendit, quod spolia spectent, & pertineant ad Camera Apostolicam pleno iure, tam quoad proprietatem, & dominium, quam quoad possessionem, quod Camera in illis habeat dominium, & possessionem, quia id videtur 35 importare verbum pertinere, de sui natura, quod latissimum est, & importat, tam illa quę sunt nostri domini, quam illa, quę alio aliquo iure possidemus. l. verbum pertinere. ff. de verb. sig. per Inno in cap. cum ecclesia Sutrina. de caus. possess. & proprie. vbi dicit, quod per verbum pertinere, positum in commissione, vel in libello, censetur, & intelligitur deductum omne ius in iudicio, tam quoad proprietatem, quam quoad possessionem, quam etiam alias quouismodo parti competens, & intentatum iudicium, tam quoad petitorium quam quoad possessorium. per tex. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & ibi glo. per Abb. in cap. primo. de sequest. poss. & fruct. tertia col. vers. sed circa. idem Abb. cap. cum contingat. ex. de decim. primo not. sequitur Alex. in conf. 4. 2. 4. vol. vbi dicit, quod tale verbum positum in libello, importet petitorium, & 36 possessorium secundum Feder. de Senis. conf. 283. incip. consilium latum. in glo. & Abb. in cap. inter dilectos. de fide instru. Rota decif. 396. in nouis incip. si comittatur causa. vbi propter verbum pertinere positum in commissione, inclinatur Rota, quod intelligatur commissa causa tam quoad proprietatem, quam quoad possessionem, & tam in possessorio, quam in petitorio, vnde si spolia spectant ad camera, tam quoad dominium, quam quoad possessionem, & si dominium, & possessio est Camere Apostolicę, non videtur quod in illis procedat prescriptio, quia prescribens non habet in illis dominium, titulum, vel possessionem



tionem, quæ sunt penes alium, unde penes eum esse non possunt, quia dominium, & possessio in solidum non est reperiri penes plures, sed penes vnum tantum. l. si ut certo. §. si duobus. & ibi gl. in verbo dominium ff. commoda. & quod nostrum est ad alios siue facto nostro transferri non potest. l. id quod nostrum de reg. iur.

Item potest dici alia ratione, & alio fundamento, quod spolia non possunt per quenquam præscribi, quia negari non potest, quin spolia, quatenus a fructibus beneficiorum, non ab illicitis negociationibus prouenientia non sint bona ecclesiastica de fructibus ecclesiæ, vel occasione ecclesiæ, acquisita, quæ debent ecclesiæ, vel in ea successoribus referuari capitulo præsentis. de off. ordin. in sexto. quæ nullo modo possunt alienari, vel sunt alienari prohibita. 12. quæstione secunda. sine exceptione. & tota illa cau. & quæst. & toto tit. de rebus ecclesiæ non alien. ac d. cap. præsentis. & res prohibita alienari, est prohibita vsucapi, & præscribi. not. gl. in l. ubi lex: de vsucap. tex. in l. alienationis verbum, de verb.

37 signifi. ubi dicitur, quod alienationis verbum continet vsucap. merito

38 spolia non vsucapiuntur, aut præscribuntur, quia qui contra iura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere capit. qui contra. de reg. iur. in 6. & l. qui ius. de reg. iur.

Item, & alia ratione, quia detentores spoliatorum, vel occupatores sunt occupatores, & detentores rerum Cameræ, & sedis apostolicæ, quia spolia sunt applicata cameræ, ut per extrauagantes per Pontifices factas in materia spoliatorum, & detentores huiusmodi sunt excommunicati etiam excommunicatione maiori, capitulo si quis. de rebus ecclesiæ non

39 alien. cap. indignum. 12. q. 2. & prout in annuali processu, vel Bulla in cæna Domini nuncupata in singulo anno in hebdomada sancta coram Papa legi solita, & in Bulla Pauli Quarti contra occupatores bonorum Cameræ Apostolicæ sub Datum Romæ 1556. Kal. Nouembris Anno secundo. unde in huiusmodi tractatur de periculo animæ, & in illis in quibus tractatur de animæ periculo, non currit aliqua præscriptio, per

40 Spec. in tit. de sent. §. 2. vers. & not. merito per aliquem spolia præscribi non possunt, quouis temporis spatio interueniente.

Item, & alia ratione, quia spolia ecclesiastica sunt de prouentibus bonorum ecclesiæ, & Deo dicatorum acquisita, ut de se patet, & semel dicata Deo, nec in totum, nec in parte ad vsus humanos, aut prophanos reuerti possunt, reg. semel Deo dicatum. de reg. iur. in sexto. me-

41 rito, nec etiam per viam præscriptionis, quia illud quod vna via, & directo prohibetur, non debet alia via cæteri permissum, per regulas iuris.

Item Camera Apostolica: ad quam hodie spectant spolia relicta per clericos

eos decedentes, respectu clericorum decedentium in quibuscunque locis remotis, longinquis in qualibet mundi parte, de quorum obitu nullam habet notitiam, vel habere potest, dicitur ignorans & absens, & ignoranti & absenti, qui habet dominium & possessionem in re, veluti habet Camera Apostolica in spolijs, quæ succedit hodie loco ecclesiæ, prout dicimus supra, non currit præscriptio aliqua, per text. in l. male agit. C. de præscrip. xxx. anno. & glo. ibi in ver. possidentibus. per Abb. in cap. vigilanti. de præscriptio. ibi addo tamen notabile dictum quod præscriptio currit contra absentem, & ignorantem, nisi absens, & ignorans possideat ciuilitate, quia si possidet ciuilitate, non currit contra eum præscriptio. dicta. l. male agit, &c. glof. est notab. in §. sed aliquando instit. de vsucap. in verb. seruum, & ignorantiam, si sit iusta & probabilis, licet non impediatur præscriptionem, regulariter est subueniendum, argumen. cap. illorum. de sent. excommunicationis. ver. circa. per Abb. d. loco.

Merito potest dici, quod Cameræ Apostolicæ in spolijs non currat præscriptio, ex quo in illis semper retinet dominium, & possessionem, & in isto casu propter impedimentum ignorantiam, æquiparatur, ac æquiparari potest non valenti agere, cui non currit præscriptio. l. sed & si per Præto-rem. ff. ex quibus cau. maior. late per Abb. ubi disputat regulam in capitulo ex transmissa. extra. de præscriptio.

Stantibus tot contrarijs in hac materia, quæ est multum difficilis, puto distinguendum esse, an videlicet spolia possideantur ab aliquo, qui sciat illa esse spolia ecclesiastica, & ad Cameram Apostolicam, vel ecclesiam spectare, & pertinere, puta ad hæredes clerici defuncti, vel alio eius immediato successore, aut ab alio, qui id nesciat, sed bona fide accipiat, putans tradentem dominium esse, & qui de mala fide, etiam ex post se perueniente redargui non possit.

Et primo casu puto dicendum, quod spolia non possunt vllò, quantumuis longissimo tempore ab illo vsucapi, vel præscribi, attento eius animo & mala fide, cum qua fuit ingressus, & cum qua detinet possessionem rei alienæ, quoniam nulla antiqua dierum possessio iuuat mala fide possidentem: capitulo vigilanti. extra. de præscriptio, quia

44 mala fides illius, indistincte vitiat præscriptionem, ubi præscriptio causatur facto possidentis. per Abb. ibidem vers. an autem. secunda col. quia dicit Bal. in l. res creditoris. C. de pignor. actio. secunda quæstione, quod præscriptio impeditur per scientiam rei alienæ, quam habet etiam bonæ fidei possessor, exemplum dat in creditore possidente pignus, qui habet bonam fidem, cum habeat pignus a domino, idest a debitore, tamen, quia scit pignus alienum, nullo tempore præscri-

hic ipse, nec hæres, quia in d. primo casu, talis hæres successor, vel occupator, potest dici inuasor rerum ecclesiæ, & inuasus non currit præscriptio. notatur, & summatur in capitulo nihil. de præscriptio. vbi Abb. vers. venio ad glos. per text. in capitulo licet. in reg. 16. quæstione 3. & 93. dist. illud. glos. d. capitulo nihil. & contra talem scienter inuadentem spolia, & bona ad ecclesiam, vel Cameram spectantia, competunt

46 Camere interdictum unde vi, actio furti, remedium legis si quis in tantam, & alia, de quibus per Innocen. in capitulo cum in off. de testam. quia mala fides, tamen principio, quam post superueniens, semper impedit præscriptionem. d. capitulo vigilantia. capitulo si diligenti. capitulo fin. extra de præscriptio. vbi glos. in ver. tam canonica. dicit secundum vnum intellectum ad illum text. quod omnia iura ciuilia, quæ tractant de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, quæ procedunt etiam cum mala fide, in odium rei suæ negligentis, in mala fidei possessoribus non tenent hodie, per illum tex. artenta causa peccati, quia

47 quod non est ex fide, peccatum est, d. cap. fin. & per glos. d. capitulo si diligenti ext. eod. in vers. bona fides. quæ dicit illud generaliter verum est, quod secundum canones bona fides præscribentis necessaria est: siue de re spirituali, siue ciuili: subdens ibidem, & fides bona intelligitur, cum accipiens credit tradentem esse dominum, vel habere ius distra-

48 hendi, licet erret in facto. l. bona fides. ff. de verb. signif. & hæc bona fides semper præsumitur, nisi probetur contrarium, cum lex dicat præsumi ignorantiam, nisi probetur scientia. ff. de probatio. verius, & alias vt ibi per eandem glos. nec etiam iste talis successor habet titulum,

50 qui pari modo, de iure ciuili in præscriptione rerum ecclesiæ requiritur, & est necessarius, quia non possunt præscribi res ecclesiæ sine titulo, & bona fide, etiam in præscriptio. 40. an. & etiam de iure canonico

51 veteri, vt per Dyn. in reg. possessor. de reg. iur.

Secundo vero casu, quando accipit bona fide, putans tradentem dominum esse, & habere ius distrahendi: qui rei veritate non fuerit dominus: sed fuerit in mala fide, ego puto subdistingendum esse, quod, vel ille est successor singularis, vel vniuersalis: quia si succedit in rem singularem, vsucapit, & præscribit, etiam cum mala fide sui auctoris. quæ ei in nihilo nocet. glos. est notab. in. §. furtiuæ. instit. de vsucapio. in vers. comperat per Abb. in capitulo nihil. secunda col. de præscrip. ibi, secus in præscrip. longissimi temporis 30. vel 40. annorum: nam illa procedit etiam in inuasus, & violentis, si successor sit singularis, & fuit bonæ fidei possessor, & velit a se incipere præscriptionem, vt not. glos. d. §. furtiuæ quoque res. pro hoc facit text. in l. sicut. & l. omnes. C. de præscriptio. 30. annorum, ad quam glos. est additio in fine, sed hodie vitium

tium personæ nocet singulari successor. per authen. malæ fidei. C. de præscrip. long. temp. propter quam additionem videtur perverti sensus omnium, quæ superius glos. dicit: sed illa authen. loquitur, & intelligitur in præscrip. 10. vel 20. an. vt Felin. in cap. si diligenti. quinta col. in fi. vers. dum glos. bona fides.

Si vero non sit singularis successor, sed vniuersalis in omnibus spolijs, dicit Dyn. in reg. possessor. circa fin. quod talis successor, si habuit bonam fidem præscribit, non obstante quod eis actor, & defunctus malam fidem habuerit, si tamen velit a seipso præscriptionem inchoare de æquitate canonica: sed imo videtur contrarium verius, quod si iste vniuersalis successor habuit auctorem malæ fidei, eius mala fides ei noceat, qui successor vniuersalis non præscribit de iure ciuili, si

§ 2 defunctus habuit malam fidem, etiam sine violentia. l. cum hæres. ff. de diuers. & tempo. præscrip. quia censetur eadem persona cum defuncto, vt in authen. de iure iur. a morien. præst. per ea quæ dicit Abb. in capitulo nihil de præscrip. tertia col. vbi respondendo ad iura adducta per Dyn. reprobatur talem illius opinionem, & tenet indistincte, quod hæres vniuersalis non potest præscribere cum mala fide sui auctoris defuncti, quia hæres, cum ius suum causat a defuncto, censetur eadem persona cum defuncto, idem Abb. in d. capit. si diligenti.

§ 3 & ibi Felyn. col. quinta vers. contra opinionem famosam Dyni. vbi recitat, qui teneant opinionem Dyni, & qui teneant opinionem contrariam Dyno: affirmat tamen, quod opinio contraria est magis communis, vt ibi per totam vnam col. ubi dicit saluando, & declarando Dynum, quod oportet, quod mala fides fuerit authoris immediati, non autem mediati. secundum Alex. in. l. Pomponius. ff. de acqui. possess. Item quod opinio Dyni habet locum in terris ecclesiæ, ubi seruatur ius canonicum, non in terris Imperij, ubi seruatur ius ciuile, per Angel. in. l. si ego. §. si pactus. ff. de publi. in rem actio. Item opinio Dyni habet locum in terris Imperij, si hæres non vult uti adminiculo defuncti, quia tunc præscribit cum bona fide, non obstante, quod probetur mala fides defuncti. per Marian. in rub. de cau. possess. & proprie. Item saluatur opinio Dyni in hærede, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia non tenetur restituere illam, quam cum bona fide præscripsit, cum eam habeat ex alia causa, quam hæreditaria, nec vult uti titulo defuncti, neque quoad dominium, neque quoad possessionem, per Alex. in d. l. Pomponius Item saluatur etiam Dynus, quando defunctus non fuisset in mala fide uera, sed præsumpta. puta causata ab errore iuris, quia illa non nocet hæredi, per Paul. de Cast. in. l. nunquam. ff. de usucap. per glos. quam

Bb 2 ad hoc

ad hoc extollit in. l. tutor rerum. in glos. magna. in fine. ff. de admnistr. tuto.

Sed si non adsit mala fides ab aliqua parte, si adsint, concomitantia iuris, 54 & canonum requisita, ego puto quod spolia, & res spoliatorum possint bene prescribi, quia mobilia, immobilia, iura, & actiones, castra, ciuitates, & regna, etiam spectantia ad Papam, & Romanam ecclesiam: spatio temporis prescribuntur, per Abb. in capitulo si diligenti. & glo. & Abb. in capitulo cum nobis de prescriptio. per Felin. in capitulo ad audientiam. col. nona. de prescriptio. ibi per istum text. habes, quod requiritur prescriptio centenaria ad prescribendum bona, & iura vicariorum Romanæ Ecclesiæ, adduximus supra in contrarijs, quia iudicio meo, licet spolia sint, & possint dici res ecclesiæ, & ecclesiastica, tamen sunt res ecclesiæ, quæ possunt possideri iure communi, nec in illis prescriptio contra possessores habetur, vnde sola bona fides, etiam sine titulo sufficit in illorum prescriptione, vt per text. & ibi glos. in capitulo primo. de prescriptio. lib. sexto. ubi secundum Dynum in reg. possessor. de reg. iuris. rationabiliter distinguitur, quia in rebus ecclesiasticis, quæ possunt possideri iure communi, nec prescriptio habetur contra possessores ad prescribendum, sola bona fides sufficit, etiam sine titulo: secus est in illis, quæ de iure communi nequeunt possideri, vel est prescriptio contra possessorem, quia tunc non sufficit bona fides, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat prescribendi, nisi tanti temporis allegetur prescriptio, cuius, contrarij memoria non existat, vt etiam per Abba. in capitulo si diligenti. de prescriptio. extra, exemplum ego darem in rebus sacris, vel spiritualibus, quæ non possunt possideri a laicis, merito etiam nec prescribi nisi cum titulo, velut dicit glos. in capitulo ad decimas. de restit. spol. quod licet persona sit capax iuris decimarum, tamen non potest decimas prescribere, nisi mediante titulo, nec etiam possidere, quod plus est, nisi cum titulo, & titulus legitimus poterit esse donatio Episcopi de consensu capituli, vel legitima prescriptio, p. xl. an. tam de iure civili, quàm de iure canonico, de iure civili per text. in authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccl. de iure canonico in cap. de quarta. de prescrip. & ideo dicit glo. quod laicus, quantocunque tempore percipit decimas in aliqua ecclesia parochiali, si rector illius ecclesiæ spoliauerit illum, non 57 potest laicus contra rectorem intetare interdictum vnde vi, nisi allegat titulum, id est in feudationem ante concilium Lateranen. non autem ante auditur, si allegat prescriptionem: quia non potest prescribere, cum non possit possidere, cum si possideat, possideat contra formam iuris, subdens Dyaus paulo post ibidem, quæro vtrum bona fides requiratur tempo-

tempore contractus, & tempore traditionis, & tempore continuatæ possessionis, dicens, quod de iure civili in titulo emptionis, & venditionis requiritur bona fides, vel probabilis error: qui bonæ fidei presumptionem inducat tempore contractus, & tempore traditionis, in cæteris vero requiritur tempore traditionis tantum. ff. de vsucap. si his qui pro tempore. §. fin. sed de iure canonico non requiretur tempore contractus in his, quæ de iure communi possunt possideri, cum sine titulo prescribuntur, sed tempore traditionis, & continuatæ possessionis, vsque in finem completæ prescriptionis, sed in his, quæ de iure communi non possunt possideri: in quibus prescribendis, requiritur titulus: est dicendum, quod bona fides non requiritur tempore contractus, & tempore traditionis, & tempore continuatæ possessionis, secus in cæteris, nisi post tempus contractus mala fide celebrati error facti probabilis interueniat qui male fidei præcedentis suspicionem remoueat, vt ibi per eum: vbi vide, quando fuit erratum in iure, & quando in facto, etiam quando in iure, & in facto, quæ fides bona, ne, an mala fides arguatur &c. vbi magister aliter per eum.

Nec valet, quod possit allegari, quod spolia vti res ecclesiæ non possunt possideri iure communi; quia res ecclesiæ, iure communi in tertiam personam alienari prohibentur, vnde videntur non posse possideri regulariter de iure communi, stante iuris communis prohibitione, super alienatione, totis titulis de reb. eccles. alienand. Quia responderi potest, quod non est verum obiectum, quod res ecclesiæ sint prohibita a iure communi alienari, sed bene sunt prohibita sine solemnitate, & sine causa, quia cum causa, & seruata solemnitate a iure tradita, quotidie alienantur, & alienari possunt, totis dictis titulis de rebus ecclesiasticis alienand. vnde illæ possidentur, & possideri possunt de iure communi, vt per Abb. in cap. cum non liceat. de prescriptio. col. 3. vers. & circa. vbi dicit, quod res ecclesie non prohibentur alienari simpliciter, & indistincte, sed bene prohibentur sine certa solemnitate: & data bona fide, & excluso iuris errore, in illis procedit prescriptio, si habet concomitantiam suam, vnde ego puto per supradicta, quod spolia prescribantur, & prescribi possint in præiudicium ecclesiæ, & cameræ Apostolicæ.

Sed ego credo, quod spolia, dato quod prescribantur, non prescribuntur, nec prescribi possunt, nisi centenaria prescriptione, quia sunt applicata Cameræ Apostolicæ, & Papæ, vt bona Papæ, & Cameræ, & vti bona ad Papam, & Cameram Apostolicam spectantia, vt per Bullas, & maxime per extrauagantem Pauli Tertij. in materia editas: in quibus Papa videtur verbo spectasse, & spectare, pertinuisse, & per-

tinere, quod verbum de sui natura importat principaliter, non secundario per text. in l. non solum. §. queritur. ff. de procurat. facit l. qui libertis. §. hæc verba ff. de vulgat. & pupill. & per Baldum in l. licet. C. de pact. unde si spolia sunt principaliter applicata Camere, & Papæ, & principaliter ad Papam spectant, succedit illud; quod regulariter dicit Abb. in cap. ad audientiam. extra de præscriptio. quod in spectantibus, principaliter ad Papam non currit præscriptio: nisi centum annorum, quia tanti temporis, & non minoris currit præscriptio contra Papam, & Romanam ecclesiam. cap. ad audientiam. cap. cum nobis. extra de præscriptionibus.

Nec valet illud, quod posset obijci, quod cum camera Apostolica capiat spolia per obitum Prælatorum quarumcunque ecclesiarum de mundo, in quarum locum est successa, & subrogata Camera apostolica in spolijs, Rota decis. 855. in antiquis. incipit. cum Camera. quod propterea iure, & privilegio illarum ecclesiarum, in quarum iuribus succedit, uti debeat, non suo, & sic gaudere præscriptio xl. annorum, non centum, prout qualibet ecclesia gaudet: Quia respondetur, quod immo Papa, licet succedat in loco, & iure privati, tamen debet habere suum privilegium, & habet uti etiam in illa re suo privilegio, saltem in futurum, & à tempore quo succedit, quia si præscriptio incipit contra privatum, & ecclesia illi succedit, præscriptio pendente, præscriptio habet compleri, tanquam contra ecclesiam, non tanquam contra privatum; licet in privati iuribus succedat ecclesia, quia ecclesia utetur iure sui privilegij. per gloss. in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. ubi Bald. secunda col. versic. 7. & ultimo queritur. ubi posita quæstio, an privilegiatus, qui succedit non privilegiato, utatur suo privilegio quantum ad præscriptionem. & tenet quod à tempore, quo succedit in futurum, & pro tempore futuro, privilegiatus habere debeat suum privilegium, etiam in re privati, in qua succedit. Idem tenet Abb. in cap. de quarta. 6. col. vers. sed queritur. ubi dicit, quod gloss. in d. authent. tangit q. sed non firmat pedem. Idem dicit Ioann. And. in cap. primo. de iure patronat. And. de Isern. in constit. regni. in titulo de purgatio. præscript. circa principium. Idem tenet Abb. incap. ad aures. extra de præscript. Idem Bar. in d. authent. quas actiones. ubi ponit & disputat, an privilegiatus utatur privilegio suo contra privilegiatum, licet videatur de iure regulariter contrarium, cum ille, qui in ius succedit alterius, eo iure uti debet, quo ille, cui succedit, cap. is qui. de reg. iur. in 6 & subrogatus sapere debet naturam, & conditionem subrogantis in re subrogata. §. fuerat. instit. de actio. & cessio narius plus iuris in re cessa, &c. sed Papa debet habere à die obitus

Prælati

Prælati sunt privilegium centenariæ præscriptionis, quia statim, quod moritur clericus, rector, vel Prælati, spolia decedentis sunt applicata Camere, ut per extrauagantes in materia editas, & maxime in extrauagan. Pauli Tertij. ubi declarat spolia a die mortis semper spectasse, & pertinuisse ad Camera Apostolicam, utendo verbo spectasse quod est finiti, & perfecti temporis, quod importat canonem lata, non ferendæ sententiæ, per ea quæ late adducimus, in quæstione de privilegio Camere &c. primo privilegio. ante vero obitum Prælati, & in eius vita si quis incipit præscribere pro illo tempore, usque ad diem mortis, non currit præscriptio Camere ad rationem centenariæ præscriptionis, sed ad rationem præscriptionis xl. annorum cuilibet ecclesiæ currentis, ut per gloss. Bal. Abb. Io. Andr. in dictis locis, Unde videtur concludendum, quod spolia, ex quo sunt de spectantibus ad Papam principaliter, non præscribuntur in centenaria præscriptione Papæ, & Romanæ ecclesiæ concessa, quia etiam tanto tempore præscribitur usus fructus civitati relictus per gloss. in capit. nemo 16. quæst. 3. que dicit, quod hæc præscriptio centum annorum habebat locum olim in qualibet ecclesia, sed hodie tantum Romanæ ecclesiæ est appropriata, istud etiam habet locum in ecclesia Nonantulana: gloss. in authent. quas actiones. C. de sac. sanc. eccles. & in omnibus ecclesijs, que sunt de patrimonio Roma. ecclesiæ, Felin. in cap. ad audientiam. de rescriptis.

Sed quomodo ista præscriptio centenaria probetur, vide per Bal. in l. si. C. de sac. sanc. ecclesijs. per Abb. in cap. si diligenti. de præscrip. cap. cum vobis 2. col. vers. 2. principaliter eo. ubi ponit multos modos, primo per instrumenta, & viam constituti, & secundum Bal. quod in præscriptione centenaria sufficiat probatio per præsumptiones, quia directa probatio est difficilis, & per Felin. d. cap. cum nobis. præallegato.

Et ad responsionem, seu concordationem contrariorum devenio: & primo non obstat illud, quod adduxi in contrarium de titulo, ne rei domini. vel templo. quia tempus indefinitum illius rubricæ, per quod videbatur excludi omnis præscriptio, fuit per subsequencia tempora determinatum, & generalitas illius declarata, & limitata per titulos subsequentes, quia post illam rubricam factus est titulus de præscriptione: 30. vel 40. annorum, per quem videtur exclusa, & adempta facultas vendicandi cuique rem præscriptam, vel potest dici, quod illa rubrica loquitur de præscriptione 10. & 20. annorum. non de alijs præscriptionibus 30. 40. & centum annorum, quæ currunt in rebus ecclesiæ, etiam de iure civili. l. fin. & authent. quas actiones. C. de sac. sanc. eccles. quia tali rubrica non obstante, præscribuntur res ecclesiæ, & templorum, ut dictis iuribus, vel quod generalitas illius rubricæ, intelligatur genera-

Bb 4 liter

liter loqui in casibus in nigro contentis.

Nec obstat parimodo illud; quod rerum ecclesie possessio, & dominium nunquam uacet, nec etiam per mortem prelati, quia illarum possessio, & dominium est penes Christum, & ecclesiam uniuersalem, uel particularem, uel quod parietes ecclesie, uel ecclesia ipsa consecrata semper possideat, uendicet, & ius habeat, & quod spolia per uerbum pertinere positum in bullis, spectent, tam quoad dominium, quam quoad possessionem ad Cameram apostolicam, unde cum sint in possessione, & dominio Camere, non uidentur posse ab aliquo possideri, ne sequatur absurdum quod in solidum duo possideant, & duo prescribant, unde nec etiam prescribi. Quia respondetur, quod etiam illa, que sunt in dominio, & possessione alterius, concurrentibus, & concomitantibus concomitantibus prescribi possunt, & prescribuntur, & per prescribentem rei prescripte uel usucapte dominium, & possessio, & etiam dominium, nedum utile, sed & directum, per tex. in l. 3. ff. de usucapio. ubi diffiniendo usucapionem dicit, quod usucapio est acquisitio dominij per continuationem possessionis temporis lege diffiniti. Idem uidetur dicere tex. in l. traditionibus. C. de pact. id quod intelligi debet, etiam de directo dominio, per Dyn. in reg. possessor. de reg. iur. quia appellatione dominij intelligitur de directo l. prima. & secunda. ff. si ager uectigal. uel emphiteo. & hec in usucapione fauore possidentis, in prescriptione uero x. & xx. anno. acquiritur utile dominium possidenti bona fide, propter bonam fidem, quam habet: in prescriptione uero longissimi temporis 30. uel 40. ann. quando cum bona fide, uel contra ecclesiam, uel contra priuatum, sine titulo, quod utile dominium acquiritur, si cut in prescriptione longi temporis, & etiam directum per glo. in l. si quis emptionis. C. de prescriptio. 30. ann. per Io. Andre. in regu. possessor. uer. quartum preponebatur, ubi concludit, quod quoad modum utendi, prescribens acquirit omne dominium, quia potest illa re uti ut uult, & sicut potest quilibet dominus disponere de re sua, & per Innocen. in capit. ceterum. de iudic. extra quod per prescriptionem acquiritur directum, & utile dominium. Idem dicit glo. in authen. nisi. C. de bon. mater. per Archid. in capit. i. de prescrip. lib. 6. per Abb. in capit. ad aures. uer. item facit. ubi dicit, quod ille tex. Facit pro eo, quod per prescriptionem de iure canonico acquiritur dominium utile & directum, &c. & per eundem in rubrica extra de prescrip.

Et per prescriptionem perditur, & acquiritur respectiue possessio rerum, quia licet contra ciuiler possidentem non currat prescriptio l. male agi. C.

C. de prescriptio. 30. annorum. tamē, si scio possessionem meam. naturalem vacantem, ab alio esse occupatam, perditur est naturalis possessio, & si negligo per modicum tempus illam recuperare, perdo etiam ciuilem quia videor suspicari me posse repelli. l. clam possidere. in fin. cum. l. sequenti. ff. de acquir. possess. ubi si uolo ad fundum reuerti, quia vim maiorem timeo, amitto ciuilem possessionem, non ex facto illius possidentis, sed ex uoluntate mea, fac. l. 3. §. si quis nūciat. eo. tit. si ubi ego audis domum meam a latronibus occupatam timore conterritus nolui accedere, amitto ciuilem, etiam si timor esset falsus, ut ibi in glos. per Bar. & Angel. in l. si de eo. §. 1. eo. tit.

Item perditur ciuilis possessio, quando ignoro rem meam ab alio occupatam, & negligo tanta negligentia, quod res quasi perijt. per Bar. d. l. si de eo. §. 1. de acquir. possessione. Item quando ignoro rem meam ab alio occupatam, nec perijt, tunc perditur ciuilis tanto tempore, quo presumor de ea oblitus, ut per Bar. d. loco per Abb. in capitulo uigilanti. ubi Fel. enumerat casus, quibus perditur ciuilis possessio extra. de prescriptio quia. dicit Dynus in reg. possessor. circa finem, quod licet tempus non sit modus perdende possessionis, & contra ciuiler possidentem prescribi non possit, tamen iure cauetur, quod tempus est modus inducendi obliuionem, & obliuio est modus inducendi dispositionem animi, & dispositio animi est modus perdendi possessionem, ut legitur & not. in l. furtum. §. fundi. C. de usucapi. subdens idem Dynus, & propterea dico, quod si ciuiler possidens neglexerit naturalem possessionem per decem annos, uel ultra, quod illa negligentia circa possessionem naturalem, priuat eundem possessionem ciuili, sicut alias cauetur in iure, quod negligentia commissa in adipiscenda, uel recuperanda possessione naturali, inducit amissionem ciuili. l. si ideo. §. si forte. ff. de acquir. possess. & alias, ut ibi per eum unde per hęc non uidentur ob stare argumenta in contrarium adducta quia ad illa, ut uides respondetur.

Nec obstat parimodo illud, quod ex quo spolia, ut res ecclesie sunt prohibita alienari, quod non possunt etiam prescribi, uel usucapi, quia quod prohibetur alienari, & prescribi, & usucapi prohibetur, quia non est verum, quod res ecclesie prohibeantur alienari indistincte, sed bene non seruata solemnitate, & sine causa, per Abb. in capitulo cum non liceat. de prescrip. col. 3. uerf. & circa prescriptione &c. & quod dicit glos. in l. ut lex. ff. de usucap. quod non potest alienari, non potest usucapi, uel prescribi, intelligitur uerum in terminis, quibus loquitur: quia si res minorum, durante minoritate, non possunt alienari, nec etiam possunt prescribi, quia prescriptio uenit appellatione, &

ne, & vocabulo alienationis. &c. vnde contrarium non obstat.

Ad illud etiam: quod adducebamus pro contrario, quod detentores, & occupatores rerum sedis, vel Camera Apostolica sunt excommunicati Bulla in Coena Domini, & alijs iuribus, respondetur, quia Bulla cum iuribus loquitur in scienter occupante, & scienter detinente res Camera, & talem etiam dicimus supra, quod attempta eius mala fide non praescribit.

Nec minus facit, contra quod semel dicata Deo non possunt ad profanos usus remeare, ergo non possunt praescribi, quia res ecclesiae, & etiam spiritualia de iure canonico, & civili praescribuntur, totis titulis. de praescriptio. & regula quod semel, debet intelligi in illis, quae omnino sunt prohibita, vel praeterquam per viam a iure permissam, & concessam.

Nec facit contra illud, quod ultimo adducimus, quod Camera Apostolica, cum non habeat notitiam de morte clericorum, qui in qualibet parte mundi decedunt, aequiparatur ignorant, & absent, cui si retinet civilem possessionem, non currit praescriptio, & aequiparatur parimodo non valenti agere, qui praescriptione rem non amittit: quia respondetur per Dynum in reg. possessor. in fin. quod quandiu absens retinet possessionem civilem, nunquam inchoatur praescriptio contra illum duplici ratione: primo quia contra possidentem civiliter non praescribitur. l. 2. C. de praescriptio. secundo quia, qui possidet civiliter praescribit, ergo alius non praescribit eodem tempore, ne plures insimul in solidum quererent, sed si scio possessionem meam naturalem vacantem, ab alio esse occupatam, si eam negligo per modicum tempus recuperare, perdita est naturalis, & perditur civilis, quia videor suspicari posse me repelli. l. clam possidere. in fin. cum. l. sequen. ff. de acquir. posses. & alias, vt dixi paulo ante. per quod est etiam responsum ad regulam non valenti agere, pro qua vide Abb. in cap. ex transmissa. de praescrip. vbi illam regulam disputat, declarat, limitat, & ampliat multis modis.

Item potest responderi etiam alio modo, quia videtur, quod ignorantia, vel absentia Camerae Apostolicae, non sit modo aliquo in spolijs considerabilis, etiam in quacunque mundi parte decedant clerici, quia eccles. Roman. ad quam spectant spolia, vel Camera Apostolica habet suum Fiscum, per Felin. in capitulo ad audientiam. de praescrip. & per text. in clem. secunda. §. 1. de haeret. vbi Card. not. & hinc regula. 66. lariter vbi que esse praesumitur, & semper, & vbi que praesens glos. not. in. l. 1. C. de quadrienn. praescrip. vnde non potest dici absens, merito non obstat obiectum. Has exceptiones, puto posse opponi & admit-

ti in

si in causis spoliatorum per reos conuentos, contra actionem aduersus eos intentaram, Item puto posse opponi omnes alias exceptiones, vel sint dilatoriae, vel sint peremptoriae, aut cuiusvis generis ad differendum impediendum processum, liti contestationem, sententiam executionem, limitandum, moderandum, seu quouis modo impugnandum, & maxime, quae non cauillose, calumniose, malitiose, & frustratorie opponantur, prout diximus supra in principio quaestionis: si non reperiantur expresse prohibita. Et ex his pro nunc sit absolutum, quod volumus dicere in praesenti quaestione ad laudem omnipotentis Dei, & eius Gloriosissimae Virginis Matris.

S Y M M A R I V M.

- 1 Duobus modis Camera facit spolia.
- 2 Acquisita tempore episcopatus, vel beneficii praesumuntur ecclesiae.
- 3 Praelatus tenetur acquirere ecclesiae,
- 4 Acquisita post beneficium adeptum, ecclesiae acquisita praesumuntur.
- 5 In dubio praelatus praesumitur acquirere ecclesiae.
- 6 Immobilia acquisita per clericum, praesumuntur ecclesiae acquisita. Nec prodest alteri possessio.
- 7 Quilibet ordinari debet ad beneficium.
- 8 Est bona similitudo de vxore ad ecclesiam.
- 9 Negotiator Clericus, vt pestis vitandus.
- 10 Spoliatorum, & reru acquisitarum de ecclesia, possessio est penes ecclesiam.
- 11 Praelatus habet interdictum vnde vi ad bona ecclesiae occupata.
- 12 Praebendarius possidet bona nomine ecclesiae.
- 13 Haeret habent probare, sit ecclesia sit in possessione. Et econtra.
- 14 Clerici simplices, non praesumuntur acquirere nisi intuitu persone.
- 15 Clerici in minoribus, possunt exercere quelibet negocia licita.
- 16 Praesumere negocium in clerico est praesumere delictum in eo.
- 17 Etiam clericus in minoribus prohibetur hodie negociari.
- 18 Sacerdos factus praesumitur beneficiatus.
- 19 Quodlibet beneficium praesumitur habere redditum pro victu duorum.
- 20 Aliquando quis ordinatur ad titulum patrimonij.
- 21 Acquisita ob seruitia sunt clerici propria.
- 22 Distinctio Doctorum pro praesumptionibus faciendis circa spolia.
- 23 Industria aequiparatur patrimonio clerici.
- 24 Administrator perpetuus praesumitur acquisisse ex administratione.
- 25 Spolia capiuntur a Camera legitime, & per actus solemnes.

26 An

- 26 An Camera scienter occupans bona haredis, incidat in constitutio. l. si quis in tantam.
- 27 Prelatus non preiudicat ecclesie, si possessionem rei ecclesie legat alteri, vel dimittat.
- 28 Non est presumendum heredem velle alio modo possidere, quam ut defunctus.
- 29 Cautela pro heredese immiscente in bonis clerici defuncti.
- 30 In illicite per clericum acquisitis, non est presumptio pro Camera.
- 31 Acquisita per Clericum, numquam presumuntur ex negociatione.
- 32 Negocia sunt prohibita tantum beneficiatis.
- 33 Probet Camera, si pretendat acquisita esse ex negociatione.

De probationibus & seu presumptionibus pro capienda possessione Spoliorum faciendis.

QUESTIO XV.



MORTVO clerico, vel prelato, heredes omnia bona illius, uti propria simpliciter, & temere nulla habita distinctione occupant, illorumque possessionem indistincte in damnum ecclesie, & hodie Camere apostolicę, que illius loco succedit inuadunt, & in illa se confouent, allegantes vel defuncti omnia bona, sibi fuisse in testamento a defuncto relicta, vel illa clerico ex patrimonio, vel alio modo obuenerunt, ut in illius successionem ab intestato et de iure habeant, ita & taliter, quod si ecclesia, vel Camera Apostolica contrarium pretendat, illorum ob temerariam occupationem, inuasionem, seu detentionem necesse habeat probare de suis iuribus, contra iuris debitum. Et quia in tali causa sepe suboriuntur dubia, Camere ne an vero heredibus incumbat probatio, tam in petitorio, quam in possessorio, merito mihi visum fuit, non esse extra propositum hanc de presumptionibus, & probationibus faciendis in causis spoliatorum questionem ponere, ut constituto pro qua parte sit presumptio, & Camere ne, a vero heredi onus probandi incumbat, & uter bona clerici, vel illorum possessionem illo defuncto, licite capere, vel apprehendere possint, abstinere habeant heredes ab occupando, vel usurpando res, que ad eos non spectant, & bona clerici defuncti detentando, ad onus superflue probationis Camera Reuerendam indebite non astringant.

Et cum duobus modis hodie Camera faciat spolia, per viam videlicet acquisitorum

Iquisitorum de beneficiis ecclesiasticis, & per viam negociationum, & alias illicite acquisitorum, prout diximus in prima questione presentis materie: primo loco attingendo relicta per clericos, acquisita de ecclesiis, & bonis beneficiorum. Vnde, quod quocumque relicta, vel remanentia post mortem clerici, acquisita per eum, sint & esse intelligantur ecclesie, & ecclesie vel Camere acquisita, per text. qui dicit ad litteram in cap. primo. 12. questione 3. ubi habetur, quod Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicumque clerici, quecumque comparauerint, vel adquisierint post adeptum ordinem, vel tempore sui episcopatus, presbyteratus, vel clericatus, debent ecclesie conferre, alioquin tenentur crimine, tamquam inuatores rerum dominicarum.

Et in capitulo quicumque sequitur. habetur, quod clericus, vel sacerdos tenetur acquirere sue ecclesie, quia si Prelatus negligit acquirere ecclesie, & maluit sibi quam ecclesie, imputatur ei, & de hoc tenetur ad instar tutoris, quia non debet preponere utilitatem suam, utilitati ecclesie ut per text. & gloss. ibidem.

Idem videtur dicere Abbas in capitulo presbyter. de pecul. cler. in finalibus verbis & in capitulo sacerdotes. ead. 12. questione. 4. habetur, quod si clericus aliquid emit de pecuniis suis, & ecclesie, quod de eo debet conficere instrumentum, ut sciat quantum de suo impedit, & quantum de rebus ecclesie, quia aliter presumitur de rebus ecclesie, & pro ecclesia, ut ibi. facit quod habetur in text. capitulo Pontifices. 12. questione. 3. ubi datum Pontifici, datum ecclesie censetur, unde illud Pontifices computabunt inter res, & bona ecclesie facit. text. in capitulo presbyter. d. questione. 4. ubi presbyter, qui diocesim tenet, de omnibus que comparat ad ecclesie nomen scripturam facere debet, alias remouetur, ab ecclesie administratione. est bonus text. in capitulo primo. de pecul. cler. ubi acquisita per presbyterum post presbyteratus ordinem adeptum, iuris ecclesie censentur.

Et acquisita per clericum post clericatum, de quibus ex sui natura, & qualitate in vita potest disponere, & ordinare, si decedat non disposito, vel ordinato de illis, vadunt illa ad ecclesiam, cui presuit, vel ubi fuit clericus, aut minister text. est in capitulo quicumque. 12. questione. 3. facit quod habetur in authent. de ecclesiast. rit. §. interdicimus. ubi interdicuntur episcopis, & personis ecclesiasticis simpliciter disponere in cognatos, vel alio modo, de bonis post episcopatum, vel ordinem adeptum, quouis modo acquisitis, quia sunt & intelliguntur esse ecclesie, & ecclesie per eum acquisita.

Hoc idem dicit Io. and. per dicta iura in capitulo cum in officijs. de testam. ubi: de his que acquisiuit post clericatum, presumitur quod in iura ecclesie

tis nomine.

Merito videtur semper præsumendum pro ecclesia, & agentes Camera possunt capere possessionem relictorum per clericum, quia non videntur alienam possessionem capere, sed suam continuare, quia clericus etiam viuens illa possidet, nomine ecclesiæ, non suo, vt per Innocen. in capitulo in præsentia. extra de probatio. vbi dicit, quod licet ius præbendæ vacet, non tamen vacant res, & iura pertinentia ad præbendam, i. 12 mo etiam possidentur ab ecclesia, etiam dum viuit præbendarius, quia possidet illa nomine ecclesiæ not. in capitulo ex literis. de probatio. tex. ad literam in capit. sine exceptione. 12. quæst. secunda. vbi habet, quod clericus utitur rebus ecclesiæ, non uti sibi commendatis: ergo in istis taliter per clericum, acquisitis, probabit hæres, si de contrario prætenderit, vnde sese non intromitet possessionem, vel proprietatem præoccupando, vel inuadendo, stante præsumptione, quousque de meliori iure suo contra Cameram non docuerit, quia dicit Hostien. in cap. vnico. vt ecclesia beneficia. &c. quem refert ibi Io. de Imo. quod quando ecclesia petit bona, quæ clericus tempore mortis possidebat, videtur quod hæres conuentus habet probare, quod non sunt bona ecclesiæ, &c.

Sed videtur, quod non præsumatur, neque pro ecclesia, neque pro hærede in bonis per clericum, vel prælatum acquisitis, & post mortem relictis sed pro eo qui est, vel reperitur in possessione onorum, vel sit hæres, vel ecclesia, vnde non possidenti, vel extra possessionem existenti incumbit probatio, est bona glo. in capitulo quicumque. 12. quæstione 3. vbi habetur, quod si ecclesia sit in possessione, hæredes habent probare. sed si hæredes essent in possessione, oporteret ecclesiam probare de iure suo ead. cau. quæstione 5. cap. primo. in fin. & eadem cau. quæstione prima sint manifesti. ibi, Vel dic, quod si post mortem episcopi ecclesia inuenitur esse in possessione rerum per clericum relictarum, hæredibus incumbit onus probandi, sed si hæredes sunt in possessione, tunc ecclesia probabit 12. quæst. 5. in fin.

Idem sentit glof. in cap. primo 12. quæst. 5. in glof. fin. ibi ideo episcopo incumbit onus probationis, quia illa erat in possessione, & ibi in margine allegatur Bal. in authen. ex testamento. 7. col. 11. vers. C. de collat. & quod notat Bart. in l. si inter. ff. de rebus dub. Io. And. in addit. ad Specul. tit. de act. §. primo. ver. sed quid si dubitatur. moderni legistæ. in l. cum fundus §. seruum. in fin. ff. si cer. pet.

Sed pro intelligentia materiæ, & pro concordatione contrariorum istorum, ego puto dicendum, quod aut defunctus fuit clericus simplex, nudum officium habens, vel beneficium, aut fuit beneficiatus præsumptiue

sumptiue, veluti si in sacris, aut ad sacerdotalem ordinem promotus: aut beneficiatus apparenter, veluti prælatus: & primo casu videtur quod in bonis relictis, sit præsumendum, & sit præsumptio facienda pro hæredibus, quia iste cum non fuerit Prælatus, sed clericus simpliciter, creditur acquirere intuitu personæ, non ecclesiæ, quando ad hoc quærendum, scilicet nomine ecclesiæ nullum habuit officium, ideo suo nomine quætere videtur, si aliunde habet bona, quam de ecclesia: vnde eius hæres legitimus, licite post eius mortem bona relictæ occupabit, dicunt Io. And. Innocen. & Hostien. d. capitulo cum in officijs. de testam. secundum aliquorum opinionem, quam omnes attestantur esse non malam, & eam sequuntur: clerici. n. iuquunt simplices, qui nullum in ecclesia habent certum officium, siue dignitatem 14 non præsumuntur acquirere intuitu ecclesiæ, sed personæ, vnde & hæres suus legitimus succedit eis ab intestato, argumen. capitulo requisiti. §. fin. de testam. ex. quia clerici in minoribus constituti non beneficiati, minime prohibentur exercere quælibet negocia secularia, alias licita, vt per Abb. in capitulo primo, ne cler. vel monac. vnde ob hoc posset dici, quod pro tali clerico esset præsumendum, quod potuisset acquirere ex negotiationibus, & ex negociando, si negociari potest quod videtur contra regulam, quam facit Abb. in capitulo primo. de pecul. cler. & capitulo cum esses de testam. 11. col. num. 26. vbi dicit, quod clericis est in distincte prohibitum negociari, & præsumere quod clericus acquisierit ex negotiationibus, est præsumere in eo crimen, & 16 delictum, sed intellige pro concordatione de alto clerico, quam de simplici, puta de in sacris constituto, de ministro altaris, & de beneficiato, vt per eundem Abb. ibidem.

Et potest clericus in minoribus impune redire ad seculum, & laicare, quia apostasia in eo non consideratur, quia impune potest seculariter viuere, & renunciare in totum ordini clericali, & si non verbo, saltem 17 facto exercendo actum omnino contrarium, vt docetur per Abb. in capitulo tuæ. de apost. ex. Sed negociari, & negocia secularia exercere, prohibetur clericus toto tit. ne cler. vel monac. & etiam tacito modo constitutione Pij Quarti. de qua diximus ad longum in quæstione, quæ negocia sint præmissa, aut interdicta clericis. vbi inseritur copia dictæ constitutionis. Sed de præsumptione in clericos, quoad negotiationes, dicemus infra in præsentia quæstione.

Si vero sit beneficiatus præsumptiue, puta, quia defunctus fuerit in sacris ordinibus, vel ad sacerdotium promotus, videtur quod circa acquisita relictæ per eum, sit præsumendum pro ecclesia, & Camera, & quod si hæredes aliquid prætendant ipsi de eorum iuribus probare

Cc habent

habeant, unde nec bona occupare, nec in illis se intromittere debent, quia talis defunctus, ex quo fuit ad sacros ordines promotus, vel sacerdos factus, fuit præsumptiue beneficiatus, & illum habuisse
 18 beneficia præsumitur, quia ad tales ordines regulariter, de iure ordinario promoueri non debet, nec potest sine titulo beneficij, de quo necessaria vitæ percipiat, per text. ad literam in d. capitulo episcopus. idem dicit text. in capitulo cum secundum Apostolum. §. licet autem. capitulo de monac. capitulo suis quæstionibus. extra. de præben.
 19 capitulo accipimus. de ætat. & qualitat. & beneficium præsumitur habere redditum saltem pro vita duorum. capitulo vt quisquis. de vit. & honest. cler. Card. in cons. decimo & Card. in capitulo fin. col. 2. de præsumpt. Felin. in capitulo constitutus. col. j. vers. & subdit. Hier. Gig. in tract. de pensio. quæstione. 9. in fine. Sed quia non semper intulatur ad beneficium ecclesiasticum d. capitulo accepimus. cum similibus quia etiam aliquando promouetur ad ordines sacros sine titulo beneficij, puta quando ordinatus habet in bonis suis patrimonialibus subsidium vitæ. vt per text. in capitulo episcopus. de præben. vbi notat glo. in verb. subsidium, quod potest ordinari ad titulum patrimonij. Et quia etiam si non habet ex patrimonio, unde viuat, debent ei, de suo necessaria victui subministrari per episcopum, vel per eum, qui ordinauit eum, quousque ei in al qua ecclesia convenientia stipendia militiæ clericalis assignet, capitulo non licet, & d. capitulo episcopus. de præben. & d. capitulo cum secundum Apostolum. §. licet. vbi glo. in verb. donec. d. capitulo accepimus de ætat. & qualitat. & melior glo. in cap. suis quæstionibus. eo. in verb. patrimonibus. vbi dicit, quod si patrimonium, ad cuius titulum fuit clericus promotus periret casu, vel alluione, quod episcopus ei tenetur providere de beneficio ecclesiastico, quia cū iste ad seculum redire non possit, redundaret in opprobrium ordinis clericali-
 lis arg. 93. dist. Diaconi. & capitulo Ioannes. de cler. conjugat. habetur in glo. in capitulo si quis ex. de simonia. in verb. per triennium. l. itis attentis, non videtur quod præsumptio circa bona relicta per talem promotum sit talis, quod non possit admitti probatio in contrarium, & quod hæredes si ista probare intendant non debeant audiri, & illorum probationes admitti. imo stante, quod non semper ad titulum beneficij, sed etiam quotidie fit promotio ad titulum patrimonij, non videtur præsumendum pro ecclesia, & Camera, cum non probat hoc esse, quod hoc contingit abesse. l. quod attinet. C. de probatio. Et maxime, quia etiam ratione clericalis dignitatis, prout talis sacerdos multa sibi acquirere, puta, vt cum pro missis dicendis fuerint sibi legata centum, vel ducenta contemplatione sui ipsius, non autem ecclesiæ,
 iuxta

iuxta distinctionem quam facit Abb. in hoc articulo in capitulo cum in off. de testa. vel cum fuerit capellanus alicuius Principis, qui & ex hoc multa acquisisset, vt per eund. Abb. in cap. cum esses. in repet. de testam. col. xj. §. sed contra. ver. quid autē in acquisitis. quia de taliter acquisitis, quia sunt sibi data in recompensationem laboris, & sui seruitij, & sunt sibi proprie acquisita, potest pro libito in vita, & testamento dispo-
 nere, & in illis etiam ab intestato decedente, suos hæredes succedere. vt per Abba. d. locis, facit decisio. Rotæ in antiquis 263. incip. nota, quod qui rubricatur clericus qualiter probetur &c. Vbi secundum Io. Andr. in capitulo licet. de sent. excom. lib. sexto. habetur quod licet possessio clericatus, sine alia probatione tituli, inducat præsumptionem, tamen in beneficialibus præsumptio non est sufficiens ad adiudicandum beneficium, nisi verus titulus probaretur, super quo cogita pro hoc membro distinctionis.

Sed si fuit beneficiatus apparenter, puta episcopus, vel Prælatus. Abb. in capitulo vt vnus de pecul. cler. vbi ponit & disputat, an bona, quæ emit beneficiatus nomine proprio, intelligantur acquisita hæredibus, an vero ecclesiæ, & in capitulo cum esses. in repet. de testam. col. 10. vers. unde, complectendo omnia &c. bonis rationibus reprobata distinctionem, quam in hoc casu faciunt Io. Andr. & Hostien. ipse sic distinguit: quod aut constat prælatum habuisse patrimonium: aut non constat: aut dubitatur, & si dubitatur subdistinguit: quod aut dubitatur an habuerit unde potuerit acquirere illa bona, de quibus est lis & contentio: aut nõ habuit illa bona de quibus est contentio, tempore suæ promotionis ad

22 Prælaturam vel beneficium.

Et quoad primum membrum distinctionis præsentis scilicet quando certum est, quod habuit patrimonium tempore promotionis ad prælaturam: & tunc potest constare, ex quibus redditibus illa bona acquisierit, de quibus est contentio: aut non potest vel dubitatur.

Et primo casu, si potest, bona erunt illius, ex quibus redditibus erunt acquisita 12. quæstione 3. capitulo quicumque. capitulo inquirendum. extra de pecul. cler. capitulo sint manifesta. 12. quæstione prima. si non potest, quia dubitatur, ex eo quia sacerdos, aut prælatus fuit permixtum, & promiscue vsus patrimonio, & rebus ecclesiæ, quod facere non debuit, quia debuit res suas tenere segregatas a rebus ecclesiæ, & de eis singulariter inuentarium facere: capitulo sint manifesta. debet primo deduci, quantum verisimiliter prælatus potuit expendere in victu suo, & suorum, & pro ecclesia, deinde præsumptio est, quod illa bona sint acquisita, tam ex redditibus proprijs, quam ex redditibus ecclesiæ: & ideo cum debeant in rei veritate inter hæredem, & ecclesiam æqualiter

diuidi, ita etiam pari modo pro utroque erit in casu isto presumendum. Vnde uterque poterit sine aliquo periculo occupare, cum tam pro Camera, quam pro hærede, tunc præsumatur, & hæc possunt intelligi habere locum quando facultas patrimonij, & beneficij bonorum illam acquisitionem patiebatur æqualiter, iuxta not. Inno. in capitulo cum in officijs. de testam. & facit quod in simili not. glo. in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.

Et dico æqualiter, quia vnum in hoc non debet præualere alteri, ad hoc, ut sit æqualis præsumptio, quia si patrimonium sit sufficiens ad acquitendum illa bona in totum, vel in partem, ecclesia vero non, nec in totum, vel in partem, tunc est præsumptio pro hærede, & ecclesia vel Camera habet tunc probare, quia cessat præsumptio capit. primo. de pecul. cler. & capit. primo. 12. quæstione 4.

Vel est contrarium, quia ecclesia erat opulenta, & sufficiens ad acquirendum, patrimonium vero vel industria personæ erat tenue, & tunc est presumendum pro ecclesia, & habet locum præsumptio. capitulo primo præallegato. quia tunc si prætendat aliquid hæres, probare habet, quia omnis præsumptio est pro ecclesia, & Camera: facienda, si vero uterque erat sufficiens, puta ecclesia, & patrimonium, & industria personæ, quæ hoc casu æquiparatur patrimonio, & est ut patrimonium, & succedit in locum patrimonij: & tunc secundum plus & minus erit facienda diuisionis, ponderationis, & præsumptionis consideratio: & diuisio, & præsumptio fiet secundum qualitatem vtriusque. secundum qualitatem patrimonij, vel industriæ, & rerum ecclesiæ: & patrimonij, & industriæ, & rerum ecclesiæ, si omnia ista insimul concurrerint, & ponit exemplum Abb. ecclesia habebat in redditibus trecentum, patrimonium ducentum, potest addi ex industria ducentum lucrabatur, Prælati, detrahat de redditibus tantum, quantum potuit expendere pro suo victu, & suorum defunctorum. Sed non facias expensas, nimis delicatas, quia de redditibus ecclesiæ habet expendere clericus pro suo victu, & patrimonium, & alia sua præseruare, pro ut late fuit dictum supra in quæstione ex quibus præsumatur cler. acquisisse, & pone quod istæ expensæ ascendant ad centum, præsumptio, tunc insurgit, quod de bonis ecclesiæ in acquisitione impenderit ducenta, de patrimonio alia ducenta de industria, alia ducenta, sic fiet æqualis præsumptio, & æqualis diuisio, & si minus percepisset de patrimonio, minus de industria, minorem partem de acquisitis haberet, & minus etiam præsumetur.

Et hoc, inquit, intelligo in casu, quo Prælati emisset, vel acquisisset, nomine suo, quia non est sibi credendum, ex quo facultates ecclesiæ exuberant

berant, & non apparet, in quem usum sint conuersæ, sed si non habet, neque patrimonium, nec industriam, præsumitur tunc pro ecclesia, ut per Cyn. in authen. licentiam. C. de episcopis & cler. vbi idem sentit in administratoribus rerum secularium, nam dicit quod si administrator erat perpetuus, & nihil habebat, ex administratione acquisisse præsumitur: si vero temporalis erat & reddebat computum administrationis, tunc non præsumitur acquisisse ex administratione, sed potius ex sua industria: secundo casu principali, scilicet, quando non constat, & certum est, quod nihil in patrimonio habebat: & eo casu est videndum, an habuerit aliquod artificium, vel scientiam, vel doctrinam, ex quibus potuisset acquirere, & tunc idem dicendum, prout diximus de patrimonio: quia per omnia idem est dicendum de industria in isto casu, quod dictum fuit de patrimonio. ut per Abb. d. capitulo ut vnus. de pecul. cler. Aut non habebat industriam, siue doctrinam, vel artificium aliquod, & tunc fit omnis præsumptio pro ecclesia, secundum dispositionem capituli primi. de pecul. cler. & capituli primi 12. quæstione 3. Aut dubitatur, an aliquid habebat defunctus, tempore quo fuit promotus, & sumus in tertio membro principali: & tunc, aut dubitatur, utrum habuerit aliqua bona, ex quibus potuit ista acquisita comparare, & præsumitur pro ecclesia: vel dubitantur, an acquisierit ista bona, de quibus est contentio, antequam promoueretur, vel post promotionem, & tunc pro nemine est presumendum, sed ille, qui erit in possessione, erit tuendus, & defendendus quousque per alium de contrario probetur, hæc Abb. d. repetit. in capitulo cum elles. de testam. & c. ut vnus de pecul. cler. subdens paulo post Abb. in d. repetit. ex istis tales elicio conclusiones: prima est bona per clericum beneficiatum, & patrimonium habentem acquisita, in dubio acquisita præsumuntur, tam de redditibus proprijs, quam de ecclesiæ bonis. Alia conclusio est, si dubitatur, an bona clerico decedente dimissa, sint acquisita ante promotionem ad beneficium, vel post, hæres clerici in possessione defendatur, quousque de iure ecclesiæ constiterit, vel Camera. Idem dicitur de ecclesia, vel Camera, si sit in possessione, quia ex quo parimodo est pro ea, vel esse potest præsumptio, in eadem possessione venit tuenda, & manutenenda, quia verba Abbatis, quod hæres est defendendus in possessione, intelligitur si hæres in possessione reperiatur, & ideo ita præsumendum in istis casibus esse dicit Abb. ne fiat captiosa præsumptio, tam contra hæredem, quam contra ecclesiam, aut Cameram in hac materia: si opponatur, quod beneficium fuit tenue, vel quod fructus, sunt diminuti, debet opponens hoc probare, quia præsumitur de contrario, per text. in authen. de æqualitate dot. §. si autem fortuita. per Ang. in cons. 270. incip. Bonifacius.

nifacius. in vltima col. Calder. in tit. de probatio. conf. 10. Card. in capitulo fin. de præsumptio. in 2. col. per Andre. Mocenigum in additio. ad Felin. in capitulo proposuisti. de probatio. sed quia hodie hominum laicorum & secularium multum excreuit malitia, & temeritas, qui etiã vsq; ab antiquis tēporibus semper clericis infesti, & molesti fuerunt cap. clericis. de eccles. immunitat. qui non habito respectu, quem debent ad religionem, & sanctimoniam, nullo iure res ecclesiæ occupant, inuadunt modis quibus possunt, ecclesiam, & Cameram defraudantes, & quia etiam quidam clerici contra canonum dispositionem, & eorum conscientiam, quotidie ecclesiam defraudantes res illius cognati, & consanguineis suis applicant, & appropriant, facientes cantare instrumenta, & contractus emptionum factarum de rebus ecclesiæ, in personam patris, fratris, vel consanguineorum, vt per Cardinalem Zabarellam in capitulo final. de pecul. cleric. circa fin. videtur ob hoc esse melius, & æquius in causis dubijs dictæ distinctionis, præsumere semper pro ecclesia, & Camera tantum, non autem pro hærede.

Et ecclesiam vel Camerã apprehendere debere possessionem spoliatorum, & in illa manuteneri potius, quam hæredem, vt per glos. in capitulo secundo. de success. ab intesta. in vers. morientium. vbi tenet, quod in rebus acquisitis intuitu personæ, si sint distinctæ, succedunt consanguinei decedentis clerici ab intestato, si vero sint permixtæ cum rebus ecclesiæ distinguit, quod aut dubitatur, an habuit proprium, vel certum est, quod habuit si dubitatur semper pro ecclesia est præsumendum, & totum semper vendicabit ecclesia, &c. & per doctrinam, vel regulam generalem Innoc. in capitulo cum in officijs. de testam. vbi in fine primæ col. dicit, quod relicta per clericum, de quibus potest dubitari sint ne hæredum, vel ecclesiæ, debent occupari ab ecclesia, quia pro illa præsumitur. Quæ doctrina, & illius verba, videntur generalia, quoquomodo dubiteretur. vel dubitari possit, vnde videntur etiam posse extendi ad casus distinctionis Abbatis, & etiam doctrinam Ioan. Andr. & Hostien. d. loco Dicunt enim ibi Innoc. Io. Andre. & Hostien. generaliter, quod si clericus intestatus decedat, bona relicta occupantur hoc modo, videlicet, bona ecclesiæ occupat ecclesia, illa de quibus est certum quod fuerunt testatoris occupat hæres, ea de quibus dubitari potest, cum pro ecclesia præsumatur occupabit ecclesia. Id quod sentire, & sequi videtur Bal. in l. cum ipse. C. de contrahend. emptio. vbi dicit, quod clericus, aut emit nomine ecclesiæ, aut nomine suo, aut dubitatur: primo casu acquirit ecclesiæ possessionem, & pro-

& proprietatem: secundo casu acquirit sibi, & hæredibus suis, tamen si de bonis ecclesiæ emit, debet ecclesia conseruari idemnis, alioquin in subsidium vendicat rem emptam de pecunia sua, in quacunque persona cauet instrumentum. Tertio casu, scilicet, quando dubitatur, dicit Innocentius, inquit idem Bal. valde eleganter, quod in dubio videtur emisse nomine ecclesiæ, & est ratio, quia tenetur acquirere ecclesiæ, & ideo in dubio præsumitur fecisse, quod debuit facere, intelligendo maxime de Prælato cuius ad hoc est officium, dicimus. in quæstione ex quib. præsum. & si bona aut pecuniæ de quibus agitur, tempore mortis episcopi, vel Prælati erant intra domus episcopatus, in quibus habitat episcopus, quamuis post mortem fuerint asportatæ, præsumendæ sunt ecclesiæ. Ruin. conf. 156. primo videndum lib. 4.

Quia per eundem Innoc. & alios, ecclesia Prælati mortuo, si occupat bona, ipsius Prælati nomine empti ignoranter, non incidit in pœnã constit. l. si quis intantam. C. vnde vi. quia iustam causam habet ignorantia, & contrariæ præsumptionis, cum enim præsumantur, inquit, idem omnia acquisita de bonis ecclesiæ. Item cum quicquid emit Prælati præsumatur emisse nomine ecclesiæ, vel nomine ecclesiæ emere debeat, si aliud non appareat, debeo potius præsumere fecisse illud, quod ius præcipit quam contra ius, scilicet quod emerit, & possederit nomine ecclesiæ.

Id quod non est dicendum in hærede clerici defuncti, qui occupando incidit in pœnam. d. l. si quis. qui occupans non excusaretur, vti ecclesia, quia pro eo non facit præsumptio, sicut facit pro ecclesia, de cuius bonis semper præsumitur Prælati acquirere; vide per glos. in l. etiam. in verbo merito crediderint. C. de donat. inter vir. & vxor. & in authen. licentiam. in ver. probatum. C. de episcops & cler. in Spec. de stat. monac. cum alijs similibus. & dicit D. Quintilianus Mandosius vir Doctissimus, & rerum Romanæ Curie peritissimus, in sua praxi signaturæ gratiæ, in rubrica, licentia testandi & spoliatorum concessio: quod in causis spoliatorum, commissarius Apostolicus possessionem bonorum mobilium, & immobilium assequi solet non expectata declaratione, an defunctus testamentum condiderit, & an illud facere potuerit, vel super quibus bonis facere potuerit, & consanguineos, siue clerici defuncti hæredes, si quid prætendunt contra Cameram agere, seu experiri necesse est, eius opinio mihi placet per supradicta.

Pro quo cogita, quia ecclesia, & Camera legalius, & magis legitime se intromittit in rebus spoliatorum, quam faciant hæredes mortui, quia Camera apprehendit spolia auctoritate iudicis commissarij describen-

do inuentario particulariter omnia bona, & per eam conferuantur, percipiuntur itidem fructus, redditus, & prouentus eorum, & pari modo conferuantur omnia legaliter manu notarij publici cum solemnitatibus in forma requisitis faciendo. Vnde magis, quod suum est potest consequi hæres, & integrius obtinere a Camera Apostolica, quam possit Camera ab hæredibus, qui de facto nullo ordine iuris, vel solemnitate seruata, pauca cum religione, & reuerentia, vt ita dicam, sese intrudunt in bonis, & spolijs, occupando, inuadendo, occultando, assumendo, & defraudando, vt vidi sepe fieri postquam causas spoliatorum audio: sed tamen, quando hæres occupando bona, & spolia per clericum relicta incidat in pœnam, d. l. si quis in tantam. ex cuius dispositione est, quod violenter inuadens possessionem rei suæ apud alium constitutæ, illam tenetur restituere, & dominio eius priuarur, & vbi res sit aliena illam restituet, & in eius extimationem condemnatur, omnino vide per eosdem Innocen. Hostien. Ioan. Andream vbi dicunt, quod tunc demum incurrit hæres dictæ constitutionis pœnam, quando rem, quam quoquomodo ecclesia incipit possidere, scienter, & violenter occupat, vltraque etiam tenetur interdito vnde vi, puta, quia esset emptæ per clericum nomine ecclesiæ, vel alias nomine ecclesiæ per clericum possessa, imo nedum scienter & violenter, sed & si clandestine: est decisio Rotæ quæ. l. si quis. ita interpretatur decis. putei. 33. incip. dispositio. de restitut. spoliat. in manuscriptis.

Si vero clericus testator hæredi relinquat rem, quam emisset, non nomine ecclesiæ, sed suo: vel si alij dictæ rei possessionem tradidisset, vel ipse, vel alius inuitus de illa fuisset expulsus, tunc hæres ab eo institutus, cum possessio fuerit penes clericum testatorem, non nomine ecclesiæ, sed suo, rem illam occupando, non incurrit pœnam. d. constitutionis, quia tunc bene potest occupare absque aliqua suspitione pœnæ.

Idem quoque videretur dicendū de ecclesia, vel hodie de Camera Apostolica, quod si Prælati emit rem suo nomine, si successor, ecclesia, vel Camera ipsam scienter occupat, quod tenetur pœna. d. constitutionis, si
26 leges seculares Cameram ligare possent Apostolicam, vel conditione ex illo canone 16. quæst. 6 placuit.

Si vero ignoranter, non quia iustam causam habet ignorantia, & contrariæ præsumptionis, tum quia clericus quicquid acquirit, prima facie ecclesiæ acquirere præsumitur, tum quia nomine ecclesiæ debet prælati inire contractum, & in dubio debeo potius præsumere, quod inierit contractum nomine ecclesiæ quod est secundum ius, quam
nomine

nomine suo, quod est contra ius.

Si vero Prælati dimittat rem ecclesiæ, inter alias res suas proprias, esto quod post mortem suam inter eas inueniatur, nihilominus ecclesia eiusdem rei ciuilem possessionem retinet, cum ipsam Prælati nomine suo, non
27 nomine ecclesiæ possederit: vnde non præiudicat ecclesiæ si illius possessionem dimittat, vel eam alteri leget.

Vnde ecclesia, vel Camera bene illa occupare poterit, & e contra si illam occupat hæres, incidet in constitutionem, & tenebitur vnde vi, quia ad hoc sufficit, quod ecclesia quoquomodo possidere incipiat, & hoc verum est, quando prælati relinquit, vel dimittit res, quas constat esse ecclesiæ.

Si vero relinquat illa, de quibus potest esse dubium, tunc bene ratione dubij, poterit illam occupare hæres, absque periculo incursionis alicuius in pœnam, puta quando illam acquisiuit prælati post suam promotionem, cum in optione sua fuerit, quando acquisiuit, vtrum illam nomine suo receperit, an vero nomine ecclesiæ, quia quamuis male faceret, si ius ecclesiæ peruerteret, non tamen hoc est præsumendum arg. j. questione 7. sancimus.

Facit etiam, quia ad hæredem veniunt, & per eundem occupari possunt, non solum ea omnia, quæ possedit testator, sed etiam ea, quæ non possedit, puta commendata, depositata, dummodo in hæreditate inueniantur.

Ideoque non incidit occupando illa in pœnam aliquam, vel etiam dictæ
28 constitutionis, cum non debeat præsumi ipsum hæredem aliter ea velle possidere, quam testator possederit, & per consequens, nec proprietate, nec possessione ecclesiam spoliat.

Sed si vult esse tutus hæres in huiusmodi se immiscendo vel illa occupando, faciat protestationem antea actum occupationis, vel in ipso actu,
29 quod talia occupat, vel apprehendit saluo iure ecclesiæ, tam in proprietate, quam in possessione, vt ibi per eosdem Hostien. Io. Andr. & Innocen. vbi etiam ponunt, quæ actio competat hæredi contra ecclesiam occupantem, vel detinentem res Prælati defuncti, & e contra, quæ competat ecclesiæ contra hæredem, vel alium detentorem, vbi videre, & recurrere semper potes.

Ita materia intellecta, & distincta, non habet, vt videmus difficultatem, quia tam primo, quam secundo loco adducta in contrarium sunt conciliata per distinctionem Abb. d. capitulo vt vnus, præallegato, intelligendo prout ipse intelligit, & per eundem d. capitulo cum esset. col. 10. in repetit. vnde remanet sine aliqua repugnantia, vel difficultate, circa quorum concordationem non insisto, quia esset labor sine fructu aliquo,

quo, & penitus inanis: & ista sufficiant pro nunc quantum ad præsumptionem circa spolia prouentientia ab ecclesia, vel a beneficijs ecclesiasticis.

Quia quantum ad illa spolia, quæ facit clericus illicitè negotiando, & ex illicitis negotiationibus descendente, ego credo, quod nulla possit esse vel fieri præsumptio pro Camera contra clericum defunctum, imo quod si Camera aliqua spolia ex huiusmodi prætendat, quod probare ipsa habeat, quia negociari, vel quod quis negocietur, est quod facti, quod regulariter non præsumitur, quia facta non præsumuntur per Doct. in l. sciendum. ff. de verb. obliga. imo clericis est penitus interdicta, & prohibita negociatio capitulo fornicari. 88. distinc. vbi antequam quis sit ecclesiasticus, negociari licet, facta autem iam ecclesiastico non licet, quia id dicunt Apostolica verba, nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, & cantat psalmista Dauid, quoniam non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini.

Et clericum negociatorem veluti quasi pestem fuge, diximus late supra in quæstione illa quæ negocia sint permissa, aut interdicta clericis. in secunda parte disputationis. s. vtrum contrarium. imo nullo modo debet fieri præsumptio, quod clericus ex negocijs acquisierit, quia dicit Abb. in capit. cum esset. de testam. in rep. col. 1. num. 26. quod acquisita per clericum nunquam præsumuntur acquisita ex negotiationibus, quia clericus non est licitum aliquo modo negociari. capitulo fin. ne cler. vel monac. & plene 24. quæstione 3. in summa. & ideo inquit est præsumendum, quod acquisita per eum sint acquisita ex redditibus beneficiorum non ex negotiationibus: quia si ex negotiationibus, præsumeretur crimen in clerico, quod esse non debet, vt ibi per eum.

Idem Abb. in capitulo primo. de pecul. cler. vbi dicit, quod Prælati non præsumitur acquisisse ex negotiatione, quia si præsumeremus in eo negotiationem, præsumeremus delictum, id quod non est sciendum. Idem per Lud. Rom. conf. 159. vbi dicit, quod quæsiisse præsumitur clericus ex fructibus beneficiorum, ne alias dicendo præsumeremus in eo crimen commississe negociationis, vt ibi per eum.

Id, quod non est intelligendum simpliciter, & indistinctè, quia non omnibus clericis est interdictum negociari, & negotiationem facere: sed beneficiatis tantum, & ministris altaris, quos iura prohibent exercere negocia secularia, quia in clerico in minoribus constituto est secus, quia ei non est interdictum negociari, vel negocia secularia exercere, secundum ius commune per doct. Abb. in capitulo. primo, ne cler. vel monac. in finalibus verbis. Vnde in clerico in minoribus constituto, cessat ratio præsumptionis ex prohibitione, vel interdictione, quia

ne, quia ex dispositione iuris, potest quæuis negocia facere, quamuis secus sit ex dispositione Bullæ Pij Quarti, quæ generaliter loquendo cōplectitur, & comprehendit clericos cuiusuis generis, de qua in quæstione, quæ neg. sint permissa & interdicta clericis. Sed qualitercunque sit, ego credo pro nunc, quod si Camera prætendat relicta, & per clericum fuisse ex negotiatione acquisita, quia negociari est facti, quod non præsumitur pro ipsa, imo, quod probare habeat intentionem suam & sibi incumbentia.

SUMMARIUM.

- 1 Interest Camere, quod quis potius præsumatur sacerdos, quam clericus,
- 2 Sacerdos ordinatur ad titulum ecclesiasticum.
- 3 Quis esse præsumitur talis: qualem esse requirit beneficij qualitas.
- 4 Regulariter currit annus ad faciendum se promoueri.
- 5 Quilibet præsumitur esse talis, qualem habitum portat.
- 6 Habitus non facit monachum.
- 7 Maius bonum est in sacerdotio, quam in alijs ordinibus.
- 8 Bonum est obiectum uoluntatis,
- 9 Magis lucrosa, magis desiderabilia.
- 10 Effici sacerdotem est quid facti.
- 11 Illud, quod facti est, non præsumitur.
- 12 Seruitus est contraria naturæ.
- 13 In sacerdotio plura requiruntur.
- 14 In beneficijs præsumptio non est sufficiens ad iudicandum.
- 15 Arcta est uia, quæ ducit ad uitam æternam, & lata est uia, quæ ducit ad perditionem.
- 16 Cogitatio cordis prona ad malum.

An quis præsumatur potius sacerdos, quam clericus.

QVÆSTIO. XVI.



Is volo annectere quæ mihi succurrerunt tunc, & quæ respondi ad quæstionem mihi propositam de quodam clerico defuncto, an esset præsumendum, quod esset clericus tantum, an sacerdos.

Quæ etiam ad materiam præsumptionum in causis spoliatorum faciunt, quia multum interest pro Camera, quod potius presbyter & in sacerdotali ordine quis

quis fuisse præsumatur, quam simplex clericus, quia si presbyter, aut sacerdos, erit dicendum semper, quod fuit beneficiatus, vel apparenter, vel præsumptiue, prout dicimus supra, cum sacerdos non promoueat, nisi ad titulum ecclesiasticum de iure ordinario, unde circa bona per eum relicta, erit præsumptio pro Camera.

Et pro solutione istius quæstionis quærebam ego, an talis clericus fuisset Prælatus, vel alias apparenter beneficiatus, & etiam quærebam de qualitate prælature, vel beneficii, quia si beneficium, dignitas, vel prælatura illius fuisset talis, quod de sui natura requireret altaris administrationem, & ordinis sacerdotalis executionem, & quod non posset consistere in persona, quæ non esset presbyter, vel quæ non haberet ordinis sacerdotalis gradum, puta beneficium curatum, parochiam, & huiusmodi.

Quia tunc indistinctè tenendum putabam, esse præsumendum, quod ille fuisset presbyter, & talis qualem esse requirebat beneficii qualitas, capitulo præterea. & capitulo eam de ætat. & qualitat. capitulo extirpandæ. qui vero. de præben. si tamen a die quo beneficium obtinuit, cucurrerit annus datus ad faciendum se promoueri capitulo. cum ex eo. de electio. in sexto.

Item quærebam de alio an ne incederet talis in habitu sacerdotali, vel incedere visus fuerit, quo casu stante, quod quilibet debet præsumi esse illius ordinis, status, & professionis, cuius habitum gerit, & esse talis qualem habitum portat, l. moueor. & ibi Bar. C. si serui export. veni. videretur pro sacerdotio præsumendum, quamuis propter multa, & frequentem facti contingentiam, in contrarium de hoc est valde dubitandum, quia quotidie videmus canonicos cathedralium, & aliarum ecclesiarum, & etiam clericos, incedere in habitu sacerdotali vestes usque ad talos protensas portantes.

Item in monasterijs videmus regulares indistinctè habitum ferre, nulla facta differentia inter sacerdotes, & non sacerdotes, pariformiter vnum, & eundem habitum gestantes monachalem, quia habitus non facit Monachum. glos. in capitulo ex parte. de conuers. conu. iugato.

Item quia Matthæi 6. legitur: caute a sermone phariseorum, quod est hypocrisis, qui veniunt ad vos in vestimentis, ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces, & diuus Paulus: Sathanas se transfigurauit in Angelum lucis: & lucifer in formam serpentis, Euamque decepit, unde meo iudicio non est in hoc vis aliqua facienda.

Et pro præsumptione sacerdotij, recordor, quod respondendo utebar istis argumentis, quod videlicet vita sacerdotis, & status vitæ sacerdotalis, est

lis, est vita qualitatis magis perfectæ, & gradus, seu conditionis melioris, quia maius bonum in sacerdotio est, quam in alijs ordinibus, habetur in capitulo clerus. 21. distinct. & ibi per Doct. ad cuius officium spectat Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini conficere, orationes dicere, & Dei dona benedicere. capitulo perfectis. 25. distinct. ergo vita magis appetibilis, magisque desiderabilis propter perfectionem, & bonitatem, cum quilibet magis appetere debeat illud, quod est magis bonum, quam illud, quod est minus, sic Luc. quinto Christus magis laudauit vitam contemplatiuam Magdalene, quam vitam Marthæ, quia est vita nobilior ratione finis, & ratione obiecti, ut habetur Arist. in secundo Meth. 4. & primo. de anima. probat. Sanctus Bonaventura in primo sentent. distinct. prima, vrens hoc argumento bonum est amabile, magis bonum magis amabile, ergo summum bonum, summum amabile, quia bonum est obiectum voluntatis, & hæc rationes fuerunt Platonis in libello de pulchro, & huius sententiæ est S. Thomas in prima parte summæ ergo magis inesse, & adesse in appetente præsumitur, vel præsumi debet, maxime, si appetens fuit etatis habilis ad sacerdotium.

Item illa, quæ maius lucrum, & maiorem commoditatem afferunt, ex quo sunt magis appetibilia, & magis desiderabilia hominibus, parimodo magis in homine inesse præsumi debent, quale est sacerdotium, & Presbyteratus, quæ in ecclesia debent habere de iure commoda propensius, & largiori manu propinata, quam clerici, diaconi, & alij ordines inferiores per text. in capitulo consuluit, quod est capit. vltimum 79. distinct.

Quia ad similitudinem, & exemplum gradum, & dignitatum secularium, singulis maioribus gradibus ecclesiasticis, maiores dignitates, & maiora præmia debentur. tex. & glo. in cap. si officia. 59. distinct.

Quia inter alios ordines ordini sacerdotali maxime datur beneficium, vel titulus quia ad illum regulariter iure ordinario promoueri nemo debet nisi titulum habeat, vel beneficium, ut supra diximus. ergo &c. Hæc recordor, quod adduxi pro præsumptione sacerdotis.

Sed rem sese aiter habere, de iure tenui: quia imo non pro sacerdotio, sed pro clerico, & clericatu tantum est præsumendum, quia cum effici sacerdotem sit quid facti, ut de se patet, & quod facti est nunquam præsumitur. per Doct. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. merito non potest dici, quod sit pro sacerdotio præsumendum.

Item quanto magis est facti in aliquo negotio, tanto minus præsumitur, & si minus facti negotium habet, magis præsumitur, nam aucto subiecto, augetur qualitas, & diminuto diminuitur qualitas, ut per Doct.

Doct. in capit. similiter. §. de manfo. si de inuest. feud. fuer. & in l. 4. ff. de cond. & demon. Sed magis, & plus facti habet sacerdotalis ordo, quā clericatus, nam sacerdotalis præsupponit alios præcedentes per Specul. in tit. de ætat. & qualitat. ergo & c.

Item natura fecit homines magis proclives appetentes, & inclinatos ad statum liberum, quā ad obligatum, magis ad vitam liberam, & laxiorem

12 quam ad vitam strictam facit. l. arianus. ff. de actio. & oblig. quia vita subiecta, est contraria naturæ, quia seruitus est contra naturam. §. ius autē inst. de iur. nat. gen. & civil.

Merito non videtur præsumendum pro sacerdotio, quod requirit ordinariæ vitam multis regulis & ordinationibus subiectam, quod repugnat naturæ, quæ regulariter libertatem appetit, & subiectionem abhorret.

Item ex eo etiam non est præsumendum pro sacerdotio, quia ad illud obtinendum plura requiruntur, quæ de facili non reperiuntur in homine: idoneitas videlicet iuætatē, in moribus, in scienciâ literarum capit. eam re. & toto tit. de ætat. & qualitat. per quæ putauit quod non esset in dubio præsumendum pro sacerdotio, imo quod quis potius esset præsumendus clericus, quam sacerdos.

Pro quo in hac materia facit Decisio Rotæ 263. in antiquis que est rubrica clericus qualiter probetur. vbi habetur quod Rotæ opinio est, vbi clericus fuit in possessione per aliqua tempora, & vixit vt clericus, sufficit probare possessionem clericatus, licet alias per literas, & testes non probetur titulus: contrarium videtur in decis. eiusdem Rotæ in antiquis 864. in cap. mortuo. de testam. vbi clericatus habet plene probari, sed intellige hoc, vt in fine dictæ decisionis.

Et licet possessio clericatus secundum Io. Andr. ibi allegatum, sine alia probatione tituli, inducat præsumptionem, tamen in beneficialibus præsumptio non est sufficiens ad iudicandum beneficium, nisi verus titulus probaretur. Nec obstat illud: quod vita magis perfecta, est magis appetibilis, & magis desiderari debeat, secundum dogmata religionis christianæ: quia non valet consequentia, est appetibilis, vel magis appeti debet, ergo inesse magis præsumitur. Quia imo videtur contrarium quia ex quo est magis perfecta, magis difficilis videtur, p̄ illud Matthæi 7. arcta est via quæ ducit ad vitam æternam, & pauci sunt, qui ingrediuntur per eam, ergo minus inesse in homine præsumitur, quia septies in die cadit iustus.

Et multò difficilius inveniuntur homines sancti, & vitæ sanctæ, quam peccatores, quia homines magis ad malum, quam ad bonum natura inclinatur,

inclinatur, sensus. n. & humani cordis cogitatio, in malum prona sunt ab adolescentia, 8. gen. & in authen. de monac. §. si vero. ibi humana n. natura labitur quodammodo ad delicta, merito dici potest quod contrarium non obstat. Nec minus obstat illud, quod secundo loco adduxi, quod ex quo gradus sacerdotalis magis honoribus, & præmijs honoratur quam ceteri ordines, magis desiderari, vel appeti debet quia ex hoc non inferatur pari modo, ergo magis in homine inesse præsumitur: quia multa bene desiderantur, quæ tamen a desiderantibus, vel appetentibus non obtinentur, vel habentur, diuitiæ, honores, dignitates non habentur, quâdoque tamen cum difficultate obtinentur, nisi alicui sit prospera fortuna. Quia ad obtinendum sacerdotiū non requiritur solum, quod quis velit fieri sacerdos, sed multa alia, de quibus supra. Quæ regulariter in quolibet homine non reperiuntur, aut inesse præsumuntur, quia cum illis homo non nascitur, puta morum, literarum & ætatis idoneitas, quod sit legitimus: item aliorum præcedentium ordinum in eo existentia, merito illud in aliquo non contrariatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Spolia sunt res ecclesiæ.
- 2 Camera Apostolica subrogata est in spolijs, loco ecclesiæ.
- 3 Ecclesia habet fiscum.
- 4 Fiscus Papæ est Camera Apostolica.
- 5 Verbum spectasse importat canonem latam sententiæ.
- 6 Lex promulgata per tempus præteritum importat canonem latam.
- 7 Verbum presentis temporis in dubio est canon. lata.
- 8 Spolia sunt applicata Camera ipso iure.
- 9 In causis spoliatorum non requiritur sententiâ diffinitiuâ, sed declaratoriâ.
- 10 In causis spoliatorum, admittitur appellatio facta deposito.
- 11 Fructus percepti de rebus spoliatorum, sunt Camera a die vacationis.
- 12 Casus in quo adhuc non declaratus delinquens, non facit fructus suos.
- 13 Dominium spoliatorum, transit in Camera sine traditione.
- 14 Dominium, & possessio spoliatorum est penes Christum, & ecclesiam.
- 15 Acquisita per clericos: illicite sunt spolia.
- 16 Non est necessaria sententiâ declaratoriâ, quando est notorium, spolia provenire ex beneficijs, vel ex illicite negociatis.
- 17 In spolijs non currit præscriptio nisi vt contra ecclesiam.
- 18 Præscriptio contra Ecclesiam, currit spatio 40. annorum.
- 19 In rebus mobilibus ecclesia nullum habet privilegium.

- 20 Possessor tenetur ad omnia spolia, & ad annexa.
 21 Spolia ante sententiam non possunt alienari.
 22 In spolijs occultus possessor afficitur.
 23 Debitorum spoliatorum, non debent soluere possessori, sed camera.
 24 Confessio circa spolia facta, non potest reuocari.
 25 Vbi sententia est lata a lege, non potest reuocari confessio.
 26 Spolijs alienatis non agitur rescissoria: sed rei vindicatione.
 27 Debitor spoliatorum, non potest purgare moram.
 28 Cum debitore spoliatorum confesso, non agitur mitius.
 29 Vide, quando confessus, & conuictus purificentur.
 30 Spolia possunt peti, etiam si constitutio spoliatorum abierit in desuetudinem.
 31 In causis spoliatorum potest quis allegare de iure tertij: quia conuentus potest dicere, quod res spectat ad Camera.
 32 In sententia excommunicationis, regulariter factum hominis requiritur.
 33 Dicitio ex tunc importat canonem lata.
 34 Verbum incurrat, importat pœnam ipso iure.
 35 Camera apostolica potest cedere iura potentiore, causa iudicij mutandi.
 36 In causis spoliatorum, etiam mulier potest esse testis, procuratrix, & arbitrix.
 37 Vbi tractatur de salute animarum, non disputatur de apicibus iuris.
 38 Emens spolia, non tenetur soluere aliqua vectigalia.
 39 Obligatus exigere spolia, si deficit tenetur de suo.
 40 Spolia possunt exigi, etiam conditione in specifica forma non adimpleta.
 41 Respectu ecclesie, & Camera attenditur leuior conditio.
 42 Regulariter non est recedendum a verbis testatoris.
 43 Conditio apposita in spolijs resoluitur in modum.
 44 Confessio in spolijs, absente parte facta pro Camera valet.
 45 Confessio Pralati praiudicialis Camera, non valet.
 46 Confessio in vltima voluntate non valet; nisi sit iurata.
 47 Confessio in testamento, etiam non iurata, in fauorem Camera valet.
 48 Camera gaudet suis priuilegijs, in bonis, & in creditis.
 49 Camera contra confessionem, petit restitutionem in integrum.
 50 Valet consuetudo; per quam ecclesia acquirit rerum dominium.
 51 Dominium trāsferitur in Camera, ex solo contractu absque traditione.
 52 Valet in fauorem Camera contractus factus calore iracundię.
 53 Merita, & seruitia debent probari, respectu Camera.
 54 Pro Camera valet promissio: sine stipulatione, siue causa.
 55 In debitis Camera non valet regula, de liquido ad liquidum debet fieri compensatio.
 56 Camera non tenetur de deposito facto penes Pralatum.
 57 Camera potest agere contra illum, qui accepit ecclesiam, non animo se promouendi

- mouendi sed fraudandi.
 58 Occupantes spolia sunt suspensi.
 59 Camera in soluendo debitorum habet prauentionem.
 60 Rei emptæ de pecunia, ecclesie acquiritur Camera nedum dominium: sed actio personalis.
 61 Licet contractus, factus ecclesia vacante, super rebus ecclesie est ipso iure nullus, tamen potest ratum haberi si sit vtilis.
 62 Camera potest opponere exceptionem non numeratæ pecunie semper, & omni tempore.
 63 Camera potest vti pro libito legibus ciuilibus.
 64 Solum cedit adificio facto de pecunia Camera.
 65 In causis spoliatorum, potest procedi etiam ferijs indictis in honorem Dei.
 66 Mulier obligata pro spolijs, non iuuat se beneficio velleiano.
 67 Camera agit hypothecaria contra tertium possessorem, non discussio principali, & contra fideiussorem non discussio principali.
 68 Camera vtitur priuilegijs minoris.
 69 Camera petit restitutionem in integ. ex duplici capite.
 70 Contra Camera iustus titulus non excusat.
 71 Camera non potest renunciare restitutioni in integ.
 72 Camera lesa restituitur ante sententiam.
 73 Camera reus tenetur exhibere etiam ad fundadam eius intentionem contra seipsum.
 74 Quilibet admittitur ad intentandum interdictum, pro rebus Camera recuperandis.
 75 Quilibet agit pro iniuria illata Camera.
 76 Quilibet potest agere pro Camera, etiam sine mandato.
 77 Camera habet regressum contra male administrantes res suas.
 78 Camera potest exigere debitum ante diem, soluto interuursorio.
 79 Camera creditrix, vel debitorum non tenetur cauere.
 80 Verba in iudicij interpretantur in fauorem Camera.
 81 In dubio pronunciat in fauorem Camera.
 82 Camera agit de euictione ante rem euictam. i. ad interesse.
 83 Camera eligens vnā viam, illa ommissa diuertit ad aliam.
 84 Inuadens spolia est sacrilegus.
 85 Prædia acquisita de spolijs, sunt exempta.
 86 Pro rebus Camera agi potest ex officio, & iudex supplet in his, que sunt facti.
 87 Pactum, vt quis ingrediatur propria auctoritate, non ligat Camera.
 88 Quilibet potest stipulari pro Camera.
 89 Pro Camera agitur ex sola pollicitatione.

- 90 Omnes contractus Camera, sunt contractus bonæ fidei.
 91 Impossibilitas non vitiat promissionem factam Camera.
 92 Camera etiam per alternatiuam stipulationem acquiritur.
 93 Camera læsa ex contractu, venit contra contractum.
 94 Stantibus pluribus instrumentis vno tempore factis, præsumptio est pro instrumentis Camera.
 95 Aedificia, habentia insigna Camera, præsumuntur esse Camera.
 96 Præsumitur in dubio pro hypotheca Camera.
 97 Res inter alios acta prodest Camera, contra regulam.
 98 Potest ferri sententia pro Camera, etiam ipsa non instante.
 99 Exigens plus debito a Camera, tenetur in duplum.
 100 Camera agit ante diem, stante necessitate.
 101 Solutum Camera, etiam ex falsa causa non repetitur.
 102 Camera conuenit in solidum hæredes portionarios.

De priuilegijs Camerae Apostolicæ circa spolia.

QVÆSTIO XVII.



VIA multum facere ad propositum duxi ad causas spoliatorum, & illarum expeditionem scire, quæ, & qualia priuilegia, vel singularia habeant, vel habere possint spolia: Ideo hanc de spoliatorum priuilegijs, quæstionem facere volui, quia ultra specialia, etiam illa omnia priuilegia, & singularia spolijs, & spoliatorum causis cõpetere videntur, quæ rebus ecclesiæ competunt, quia spolia relicta per clericum defunctum acquisita de fructibus, & emolumentis ecclesiæ, sunt res ecclesiæ. est text. in terminis in capitulo relatum. el secundo. de testam. ibi, ijs ea bona, sicut & alia in dei timore dispenset, &c. Et paulo post ibi, licet autem mobilia, &c. & denique facit totus ille text. & de iure nouo, & antiquo, vti res ecclesiæ, & res ad ecclesiam spectantes conseruabantur, & custodiebantur ecclesiæ, vel in ecclesia, seu in prælatura successoris, per text. in capitulo quia sepe. de electio. in sexto. vbi determinatur, quod, tam bona dimissa per Prælatum, quam obuentionia tempore vacationis, & tempore mortis Prælati, nõ vsurpentur modo aliquo per capitulum, conuentum, collegia, vel singulares personas eorundem, sed referuntur.

Item per text. in capitulo præfenti. de off. ordin. in sexto. vbi bona rectorum, vel ministrorum ecclesiæ inuenta post eorum mortem, siue eccle-

ecclesiarum vacationis tempore obuentionia, quæ in vtilitatem ecclesiarum expendi debent, vel successoribus in ecclesia fideliter referuari, &c. & ante ius nouum hoc fuerat, & per iura antiqua statutum per text. in capitulo illud. & capitulo non liceat 12. quæstio. 2. cum ibi glos. vbi habetur, quod bona episcoporum, & Prælatorum decedentium, debent sub custodia fideliter referuari. vbi glo. tradit quomodo, & per quos debeant custodiri: faciunt hic quæ adduco in quæstione de potestate cler. vel præla. ver. in acquisitis. vbi multa deduco, quod acquisita de fructibus, & occasione ecclesiæ, vti res ecclesiæ conseruantur, & custodiuntur, & non alienantur, vel distrahuntur nisi vt res ecclesiæ, & de eis man datur, & statuitur vti de rebus ecclesiæ.

Item est præsupponendum, & præmittendum vnum aliud, quod in locum talis ecclesiæ, aut successoris, hodie subrogata succedit in huiusmodi bonis dimissis pleno iure, Reuerenda Camera Apostolica, prout per constitutiones extrauagantes in materia spoliatorum editas per Romanos Pontifices, vt per Rot. Decif. 855. incip. cum Camera Apostolica. in antiquis. in rubrica de probatio.

Item est etiam præmittendum, quod ecclesia habet fiscum per Bal. in au-
 3 then. bona damnatorum. C. de bon. damnata. & glos. singu. in capitulo quia diuersitatem. in verbo præter. de concess. præben. vbi Butr. & Imo. Abb. Anan. Marian. in ca. excommunicamus. de hæreticis. Card. in clem. volentes. de hæret. §. j. Oldra. in conf. 302. Alberic. de Rosa. in suo dictio. in verbo fiscus. & quamuis aliqui Doctores dubitent si episcopi fiscum habeant, vt Bal. in authen. bona damnatorum. C. de bon. damnata. & Angel. in authen. vt null. iud. §. vt autem. tamen nemine discrepante in hoc conueniunt, ecclesiam Romanam habere fiscum, vt in locis allegatis, qui fiscus Papæ, est Camera Apostolica, vt elicitur ex
 4 capitulo secundo. §. eo tamen prouisa. & ibi glos. Doct. de elect. in clementinis.

Istis ita præsuppositis, & præmissis, est videndum, quia in bulla, seu constitutione Pauli Tertij facta in materia spoliatorum, sub Dat. Romæ tertio nonas Ianuarij Anno 1541. Anno Pontificatus Octauo, adsunt illa
 5 verba videlicet, Declaramus spectasse & spectare, quæ important canonem latæ, non ferendæ sententiæ: quia quando lex promulgatur per participium, vel per verbum temporis præteriti, regulariter est latæ sententiæ. glos. est in capit. quicumque. de hæret. lib. sexto. facit tex.
 6 in capitulo secundo. de testi. cogen. & per alia iura, quia dicit Abb. in capitulo si diligenti. extra de for. compe. & ista sunt verba declaratoria, quæ important canonem latæ, vt per Abb. ibi, si dicat decernimus, &c. imo verbum, aut participium, etiam præsentis temporis, in dubio

7 est canon late sententiæ, dicit glos. in l. si quis maior in §. infamia. C. de transac. & ibi eam sequuntur Doct. Bar. Bal. Saly. & expressius glos. in l. 1. §. afficerentur. C. ne lic. pot. & in l. sicut, in verbo minime. C. de test. milit. & in l. si quis in tantam. in glos. magna. vers. 4. quæro. & ibi Bar. & Angel. C. vnde vi. Bar. in l. iubemus nulli. §. sane si hoc. C. de sacrosan. eccl. col. vltima. & ibi Alex. & authentico. qui semel. ante. fin. C. quomodo & quan. Archid. in capitulo inoluta. col. prima ad fi. r. 1. quæstione prima. Bal. in l. secunda. in addit. in 3. quæstio. & ibi Saly. C. de iure emphit. Sed dubium est, si lex habeat verbum, spectare, quod est infinitum præsentis temporis, & potest trahi ad omnia tempora. glos. Bar. in l. 2. §. stipulatio. in vers. datur. ff. de verb. oblig. Io. And. in præmio libri sexti. Saly. in l. vi. proponis. paulo ante fin. C. de condi. ob cau. tamen in dubio potius ferendæ est, quam late glos. in §. 1. in ver. imminere. in authen. de incest. nup. & in capitulo primo. in ver. sustinere. secunda quæstione 3. Card. Alex. in capitulo primo in prin. quibus mo. feu. amit. Sed hoc dicendum est in dubio: secus in casu nostro, vbi verba sunt prolata temporis præsentis expresse, vbi expresse verba sunt declaratoria. Itē in cōstitutione Pij Quarti sub Dat. Die 7. Decembris 1560. sui Pontificatus Anno primo, sunt ista verba, videlicet incorporamus, & appropriamus, applicamus, illaque applicata, incorporata, appropriataque fore, & esse decernimus, & statuimus. ideo speculemur, an etiam per dicta verba Camera Apostolica ipso iure an vero per sententiam habeat spolia, & certe, cum ponatur verbū sint, cum dictionibus illis incorporata, appropriata, &c. 8 constitutio importat vim, quod ipso iure sint Camere Apostolicæ, per ea, quæ dicit Alex. in additio. ad lecturam Bar. in l. Imperator. ff. de iure fil. vbi dicit, quod vbi ponitur verbum sit, vel erit, cum istis dictionibus excommunicatus, priuatus, & similibus, importat actum ipso iure, nec opus est sententia, allegat text. in capitulo a vobis. de sententia excommu. & capitulo fin. in fine. de tempo. ordin. in sexto. & capitulo quia in omnibus. de vsu. Bal. in l. 1. C. de rit. nup. & hoc ipse pro regula ponit, additque aliquas fallentias, quæ sunt extra nostrum casum ad Bar. in l. 1. ff. ad. l. Iul. de vi. priua. apostillam Barba. ad lecturam Bal. in l. iubemus. §. sane. C. de sac. sanc. eccl. in verbo. Item nisi dicatur sit bannitus. Felyn. in capitulo Rodolphus in vers. publicata sint. de rescript. tamen ista intelliguntur cum modificatione, nam quamuis non requiratur sententia diffinitiva, tamen requiretur declaratoria, Ita Marian. Socin. in capitulo Iudæi. de iudæ. & Cardinalis cons. 128. incip. habui talem punctum, a quodam Cardinali. & in cons. 132. incip. l. presbyter. & Alex. in dicta apostilla ad Bar. in l. Imperator. ff. de iure fisci. & Bal. in l. iubemus d. §. sane. C. de sac. sanc. eccl. Barba. in allegata

allegata apostilla. & Fel. d. capitulo Rodulfus circa fin. qui multum copiose allegat.

Et hoc erit primum priuilegium Camere Apostolicæ circa spolia, scilicet quod non requiratur diffinitiva sententia, sed solū declaratoria, ad quam tamen debet procedi rite, cum ordine, iuris, & ab illa appellatur, vt dicunt Doct. in dictis locis allegatis, sed appellatio hodie non admittitur, nisi facta actuali deposito condemnationis, vt per breue sanctissimi Pij Quarti directum suo generali Thesaurario quod est in fine præsentis tractatus descriptum.

Secundum priuilegium est: respectu fructuum rerum spoliatorum, nam cum sit facta applicatio spoliatorum ipso iure, nec requiratur sententia diffinitiva, fructus ex dicta causa a die vacationis sunt Camere Apostolicæ, nec requiritur sententia, vel diffinitiva, vel declaratoria per ea, quæ dicit Dominic. in cap. felicis. de penis. lib. 6. vbi dicit post Io. And. quod constitutio imponens pœnam ipso iure, per hoc est bona, nam 12 quamuis aliquis non sit declaratus delinquens, tamen interim non facit fructus suos, idem Socin. in cap. iudæo. de iudæis. & Fel. cap. j. de constit. vbi Abb. per Bar. in l. post contractum. ff. de dona. latius Abb. in cap. dilecti. de arbi.

Tertium priuilegium est, nam in causis spoliatorum proceditur summarie, de plano, sine forma, & figura iudicij. sed sola facti veritate inspecta, quæ clausulæ quomodo intelligantur, ad nauseam Doct. in clem. sæpe de verb. sign. explanant, & Bar. in extrauag. ad rep. & specul. in tit. de summa. cogni. Par. de Puteo in tract. de findi. in verbo sententia. Bar. in l. cum filius familias. ff. de donat. dicimus supra in quæstione de modo procedendi &c.

Quartum priuilegium, est nam dominium rerum sub spolio contentarum, transit in Camera sine traditione, & hoc ita probatur, nam in 13 iudicijs vniuersalibus ex sola sententia transit dominium. Bar. & Angel. in l. & ideo. ff. de cond. furti. & Bal. in l. 2. & 3. ff. de publ. & in l. traditionibus. C. de pactis. & in l. j. C. commun. vtri iud. & Alex. in additione ad Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. in verbo dictio. & etiam Bart. ibidem. sed iudicium spoliatorum potest dici iudicium vniuersale, cum in eo contineantur actiones iura, & corpora, per ea quæ tradunt Doct. de dote in rubrica. ff. solu. mat. quod sit iudicium vniuersale, & in rub. ff. de acqui. hære. vbi diffiniunt hæreditatem esse ius vniuersale, & in l. hæreditas. ff. de verb. signi. & in l. pecu. neque potest dici, quod sententia absit, & ideo non transferatur dominium, nam adest sententia legis, quæ ipso iure transfert per Abb. & Fel. in cap. 1. de const. Felin. in d. cap. Rodul. de rescript. nec opus est aliqua sententia diffinitiva

finitiva, vt dicunt Doct. in dictis locis, ergo requiritur necessario, quod dominium transferatur sine traditione: sed dico melius, quod dominium, & possessio rerum spoliatorum, est semper penes ecclesiam, per Innocen. in c. cum super. de caus. possel. & propriet. dicimus supra in quaestione de probatio. & seu praesumptio: & sic penes Cameram.

Quintum priuilegium est, nam quoad bona acquisita intuitu ecclesiae, Camera nanciscitur possessionem illius rei, quae acquiritur sine aliqua apprehensione, quod hoc modo iure probatur: de iure antiquo, haec acquisita intuitu ecclesiae, dabantur successoribus in beneficio, habetur in c. relatum. c. quia nos. cap. ad haec. c. cum in officijs. c. filius noster. de testa. cap. quia sepe. de electio. in 6. c. illud & c. non liceat. cum ibi glo. 1. 2. q. 2. sed per extrauagantes constitutiones postea promulgatas, in istis acquisitis Camera Apostolica succedit. est decis. Rotae 855. in antiquis. incip. cum Camera apostolica. vnde cum sit subrogata loco ecclesiarum, iure illarum uti debet, vt dicunt Doct. in l. si. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. & in l. cu filius familias. §. in hac. ff. de verb. oblig. & in l. pola. C. de his qui. vt indignis. tex. & Doct. in l. fiscus. ff. de iure fil. Bal. in rub. C. de priuileg. fil. sed in praetatum, nomine ecclesiae, de iure Canonum transit possessio. Bar. & Doct. in l. j. in fi. ff. eodem titulo. ergo eodem modo in Cameram, quae subrogatur loco ecclesiae: sed istud quintum priuilegium, posset dici, quod locum obtinet in spolijs acquisitis intuitu beneficiorum, in quibus succedebat ecclesia, cuius persona Camera fungitur, non in bonis acquisitis, respectu negociorum illicitorum, quibus non succedebat ecclesia: sed cum per extrauagantem Pij III. editam super illicitis negotiationibus, quae est inserta in secunda quaest. praesentis tractatus, hodie sint ista pari modo spolia, pari que modo Camerae incorporata, non deberent diuerso iure censerit: quia vb. eadem ratio, idem ibi ius statui debet, vulgatis iuribus.

Sextum priuilegium est, nam neque est necessaria sententia declaratoria, quando est notorium, quod bona fuerunt acquisita respectu beneficiorum, vel negociorum illicitorum contemplatione, per ea, quae dicit Abb. in cap. cum non ab homine. vers. sed certe si subtiliter, de iudic. vbi dicit substantialiter, quod per clausulam ipso iure, vel equipollentem, quando est notorium id super quo lex disposuit, non est opus sententia, nec etiam declaratoria, quia in incertis, non certis opus est coniecturis, cap. 2. de regu. iuris. lib. 6. vnde tex. in cap. cum non ab homine. non dicit aliquid de declaratoria sententia praemittenda, traditioni curiae seculari, quia videbatur notoria incorrigibilitas. in d. cap. facit quod dicit Alber. de Rosa. in 3. par. statu. quaest. 93. nam cum statutum factum esset, vt vulneratus cum armis ad effusionem sanguinis, ipso facto

esto est in banno, & aliud statutum permittebat impunem occidi bannitum, modo quidam interfecit illum, qui vulnerauerat cum armis, antequam per declaratoriam poneretur in banno, quarebatur, an gauderet beneficio statuti ille interfectus, & dixit, quod sic: nec obstabat, quod non praecesserat declaratoria, quia factum erat notorium: quia tantum operabatur sententia legis, quantum hominis. l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicom. lib. Idem dicit Abb. in clem. praesentis. de censib. & in cap. peruenit. el primo. de appell. & ibi Philip. Franc. & ita etiam intelliguntur verba Bal. in l. iubemus. la secunda. in §. sane. ad si. vers. sic. additio tamen. C. de sac. eccle. & ita etiam intelligitur glo. in cap. commissa. in vers. iusto impedimento. de elect. lib. 6. dicens, quod in casu cap. licet canon. eodem tit. potest collator conferre beneficium ipso iure vacans, absque alia pronuntiatione, super priuatione incurfa, est enim notorie incurfa illa pena priuationis. & idem dicit Domi. Lap. allega. 127. & Domi. in d. cap. commissa. §. 1. in fin. allegat in simili Ioan. And. in duobus locis, de quibus ibi, facit etiam glo. ff. in cap. pro humani. de homic. in 6. vbi dicit quod beneficia illorum conferuntur, non vocato possessore: similis casus in cap. vbi periculum. §. praeterea. vers. ipsos de elect. lib. 6. vt ibi Domin. in vlt. notab. & sic per omnia dicta istud sextum priuilegium manet firmum.

Septimum priuilegium est, nam quoad bona intuitu beneficiorum acquisita, non currit praescriptio, nisi eo modo, quo currit contra ecclesiam, ad quam de iure antiquo pertinebant illa bona, quod ita faciliter probatur. Canones dictabant, quod bona acquisita intuitu beneficiorum, peruenirent ad ecclesiam, cuius contemplatione erant acquisita, vt vniuersim Doct. in cap. relatum. & cap. cum in officijs. de testam. dicunt cum similibus: nunc per extrauagantes, & bullas postea emanatas, fiscus ecclesiae Roman. qui dicitur Camera apostolica succedit in illis bonis, ergo, cum hodie sit subrogata Camera loco & vice ecclesiarum, priuilegijs, & praerogatiuis illarum utitur quoad tempus decursum, quoad decurrendum vero iure proprio, vt Bart. Bald. Sali. dicunt in l. si. & authen. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. & Doct. in l. cum filius familias. §. in hac. ff. de verbo. obligat. cum similibus. sed contra ecclesiam non praescribitur nisi spatio quadraginta annorum, vt habetur in auth. quas actiones. & ibi Iaf. & Doct. C. de sacrofa. eccle. & in authen. de eccle. titu. §. pro temporalibus. 9. collat. & text. & Doct. in c. de quarta decimae. & cap. sanctorum patrum. & cap. ad aures. de praescrip. ergo eodem tempore utitur Camera apostolica, ad excludendam praescriptionem, cum loco illarum ecclesiarum quondam succedentium sit subrogata, vt supra probatum est: sed hoc priuilegium limita-

ita, vel præsumpta, propter errorem allegatum, per ea, quæ dicunt Docto. in l. qui. ff. de his qui not. in fa. & l. si tutor. C. de interdi. mat. vbi habetur, quod vbi sententia est prolata a lege, non potest confessio, tanquã erronea reuocari, licet alias reuocari possit. l. diui. ff. de pen. & in §. si ve. 25 ro. auth. de exhi. rei. hæc etiam Bal. in l. error. paulo ante finem. C. de iur. & fact. igno.

Tertiumdecimum priuilegium est: nam cum sit facta incorporatio Camerae de spolijs ipso iure, & sic transferit in eam dominium spoliatorum ex prouisione legis, vt supra probatum est, si hæres, vel possessor spoliatorum alienet aliquid de spolijs, non valet alienatio, nec opus est agere reuocatoria ad rescindendum alienationem, sed statim potest intentare rei vindicationem contra possessorem, per ea, quæ habentur in l. 1. §. sed res. tit. per quos fiat inuest. secus si non esset ipso iure. eod. tit. qual. ol. feu. alien. poterat & mar. & Card. in c. Titius. tit. si de feu. defunc. mi. li. sue. cont.

Quartumdecimum priuilegium est: nam debitor spoliatorum nullo modo potest purgare moram, propter clausulam ipso iure, per ea, quæ dicit Bar. in l. si is cui. de lega. 2. ff. & in l. qui ob rem non defensionem. & ibidem Bar. Bal. Sali. & recentiores. ff. de condi. indebi. voluit glos. in c. vlt. quam ita intelligit & sequitur Bal. ibi. colum. 2. vers. Bernar. tractat hic. de elect. & voluit glo. in cap. licet. in glo. vlt. & ibi Ant. colum. 1. vers. nota quod collatio. & iterum colum. 2. vers. oppono quod hic mora. de suppl. negl. pral. & glos. in cap. vlt. in glo. vlt. & ibi item Ant. in 2. not. eodem tit. & glos. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. in vers. expectari. & ibi Io. Mona. Io. And. Archid. de elect. lib. 6. & glos. in cap. licet canon. §. is. & in verbo priuatus in prin. & ibi Io. Mona. colum. 2. paulo ante finem. & Pet. Anchar. colum. 1. vers. item nota in textu. col. vlt. vers. 4. quæro.

Quintumdecimum priuilegium est: nam licet debitor spoliatorum, debet mitius condemnari confessus, quam conuictus, per regulas, & communes doctrinas: tamen propter clausulam ipso iure, est contrarium per dictum Bar. in l. si id quod seruo. §. 1. vbi & Alex. in addi. ipsius, vbi hoc reputat singulare. ff. de pen. lega. vbi dicunt, quod quando infligitur aliquid ipso iure, aut ius condemner, tunc idem est si sit conuictus, & si sit confessus, & idem Bar. in l. qui ob causam. ff. de rit. nup. & voluit Bal. in l. ea quæ. in 2. quæst. C. de condi. indeb. vbi hoc vocat notabile, & in l. peculium. §. sed & si. ff. de pecu. Pet. Anchar. in cap. perpetuo. circa medium. de elect. lib. 6. & in cap. 1. colum. vlt. de homi. lib. 6. Flor. vbi id dicit menti tenendum in laquila. quæ est secunda. circa medium. ff. ad laquiliam.

Sextum.

Sextumdecimum priuilegium est: nam quando pœna, & confiscatio fit ipso iure vt nostro casu, etiam si constitutio, vel bulla non fuisset recepta, vel 30 iret in defuetudinem, tamen bona spoliatorum possunt peti, per camerã apostolicam, argumento cap. vestra. de loca. & cap. 2. de constit. lib. 6. & cap. catholica. xj. distin. ita voluit Math. in proœmio clein. in §. vniuersitati. de quo vide Card. Floren. ibi. & Io. And. & Ant. in cap. 1. de treg. & pat. Pet. Anchar. in repet. cap. 1. in xij. q. in prin. vers. sed hic quæro reperitur extra. de consti. & Capol. conf. xij. incipiente stante statuto. colum. 3. vers. & licet dictus.

Septimumdecimum priuilegium est: nam cum quis ipso iure non priuatur, sed expectatur sententia, non impeditur interim agere, & prosequi ius suum: secus in spolijs, nam cum sint applicata ipso iure per bullam, hæres clerici, qui tenetur ad dandum spolia Camerae apostolicæ, nõ potest, vel ante sententiam, vel post aliquo modo agere, vel contra cohæredes, vel contra debitores in spolijs exigendis, vt distinguit glo. in l. his consequenter. §. 1. in verbo. non pertinere. per tex. ibi, ad alios quos allegat, & ibi Bar. qui monet hoc esse multum notabile. Bal. & Flor. qui id reputat multum singulare. ff. fami. her. vbi dicunt, quod cum hæreditas auferatur ab indigno ipso iure, nõ potest aliquo modo, vel ante, vel post sententiam agere contra cohæredes: ita dicendum in spolijs, nam cum sint ablata ipso iure ab hærede clerici, & applicata Camerae, non pōt ille hæres exercere iura in spolijs contenta, & Bal. in l. 1. in fi. C. qui. in cau. in integ. rest. non est necess.

Decimumoctauum priuilegium est: nam regulariter de iure tertij non possumus opponere, vbi sententia requiritur ad priuationem, & incorporationem bonorum fisco: secus est in spolijs, nam cum ipso iure incorporantur, potest litigator, qui litigat cum hærede prælati mortui dictum hæredem excludere, dicendo, quod bona non sunt hæredis, sed 31 Camerae, & sic potest opponere de iure tertij contra iuris regulas communes, per ea, quæ dicit Bal. in l. his consequenter. §. 1. & in l. cum seruū. col. 2. & ibi Cyn. & late Franc. Aret. C. de seru. fugit. vbi dicunt, quod cum bona applicantur fisco ipso iure, tunc possessor illorum bonorum agens contra aliquem, potest ille conuentus excludere possessorem opponendo, quod bona non sunt sua, sed fisci, & sic opponit de iure tertij. ita etiam dicendum in camera de spolijs, nam camera fisco summi Pontificis est, vt certi iuris est, & supra probaui. idem Bal. in l. cum mulier. col. 10. vers. de tertio dubito. ff. solu. ma. & in l. 2. post principium. C. quibus res iudicata non nocet. not. in l. indebiti. §. vlt. ff. de condi. inde. & in additione. Speculatoris tit. de loca. §. nunc aliqua, in 46. quæst. & ipse Specu. in eo. §. 47. q. & iterum in 66. q.

Decimum

Decimumnonum priuilegium est: nam regulariter a sententiis appellatur, vt patet per totum ius ciuile, & canonicum, exceptis quibusdam casibus, de quibus. C. quorum app. rec. vel non. per totum. tamen in causis spoliatorum non appellatur, nisi prius facto deposito, & hoc per bullas summorum Pontificum, dixi supra in q. de modo procedendi in causis spoliatorum. & talis dispositio bullæ, quomodo per commune ius interpretetur, & patiat interpretacionem passiuam, possunt considerari dicta Bar. & Doct. in l. 1. §. interdum. ff. a quibus appell. non lic. & Doct. in c. 1. de rescr. & in c. pastoralis. & c. vt debitus. de appel.

Vigesimum priuilegium est: nam in sententia excommunicationis, regulariter requiritur factum hominis, vt per Innocen. Ioan. And. Host. in rub. de sententia excommuni. exceptis aliquibus casibus, de quibus dicunt ijdem Doct. in d. rub. & in cap. 1. eodem tit. & Hostien. in sua summa. & Ioan. And. in cap. eos. de senten. excommu. lib. 6. & in clem. 1. eod. tit. & forte inter istos casus exceptuatos, possumus connumerare excommunicationem, quæ contra detinentes res Cameræ datur, & incurritur, vt possumus notare ex bullis summorum Pontificum, contra detinentes res Cameræ apostolicæ prolatis, & possumus specialiter hoc elicere ex bulla Pauli III. Incipienti. incubentia nobis. sub rub. contra occupatores bonorum Cameræ apostolicæ. nam ibi ponitur dictio, extunc, quæ dictio denotat canonem latæ sententiæ Franc. Aret. in cap. si diligenti. colum. 3. vers. in glos. posita super verbo causam. de for. comp. & text. 33 in c. cupientes. §. cæterum. ibi extunc inchoandum volumus fore suspensos. de elect. lib. 6. & Corn. in consi. 104. licet in hac consultatione. col. 2. vers. licet ergo non fuerit. lib. 1. & tex. in cap. excommunicamus. §. credentes. ibi extunc ipso iure sit factus infamis. & capitulo cum ex eo. in fi. de elect. lib. 6. & alia ratione hoc probatur, nam in dicta bulla ponitur verbum incurrant, quod verbum ita positum, infert penam ipso iure non expectata sententia diffinitiuam, sed solum debet interuenire sententia declaratoria, per illa, quæ habentur per glos. in cap. vlt. vers. pars vero. in verbo incurrat. de officio delegati. lib. 6. vbi dicit, quod verbum incurrat, importat penam ipso iure, & gloss. in cap. eos. de senten. excomm. dum inter casus latæ sententiæ excommunicationis, ponit cap. 1. de religio. domi. & cap. 1. de iniuriis. lib. 6. quæ cap. eodem verbo vtuntur, nec aliud addunt, quod significat latam sententiam & in clem. 1. in verbo incurrant, & ibi Pau. Lau. Imo. Card. Flo. in 27. quæst. de vsuris. & rursus gloss. in clem. 1. in verbo excommunicationis. de senten. excomm. dum inter canones latæ sententiæ allegat clem. 1. de deci. & clem. 1. de vsur. quæ eo verbo vtuntur, sine adiectione dictionis latæ sententiæ, & voluit etiam nuncupatim Corne. consi. 89. viso subscripto. colum. penult.

penult. vers. potest etiam lib. tertio. nec obstat quod multi textus huic verbo, incurrat, addunt clausulam, ipso iure, ipso facto, eo ipso, & sic videntur innuere, quod sine illis clausulis solum verbum incurrat, non importet ipso iure penam, sed per sententiam, vt sunt textus in auct. agri in fin. C. quæ res obl. non poss. & capitulo ultimo extra, ne cler. vel monac. & capitulo vbi periculum. §. nulli. & rursus. §. quod si permiffa. de elect. lib. sexto. & in capitulo fundamenta. eodem tit. & lib. & in capitulo cum ex eod. in fin. eod. tit. & lib. & in capitulo indemnitate. §. porro. vers. sed procuratores eo. tit. & lib. & in cap. secundo de iud. eo. lib. & in cap. vlt. in fine de rebus eccles. non alien. eo. lib. & in cap. quâquam in fi. de censib. eo. lib. sed prima est cõmunis Doct. consentientium authoritati gloss. dicentis, quod importat exequutionem ipso iure, neque sententia diffinitiuam est necessaria: non obstant textus allegati in contrarium, nam vnica responsione tolluntur, scilicet quod ideo verbo incurrat adiungitur clausula, ipso iure, vt magis declararet, & exaggeret voluntatem Pontificis, non vt disponant, & sic non sunt necessaria sed potius declaratoria.

Vigesimum primum priuilegium est: quia licet regulariter, nemo cedere possit sua iura in potentiolem, causa iudicij mutandi l. prima. secunda. 35 & quasi per totum. C. de alienan. iud. mut. caus. fac. tamen si Camera non valeat spolia recuperare a manibus potentis, potest cedere sua iura alteri potentiori, vt ipse recuperet, & recognoscat, prout dicitur de ecclesia, quæ non valens recuperare feudum a manibus potentis, cedit iura sua, alteri potenti, vt ipse recuperet, & feudum recognoscat ab ecclesia per text. quem ibi ad hoc ponderat Barba. in cap. secundo. de feud.

Vigesimum secundum, est priuilegium: quia in causis spoliatorum non appellatur, quia cum causa Cameræ Apostolicæ est causa ecclesie, in cuius locum suffecta est Camera, & est causa pia, & debitum fiscale, in quibus non datur appellatio, arg. eorum quæ notantur per Bar. in l. Ancilla. de alim. & cib. lega. & l. fin. de acq. poss. Idem in causis decimarum quibus debitum fiscale equiparatur capitulo fin. Episcopi 2. quæst. 5. & l. abstinendum. C. quæ app. non recip. & ibi Bal. & capitulo tua de decim. sed de appellatione in causis huiusmodi, dic vt per nos dicitur in quæstione de modo procedendi in causa spoliatorum. & supra decimono priuilegio.

Vigesimum tertium item habet priuilegium Cameræ in causis spoliatorum: quia si vult petere reductionem ad arbitrium boni viri a laudo per laicum, vel clericum, potest hoc facere coram iudice ecclesiastico per doctor. in cap. cum sit. de for. compet. iuncto capitulo 2. de arb. Item habent

36 habent priuilegiū spolia, quia in eorum causis etiam mulier potest esse procuratrix, & arbitrix, & quia in huiusmodi causis tractatur de salute animarum, prout in causis ecclesiarum, & decimarum per Archid. in cap. rescriptum. in 6. quæst. 3. quia vbiunque de salute animarum tractatur, nunquam disputatur de apicibus iuris cap. duæ sunt 19. q. 2. & ista exceptio, tu non es procurator, est de apicibus iuris l. si fideiussor. §. cum quædam. ff. mandati.

Vigesimum quartum, item potest dici esse priuilegium. quod si quis emat spolia a Camera Apostolica, quod non teneatur ad solutionem aliquorum vectigalium, maxime ordinariorum. per ea, quæ dicit Bar. in l. licitatio. §. licitatio mercatores. ff. de publican. licet quilibet emens a priuato teneatur l. j. & per totum. ff. de vectigal.

Vigesimum quintum. Item est priuilegium Camere circa spolia. quod qui tenetur exigere spolia vel res spoliatorum pro Camera, si sui culpa non existit, tenetur reficere de suo reseruata sibi actione contra eum, qui tenebatur per Bar. in l. nisi. de exact. tribut.

Vigesimum sextum. Item est priuilegium Camere circa spolia: quia si sit legatum cum conditione factum, quod veniat exigendum a Camera, ratione spoliatorum, is ab alio non potest exigi, nisi conditione in specifica forma adimpleta, posset tamen exigi a Camera, per ea quæ dicit Lud. Rom. in l. ita stipulatus a te. de verb. oblig. per text. in l. pau. §. grauis. ff. de liberali causa.

Vigesimum septimum. Item licet pluribus conditionibus in legato appositis, vltima conditio pro executione legati sit adimplenda. l. quod tradit ff. de condi. & demonstrat. tamen respectu ecclesiarum & Camere attenditur leuior conditio tantum. l. quinta, & l. vulgo. de manu miss. testa.

Vigesimum octauum, Item est priuilegium. quia fauore ecclesiarum, & Camere etiam tempus interpellatum contra testatorem coniungitur. l. paulus §. Gaio. de lib. lega. alias est l. si fidei commissæ libertas. §. si. de fid. lib. & sic si relictum sit sub conditione, si continuis annis quid fecerit, nam nihilominus tale legatum consequitur Camera, si ex pluribus temporibus ad vicem coniunctis resultaret tempus perfectum, posito, quod non continuaret, & regulariter non est recedendum a verbis testatoris. l. non aliter. de legatis 3.

Vigesimum nonum est priuilegium, quia donatio sub modo, quæ alias modo non adimpleto reuocaretur, per condict. ob cau. vel quia posset agi admodum implendum actione præscript. verbis, id, quod est in electione agentis l. si proponas. C. de condi. ob cau. & l. j. C. de condi. sub certo modo, non adimpleto non agitur fauore Camere & ecclesiarum ad illam reuocandam, nisi in donatione id expresse sit dictum, quod

quod modo non adimpleto donatio sit nulla. text. in capitulo verum. de dona. & de multis alijs priuilegijs, vide per Bal. in l. j. C. de sac. sanc. eccl. per canonistas in capitulo cum esses. de testam. Bal. in tracta. de dote priuilegio 50.

Trigesimo. Item fauore ecclesiarum, & Camere, conditio appositæ reijcitur, & resoluitur in modum, sicut dicitur de libertate, quæ æquiparatur l. metua. de manum. testa. m. per Barba. in capitulo Raynaldus de testam. 16. carta. & vide de effectu modi, & conditionis, in capitulo verum. de condi. apposit. extra. & ego dixi aliquid in meo tracta. de simonia, in simonia cõventionali. in quæstione an sententia committatur per modum: sicut per conditionem vbi vide.

Trigesimo primo, Item priuilegium est Camere Apostolicæ & ecclesiarum: quod confessio debitoris Camere, facta absente parte, quæ alias non valeret, valet, & probat per d. Anto. de Butr. in capitulo si constituerit. de accusus.

Trigesimo secundo. Item quia si clericus, aut prælatus fecit confessionem. alias ecclesiarum, & Camere præiudicialem, illa confessio non afficit ecclesiam, vel Camera. per Io. And. in capitulo fin. de solu. nisi tamen in illis quæ sunt sibi permessa, secundum d. Anto. in capitulo primo de posuit. extra.

Trigesimo tertio. Item est priuilegium, quia licet regulariter confessio in vltima voluntate non inducat probationem, nisi sit iurata, ex quo tunc, quis non præsumitur immemor suæ salutis l. Aurelius. §. fin. de lib. lega. l. Luitius. §. j. de lega. tertio. tamen si quis in testamento confiteatur se teneri Prælato ecclesiarum, vel Camere, vel piæ causæ valet & tenet talis confessio, vt ibi not. per Bal. in cons. incip. cæcus petroli. quia optima est ratio, quæ pro religione facit l. sunt personæ. de religio.

Trigesimo quarto. Item ecclesia, & Camera habet priuilegium, quod non solum gaudet priuilegijs suis in bonis, quæ habet in dominio: sed in illis etiam, ad quæ quis confitetur se teneri ecclesiarum, vel Camere dummodo confessio non sit facta in fraudem, argumento eorum, quæ not. in l. in contractibus, & in l. fin. C. de dot. caut. non numerat.

Trigesimum quintum, est priuilegium. quod si ecclesia, vel Camera confiteatur aliquid in sui præiudicium, contra talem confessionem, potest petere restitutionem in integrum infra quadriennium not. in capitulo secundo. de in integ. rest.

Trigesimum sextum est priuilegium, quod contra ecclesiam, & Camera, nunquam præscribitur crimen falsi, dicit Spec. in tit. de sent. §. quoniam

niā licet. alias tale crimen regulariter præscribatur spatio 10. ann. l. que-
relam. C. de fal.

Trigesimum septimum. priuilegium Camerae, & ecclesie est: quod valet cō-
suetudo, per quam ecclesia, vel Camera, quæ in spolijs etiam succedit,
50 acquirit rerum dominium, & possess. sine solemnitate legali. c. secundo.
extra de con. suet. Item consuetudo inferens grauamen non valet capit.
primo. eod.

Trigesimum octauum. est priuilegium, quod quando debetur aliquid ec-
clesie, Camerae Apostolicæ, & similibus locis, dominium transfertur ex
solo contractu absque aliqua traditione l. si. C. de sac. san. eccl. licet sit fe-
51 cus in contractibus aliorū: vbi ita demum transfertur dominium, si se-
quatur traditio l. traditionibus. C. de pact. l. si ego C. de rei. vend. Anton.
de Butr. in capit. fin. de caus. poss. & prop. 20. col. not. in capitulo in præ-
sentia. de præben. vnde effectus est maximus, quia statim agit Camera
rei vendicatione.

Trigesimum nonum. est priuilegium, quod contractus, factus calore ira-
cundie, qui alias regulariter de iure non tenet, quod valeat, & teneat fa-
uore ecclesie, & Camerae. capit. sunt qui opes. 17. quæst. 4. vnde contra-
hentes cum ecclesia, vel Camera, non videntur habere exceptionem,
52 quod iracundia, & calore contraxerit. per Corsetum in suis not. incip. in
testium. Alex. conf. 181. quinto vol.

Quadragesimum. est priuilegium spoliatorum: quia si clericus, vel beneficia-
tus donauit aliqua alicui benemerito in recompensationem accepti ser-
uitij, id quod facit Prælati per text. in capitulo relatum. el secundo. de
testa. dixi ego late supra in quæstione de potestate clerici, &c. & in quæ-
53 stio. de licentia testandi. tamen fauore Camerae illa merita debent pro-
bari. quia non in hoc statuitur confessioni Prælati. per text. d. cap. relatum.
credo per illa verba in text. iuxta seruitij meritū, &c. per d. Ant. de Butr.
in capitulo primo. de caus. poss. ex quo tractatur de damno ecclesie &
Camerae. Bal. in l. si donatio. de collatio, nisi tamē donatarius steterit do-
mini in possessione rei donatæ, vt ibi not. & in capitulo noscitur. de his
quæ fiunt a Prælat.

Quadragesimum primum. Item est priuilegium, quia alias promissio sine
stipulatione non valet, si causa, quia saltem tollitur ope exceptionis per
54 text. in l. secunda. §. circa. de dol. excep. tamen valet fauore Camerae,
& ecclesie, sicut dicitur in dote: vnde multo fortius in rebus Camera-
libus, & ecclesie, cum maius sit vinculum spirituale, quam carnale l.
sancimus. C. de sac. sanct. eccl. videtur dicere Bal. in suo tracta. de dot.
priuilegio 114.

Quadragesimum secundum est priuilegium: quod temporalia collata eccle-
sie,

sie, vel Camerae censentur pleno iure collata, licet regulariter contra per
not. in c. meminimus. de accus. per Fel. ibi. 2. col. vers. not. 3.

Quadragesimum tertium est priuilegium: quia cum regulariter de liqui-
55 do ad liquidum fieri debet compensatio. l. si. C. de compensa. tamen fal-
lit in debitis Camerae apostolicæ, fauore ipsius ecclesie, per glo. in c. deci-
mæ. 16 q. 1. exemplificat, & loquitur in casu decimarum, per Roma. in
singulari incip. an sacerdoti.

Quadragesimum quartum est priuilegium: quod fauor Camerae, & eccle-
sie est iusta causa abbreviandi terminum peremptorium. l. nonnunquā.
in si. ibi pro conditione ecclesie. C. de iud. licet regulariter contrarium
sit verum. l. ad peremptorium eo. tit.

Quadragesimum quintum est priuilegium: quod Camera, vel ecclesia nō
56 tenetur de deposito facto apud clericum, vel beneficiatum, nisi in utili-
tate ecclesie probetur versum. c. 1. de depos.

Quadragesimum sextum Item est Priuilegium Camerae: quod illa potest
agere, vel ecclesia ad fructus perceptos, ab illo, qui non animo se promo-
57 uendi: sed fraudulenter fructus percipiendi, parochialem ecclesiam ac-
cepit. tex. in c. commissa. de electio. lib. 6.

Quadragesimum septimum priuilegium est in causis spoliatorum: quod il-
li, qui occupant bona dimissa a prælato, vel bona vacationis tempore
obuenientia, quæ iridem dicimus spolia, vigore extrauagantium Pij iij.
& aliorum canonum, vt dicimus supra in 1. q. tales occupatores sunt su-
58 speasi, vsque quo fecerint condignam satisfactionem. cap. quia sæpe. de
el. c. 10. lib. 6. & c. generali. eo.

Quadragesimum octauum priuilegium est in causis spoliatorum: quod bo-
na acquisita de fructibus beneficij, vel ecclesie debent ad Cameraam, &
ecclesiam reuerti. opt. glo. in c. apostolicos. 22. q. 2. & cap. fixum. ij. q. 6. &
hoc siue empta sint nomine ecclesie, siue nomine alieno. c. 1. c. inqui-
ren. de pecul. cler. extra.

Quadragesimum nonum est priuilegium: quod res empta de pecunia ec-
clesie, non nomine ecclesie, sed alieno, est effecta ecclesie: & sic est ho-
die camerae per Doct. in c. inquiren. de pecul. cler. licet regulariter secus.
l. si dominus iuo. C. de rei vend.

Quinquagesimum est priuilegium camerae, & ecclesie: quod si camera vē-
dat spolia diuersis temporibus duobus, quo casu ille præferri habet, cui
primo fit traditio, licet sit posterior emptor. l. quoties. de re. vend. & pri-
mus agit ad interesse contra vendentem: præfertur ille, qui primo emit,
per Doct. in c. continebatur. de his quæ fia. maio. par. c. quia in rebus ec-
clesiasticis elusio maxime reprobatur.

Quinquagesimum primum est priuilegium Camerae, & ecclesie. quod cū
E e in

in personalibus actionibus, non habeat locum præuentio. l. priuilegia. de priuileg. creditorum. tamen Camera, vel ecclesia, habens debi-
59 iorem, primo potest deducere suum per Ioan. And. in c. eam. de ætat. & qualitat.

Quinquagesimum secundum priuilegium est: quod res acquisita de pecunia ecclesie, licet alterius nomine sit acquisita, eius fauore contra regulas communes, efficitur ipsius ecclesie, vel Camere per tex. & Doct. d. c. inquiren. de pecul. cler. tamen hoc est intelligendum, quando contra-
hens non existit soluendo, vt per Lud. Rom. conf. 9. incip. super eo quo queritur, an permutatio pecuniarum montis martij, &c.

Quinquagesimum tertium est priuilegium: quod non solum acquiritur dominium rei emptæ de pecunia ecclesie, sed etiam acquiritur actio
60 personalis ex contractu per alium celebrato super re ipsius ecclesie, vel Camere: quod intellige, vt dixi supra verum esse, si ille qui contraxit non sit soluendo, alias secus not. Bald. in l. si vt proponis. C. de re. vend.

Quinquagesimum quartum est priuilegium: quod contractus gestus super rebus ecclesie, ecclesia vacante, est nullus ipso iure. c. si qua de reb. l. 2. q. 2. quo tempore dicimus supra in q. j. quod dimissa per cler. & ob-
uenientia tempore vacationis, spectant ad Cameram: tamen talis con-

61 tractus, si sit in vtilitatem, potest per Cameram, vel successorem ratum haberi. glo. est in c. j. ne sede vacan.

Quinquagesimum quintum est priuilegium: quod Camera, vel ecclesia potest opponere semper, & omni tempore exceptionem non numeratæ pecuniæ per Bal. in authen. hoc ius porrectum. C. de sac. san. eccle. quia non sufficit sola confessio, sed expedit quod probetur versum in vtilitatem ecclesie. c. si. de solu. quod est contra regulam, quia dicta exceptio non opponitur regulariter, nisi intra biennium instit. de literarum oblig. per totum. & in l. in contractibus. C. de non numer. pecu. per Doct. d. cap. fi.

Quinquagesimum sextum est priuilegium: quod ecclesia, siue Camera apostolica, vti potest pro libito l. ciuilibus, quæ pro se faciant, & econtra potest nolle illis stare, quando contra se faciant per Innocen. in cap. nouit extra. de iud. l. mol. c. si. de solu. vbi exceptio non numeratæ pecuniæ, opponitur etiam vltra biennium.

Quinquagesimum septimum est priuilegium: quod contra ministrum Camere, vel ecclesie opponentem pro defensione iuris Camere, & ecclesie exceptionem excommunicationis, non potest fieri replicatio exceptionis excommunicationis. c. dilecti. extra de exceptio.

Quinquagesimum octauum est priuilegium: quod si ædificas ædificiū in solo

solo tuo de pecunia Camere, vel ecclesie, ad quæ spectat pecunia, solum cedit ædificio. glo. est singularis. in c. apostolicos. l. 2. q. 2. & c. consequen-
ti. l. 7. q. 7. Spec. in tit. de emphi. s. tertio loco. vers. quod si clerici. quod est contra regulam iuris, quia ædificium cedit solo, refecta ædificatione
64 instit. s. cum in suo. de rer. diuis.

Quinquagesimum nonum est priuilegium: quod in causis spoliatorum, potest procedi diebus feriatis introductis in honorem Dei. cap. si. de fer. l. 65 dies festos. C. eo. id quod nota vltra illa quæ adduxi. in q. de modo procedendi in causa spoliatorum.

Sexagesimum, item est priuilegium: quod si mulier in causa spoliatorum se obligat, & fideiubet pro alio, non potest iuuare sese beneficio velleiani
66 Senat. consulti. l. penul. C. de velleia. vbi per Doct.

Sexagesimum primum est priuilegium Camere: quod potest agi hypothecaria contra tertium possessorem, non discussio principali, & contra fidei-
67 iusorem, non discussio principali, sicut est in fisco & republica, quibus ecclesia comparatur. l. si. C. de sac. san. eccle. not. in l. moschis. de iure fil. l. j. C. de decurio. lib. 1. o. in l. libertas. s. j. ad municip. in l. cum filius. de verb. oblig. & præsupposuimus. in principio quæstionis, quod ecclesia habet fiscum.

Sexagesimum secundum est priuilegium: quod ecclesia, & Camera vtitur
68 iure minoris, & reip. ita quod omnia priuilegia concessa minori, & reip. quæ sunt infinita, intelliguntur concessa ipsi ecclesie, vel Camere in locum ecclesie subrogatæ. cap. auditis. iuncta glo. & cap. j. de in integrum rest. dummodo tamen ipsi ecclesie, vel Camere talia priuilegia conueniant, nam bona ecclesiastica dicuntur bona publica. cap. quid ergo. 2. q. 4. & bona ecclesiarum sunt bona reip. Feli. in c. nonnulli. col. 2. l. de rescrip.

Sexagesimum tertium priuilegium est: quod Camera potest petere restitutionem in integrum contra præscriptionem, duplici capite. 1. ex iure
69 speciali, quo ecclesia vtitur, vt per omnes in clem. j. de in integrum restitutione. Item ex capite probabilis ignorantie per Alex. conf. 1. 68. Dec. conf. 29. 4. col.

Sexagesimum quartum priuilegium est: quia Camera, & ecclesia non solum petit restitutionem in integrum, vbi est læsa, & vbi non habet aliud remedium. Doct. in c. j. de in integrum rest. sed etiam petit d. restitutionem, vbi etiam competit aliud remedium, de iure communi per Abb. in c. dilecti. de empt. & vend. 2. col. licet sit secus regulariter.

Sexagesimum quintum priuilegium est: quia Camere datur restitutio in integrum ad appellandum, etiam aduersus præscriptiones iudiciales, id est aduersus terminos exclusiuos probationis faciendæ, vel exceptionis

proponendæ per tex. in clem. j. cum ibi glo. de rest. in integ. cap. coram. c. auditis. eo. tit. Abb. in c. cum inter. de re. iudi.

Sexagesimum sextum est priuilegium Camera: quod contra illam, iustus
70 titulus non excusat tertium possessorem a fructibus, qui percipi potuerunt. l. sciendum. C. de rei vend.

Sexagesimum septimum: si ecclesia carens rectore recipiat mutuum, & deinde Camera, vel ecclesia perat rest. in integ. non habet probare lesionem, quia præsumitur consumpsisse, nisi aduersarius probat contrarium: argumento, & exemplo minoris carentis curatore l. j. C. si aduersus credit. iuncto. cap. j. de rest. in integ.

Sexagesimum octauum priuilegium est: quod Camera, vel ecclesia non potest
71 rest. renūciare beneficio rest. in integ. nisi in casibus, de quibus per Abb. 5. col. de for. compet. c. si diligenti.

Sexagesimum nonum priuilegium est: quia Camera, vel ecclesia probata
lesione, admittitur contra sententiam, ex causa rationabili etiam post quadriennium per tex. & ibi glo. in c. j. de rest. in integ. in sexto. etiam si fuisset sententia Papæ. c. tum ex literis. extra. eo.

Septuagesimum Item priuilegium est: quod licet non detur Camera, vel
ecclesiæ restitutio post peremptorium, datur tamen per beneficium restitutionis in integ. c. coram. de in integ. rest. & si sibi denegatur, restituitur ad appellandum a sententia denegationis. c. si. eo. tit.

Septuagesimum primum Item est priuilegium ecclesiæ & Camera: quia
72 restituitur aduersum lesionem ante sententiam, puta aduersus probationes obmissas, etiam non probata lesionem per Spec. in tit. de rest. in integ. §. ij. vers. illud.

Septuagesimum secundum. Item priuilegium est: quod in iudicio, vbi Camera, vel ecclesia est actrix, licet regulariter reus non teneatur exhibere,
73 & edere iura, ad fundandam intentionem actoris. l. si. C. de edendo. tenetur tamen edere Camera actrici Anto. de Burr. in c. j. de præben. arguendo de filco ad ecclesiam, & fortius argumento c. vt gentes. de hæretic. in sexto. similiter in fauorem fisci. l. ne quisquam. de eden. & in casu nostro dicimus supra in prin. quod ecclesia habet fiscum.

Septuagesimum tertium priuilegium est: quod Camera, vel ecclesia potest
74 ipsa agere interdicto recuperandæ, & similibus interdictis: & quilibet laicus in fauorem Camera, & ecclesiæ admittitur ad intentandum huiusmodi interdicta l. j. §. 2. l. interdictorum. ff. de interdict. glo. in l. j. de iust. & iur.

Septuagesimum quartum priuilegium est: quia, si fuit illata iniuria Camera, vel ecclesiæ, quilibet de populo potest pro illata iniuria Camera, vel ecclesiæ comparere, per ea, quæ dicunt gloss. & Doct. in l. j. §. in factis
75

cris. ff. de iust. & iur.

Septuagesimum quintum priuilegium est: quod quilibet potest agere
pro Camera, vel ecclesia, etiam sine mandato cap. dilecti. & ibi gloss. 76 extra de maiori. & obediens. cap. cum olim. cum ibi gloss. & Doct. de testi.

Septuagesimum sextum priuilegium est: quia ecclesia, vel Camera habet
regressum contra male administrantes bona sua: & ideo si instantia sit
77 perempta, aduersum quam non restituatur, recurrit contra administratores, quando tamen sunt soluedo: tex. in l. properan. §. si. & ibi doct. ff. de iud. Card. in clem. j. decima q. de restit. in integ.

Septuagesimum septimum est priuilegium: quod licet aliquis non possit
exigere suum debitorem in diem, ante diem, & ante tempus completum, not. in l. cedere diem. de ver. signi. tamen ipsa Camera, & ecclesia
78 exigit, dummodo deducatur interuersurium medij tēporis: Guilielmus. de Cun. in authen. hoc ius. C. de sac. san. eccles.

Septuagesimum octauum est priuilegium: quod si Camera agat contra
laicum, & laicus opponat de præscriptione, vel de consuetudine. in tali
præscrip. & consuetudine, attenditur dispositio iuris canonici. tanquam
magis propitia, & magis fauorabilis Camera, & ecclesiæ gloss. 3. in cap. si. de consuet. not. cap. illud cap. sanctorum. de præscrip. Alex. in secundo
conf. sexto vol. repet. in clemen. prima. de off. ordin. Alex. conf. secundo
primo vol.

Septuagesimum nonum priuilegium est: quod vbi Camera, vel ecclesia
conuenitur, vel est debitor in aliquo, non tenetur ad cauendum, nec
79 de iudicio sisti, nec dare fideiussores Abb. cap. primo. de fideiussor. & cap. secundo. de solut. quod notet fiscalis reuerendæ Camera Apostolicæ Neapolitanæ, pro causis Camera, quando magna curia vicaria Neapolis pro pecunijs, ibi per debitores Camera depositatis, vult illum astringere ad fideiubendum, quod non tenetur, alij tamen bene tenentur ipsi Camera satisfacere, & si sit vitiose satisfactum etiam ex integro ad satisfaciendum cogi possunt. per Angelum, & Doct. in l. quoties, qui satisfacere coga.

Octuagesimum priuilegium est: quod in iudicijs verba prolata contra
eius intentionem, interpretantur in fauorem Camera, & ecclesiæ. per
80 gloss. in ver. dubium. cap. in præsentia. extra de probatio. licet verba dubia in iudicijs, interpretentur in fauorem proferentis l. solemus. l. si quis intentione ambigua. de iud. & quando sumus in dubio in iure, vel in factis, tunc fauore ecclesiæ, & Camera est iudicandum pro ipsa, quia optima ratio est, & melior, quæ pro religione facit Arg. l. sunt personæ. ff. de religio. Bar. in l. j. C. de iure fisci.

Octuagesimum primum est priuilegium: quod licet regulariter non agatur de euictione nisi re euicta, l. habere licere. ff. de euictio. tamen est 82 secus fauore Camerae, vel ecclesiae, quae ante potest agere ad interesse particulare not. in l. creditor. §. praedium. eod. tit. & cap. fin. de emptio. & vendi.

Octuagesimum secundum priuilegium est: quia licet alias regulariter, 83 quis eligens unam viam, non potest illa omitta ad aliam diuertere, vel redire l. tertia. ff. de actio. tritic. tamen ipsa Camera, aut ecclesia id bene potest cap. cum olim el secundo, & ibi Docto. de priuil. & excess. priuilegiar.

Octuagesimum tertium priuilegium est: quia defraudator Camerae, vel ecclesiae, Christo iudice homicida iudicatur, & sacrilegus cap. non liceat. iuncto cap. qui Christi 12. q. 2.

Octuagesimum quartum priuilegium est: quia inuadens rem, vel bona Camerae est sacrilegus, & tanquam sacrilegus puniri debet cap. secundo. & ibi Docto. de rebus ecclesiae non alien.

Octuagesimum quintum priuilegium est: quia dominium, & possessio spoliatorum, & rerum ecclesiarum est penes Christum per Abb. in cap. cum esse. in repet. de testam. Ideo caueant seculares, & alij ab illius occupacionibus, & inuasionibus spoliatorum, aliarumque rerum ecclesiasticarum, quia Dei sunt, quoad proprietatem, & possessionem, qui proculdubio in talibus offenditur. glo. in cap. cum ex eo. de electio. in sexto. Innocen. in cap. cum super. de causa possessionis & proprie. Archid. in c. 2. de rebus eccl. alien. lib. sexto. vbi dicunt quod Christus habet dominium bonorum ecclesiae, sed vide, quae dico. in quaest. de potestate clerici & c. in q. de licentia testandi.

Octuagesimum sextum est priuilegium: quod bona, & spolia ecclesiastica, 85 possessiones, etiam praedia acquisita de pecunijs ecclesiae, sunt exempta a quibusuis collectis, & a quibusuis exactionibus: & hoc, siue in acquisitionibus, siue in acquirendis glof. notabilis in c. primo. de immunit. ecclesiae lib. sexto. in vers. bonorum.

Octuagesimum septimum priuilegium est Camerae, vel ecclesiae Romanae, cuius sunt omnia spolia ecclesiastica de mundo, vt dixi supra in quaest. de praescrip. quia si qui sint qui notorie bona mobilia, & stabilia, etiam oppida, & ciuitates illius teneant, contra detentores deuenitur ad sententiam latam, & factam contra Romandiolas, notorie detinentes quasdam ciuitates ecclesiae Romanae. & sedis apostolicae, vt per Bald. in proce. sen.

Octuagesimum octauum priuilegium est: quia licet non procedatur in causis ex officio, & iudex non impartiat officium suum, nisi pe-

tenti

tenti l. quarta. §. hoc dictum. ff. de dam. infec. tamen fauore Camerae, & 86 ecclesiae potest procedi ex officio pro bonis, ipsi Camerae, & ecclesiae recuperandis, & acquirendis Bart. in l. si quis rem. de custo. & exhiben. reis.

Octuagesimum nonum priuilegium est: quod licet iudex regulariter non suppleat in facto, nec in his, quae sunt facti, per tex. in l. secunda. vt quae defunt aduoca. par. iud. in causis tamen Camerae, & ecclesiae iudex potest supplere not. in l. si dotem. §. eo autem tempore. ibi: iudicis officium. ff. soluto mar.

Nonagesimum priuilegium est: quod creditor paciscens cum Camera, vel ecclesia debitrice, vt possit propria auctoritate intrare possessionem 87 rerum obligatarum, non potest intrare possessionem rerum Camerae, vel ecclesiae, nec valet talis conuentio cum Camera, vel ecclesia c. nulli liceat 12. q. 2. & c. licet. de foro compet. licet regulariter cum alia persona tale pactum valeret l. creditores. C. de pigno.

Nonagesimum primum priuilegium est Camerae, vel ecclesiae: quod quilibet potest pro illa, & illi stipulari glo. in cap. cordis oculus. 1. q. 7. l. illud. 88 C. de sac. san. eccl. licet quis regulariter alteri stipulari non possit l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig.

Nonagesimum secundum priuilegium est: quia pro Camera, vel ecclesia agitur ex pollicitatione, sicut agitur pro rep. l. j. §. j. de pollicit. cum a pari 89 procedant respub. & ecclesia l. fin. C. de sac. sanct. eccl.

Nonagesimum tertium priuilegium est: quod omnes contractus Camerae, & ecclesiae in spolijs, & alijs rebus ecclesiae, sunt contractus bonae fidei per Bald. in cap. 1. de plus peti. in fin. & in stipulatione interposita 90 pro ecclesia, & Camera, quae est bonae fidei, veniunt omnia, quae veniunt in actione bonae fidei. las. in §. action. de actio. instit. vbi ad longum.

Nonagesimum quartum priuilegium est: quod licet haeres promittentis aliquid ob causam finalem, & decedentis causa non impleta, non teneatur, etiam si sit pro parte aduersarij postea impletum, tamen, si sit promissum ecclesiae, est secus, quia haeres tenetur post mortem ecclesiae, vel Camerae adimplente not. in l. si ego. §. j. de iure dot. iuncto textu in cap. ius publicum. prima distin.

Nonagesimum quintum priuilegium est, quia licet impossibilitas ex parte promittentis regulariter vitiat stipulationem, not. in l. stipulatio ista. 91 §. si quis ira stipulatus. de verb. oblig. tamen est secus ex parte promittentis aliquid ecclesiae. vt ibidem.

Nonagesimum sextum est priuilegium Camerae, vel ecclesiae: quia illi etiam per alternatiuam stipulationem acquiritur, not. in l. Gaius. ibi:

Ec 4

matri,

matri, & ibi per modernos, iuncta l. sunt personæ. ff. de religio. licet al-
 92 ternatiua stipulatio inter personas quibus acquiritur sit inutilis. l. item
 si seruus. §. si. conseq. ff. de stip. seruorum.

Nonagesimum septimum est priuilegium Camera, & ecclesiæ: quod si fa-
 ciat contractum, per quem sit lesa, aut male alienasse rem suam dicatur,
 potest venire contra contractum a se factum, & contra factum suum, &
 eandem alienationem repetere, sicut dicimus in marito alienante rem
 dotalem. l. j. §. cum lex. C. de rei vxor. actio. licet regulariter, nemo veniat
 93 contra factum suum l. fundum ff. de seru. vrb. præd.

Nonagesimum octauum priuilegium est: quia Camera habet intentio-
 nem fundatam super omnibus bonis possessis à prælato defuncto, vnde
 omnia bona præsumuntur esse ecclesiæ, nisi extraordinarie probetur il-
 la esse patrimonialia. Doct. in cap. 1. de testa. per moder. cap. primo. &
 cap. tertio. de pecul. cler. dico supra in quæst. ex quibus præsum. cler.
 acquisi.

Nonagesimum nonum priuilegium est Camera, vel ecclesiæ: quod si re-
 periuntur plura instrumenta, omnia vno die celebrata. in dubio in-
 strumentum Camera, & ecclesiæ præsumitur ante factum, quia in
 94 dubio, pro religione iudicamus l. quod fauore, & quod ibi not. ff. de
 religio.

Centiesimum priuilegium est: quod si Camera, vel ecclesia non habet in-
 strumenta suarum possessionum, terrarum, vel prædiorum, sufficit
 quod habeat famam, & communem opinionem: sicut dicitur in ipso
 imperio, cui ecclesia, vel Camera æquiparatur gloss. est in cap. auditis.
 de in integ. restit. Bal. in l. conuenticularum. C. de episcopis & cler. & in l.
 proprietatis. de probat. & in l. cum super. ff. de rei vend. per Innocen. in
 cap. veniens. de verb. sign. & si in aliqua domo. vel fundo sunt affixa ar-
 95 ma, & insignia ecclesiæ, vel Camera, apostolicæ, illa domus, & fundus
 esse præsumuntur de dominio ipsius ecclesiæ, vel Camera. per Io. And.
 in cap. eos. de immun. eccle. lib. sexto. Bald. in l. iubemus. C. de sac. sanct.
 eccle.

Centiesimum primum est priuilegium ecclesiæ, vel Camera: quia licet
 alias inutilis contractus transferat dominium, & minus iustus titulus
 dedit causam præscribendi prout not. in cap. si diligenti. de præscrip.
 ex. l. eleganter. ff. de dolo. fallit tamen fauore ecclesiæ, vel Camera, per
 gloss. in cap. secundo. vers. præscribendi. de rebus ecclesiasticis alien.
 lib. sexto.

Centiesimum secundum item priuilegium est: quia distinctio Io. And. in
 cap. 2. de pecul. cler. quod si clericus habebat tempore promotionis, il-
 le, qui agit contra possidentem habet probare, si non habebat, præsumi-
 tur,

tur, quod intuitu ecclesiæ nunc habeat. in dubio habet locum, etiam &
 intelligitur in promissis ipsi clerico: vt si tempore promotionis nihil ha-
 bebat, Camera possit agere ad illa promissa post mortem clerici, & etiã
 sic in alijs casibus Lap. decis. 113.

Centiesimum tertium priuilegium est: quia ecclesia, vel Camera volens agere
 hypothecaria, non habet probare rem hypothecatam, sicut est in fis-
 co, cui Camera apostolica, & ecclesia comparatur Bar. in l. j. C. de iur.
 fis. licet quilibet agens hypothecaria, probare habeat hypothecam l. de
 reb. C. de dona. ante nup. & si quis concurrat in hypotheca cum Came-
 96 ra eodem tempore pro hypotheca Camera præsumitur not. in l. j. cir-
 ca fin. C. de his qui se. de se.

Centiesimum quartum est priuilegium: quod licet resciciens domum alte-
 rius, præferatur creditori habenti expressam hypothecam l. interdum.
 & quod ibi not. ff. qui pot. in pig. hab. tamen est secus quando Camera,
 vel ecclesia haberet priorem hypothecam. §. his consequens. in fi. in au-
 then. de æqualit. dot.

Centiesimum quintum est priuilegium: quod licet qualibet res subiaceat
 pignori prætorio, & conuentionali, tamen est secus in re ecclesiæ, & Ca-
 meræ, quæ non potest pignori indistincte, notat. in l. quinque legibus.
 de bon. damnat.

Centiesimum sextum priuilegium est: quia quilibet laicus potest agere actio-
 ne rei vend. pro rebus Camera prædictis, vel male alienatis, cap. presby-
 terorum. vbi Abb. de reb. ecclesiæ non alienan. gl. & Doct. in l. iubemus.
 la secunda. §. æconomus de sac. sanct. eccle.

Centiesimum septimum priuilegium est: quod Camera, vel ecclesia non co-
 gitur admittere retentionem expensarum, in rebus suis factarum, sicut
 dicitur in dote a fortiori l. vnica. §. taceat vers. sed nec ob impensas. C. de
 re. vx. actio. sed ecclesia bene retinet suas impensas Bar. l. fin. C. de pig.
 actio. licet regulariter admittatur pro quolibet retentio, ob impensas
 factas not. in l. fin. C. de compensatio.

Centiesimum octauum priuilegium est: quod licet res inter alios acta ne-
 mini noceat, vel profit, prodest tamen Camera, vel ecclesiæ sicut dici-
 97 mus in fisco: quæ a pari procedunt per canonistas in c. pen. de re iud. &
 per ciuilibus in l. 2. de com. rer. alien.

Centiesimum nonum est priuilegium: quod licet non posset ferri sententia
 pro reo, nisi petatur l. ad peremptorium. & l. post edictum. de iud. hoc
 96 tamen fallit in ecclesia rea, vel Camera sicut dicimus in republica &
 fisco, quibus ecclesia comparatur l. fi. C. de sac. sanct. eccle. l. ij. §. Senatus
 consult. de iur. fis.

Centiesimum decimum est priuilegium. quod in dubio semper debet
 ferri

ferri sententia pro ecclesia, & pro Camera, not. in c. in presentia. de probatio. & Fel. in cap. si. de iud. & sententia lata contra ecclesiam ex falsa causa, vel obreptitia, est nulla ipso iure, Innocen. in cap. in presentia. de renunciat. est tex. in l. j. de sent. aduer. fil. lat. lib. 10.

Centesimum undecimum priuilegium est Camerae, & ecclesiae: quod Camera potest exigere suum debitorem ante diem, & ante tempus, maxime in instanti necessitate Camerae, vel ecclesiae, vel stante dubio, quod debitor efficiatur non soluendo Bald. Cyn. in l. prima §. exactio. C. de rei. vxor. actio.

Centesimum duodecimum est priuilegium ecclesiae, vel Camerae: quod debitum semel solutum Camerae, vel ecclesiae non repetitur, etiam si ex falsa causa sit solutum, Bal. in l. mandatum. C. mand. per l. si pater. de manum. vind. in l. sicut. de actio. & oblig. refert & sequitur Bal. nouell. in tracta. de dote 45. priuilegio.

Centesimum decimum tertium priuilegium est: quod Camera potest delegare suum debitorem, etiam inuitum alteri, sicut dicitur fauore dotis, & reip. cui ecclesia, & Camera æquiparantur l. fin. de sac. sanc. eccles. licet regulariter hoc fieri non possit l. j. C. de nouat.

Centesimum decimum quartum priuilegium est: quia licet alias regulariter prioriores debeamus esse ad soluendum, quam ad condemnandum l. Arrianus. de actio. & oblig. & canonistæ in cap. ex litteris. de præben. fallit tamen fauore Camerae, & ecclesiae: quia si sint testes idonei, fertur sententia in fauorem ipsius ecclesiae, vel Camerae actricis. not. in d. cap. ex litteris. & cap. si. de re iud.

Centesimum decimum quintum est priuilegium: quia sententia lata in fauorem Camerae, & ecclesiae sine certa quantitate tenet, Bart. in l. fin. de sent. quæ sine certa quantitate fer. Item sententia potest ferri in fauorem ecclesiae, & Camerae etiam de nocte, & tenet, gl. in c. si imperator. 96. dist. iuncto cap. ius publicum. id.

Centesimum decimum sextum est priuilegium: quod scienter occupantes bona ecclesiarum vacantium, ut est in spolijs, ipso facto sunt excommunicati per Domin. in cap. generali. de electio. lib. sexto cap. primo. de schisma.

De

De regalibus, contractibus, & decretis collectoris, & subcollectorum.



SOLET Reuerenda Camera apostolica pro curis, sollicitudinibus, & labore, quem adhibet Reuerendiss. Collector in colligendis spolijs, & circa illorum exactione, & recuperationem, persolvere illi pro regalibus (ita. n. appellant.) x. pro omni num. centenatio, quem ex spolijs redigit, imburfat, & incamerat, ex quibus idē Collector duo, Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali

Camerario de more antiquo, & inueterato responder.

Quæ decem recipit de omni spolio ad summam centum ascendente, vel plus, si transcendit, vel minus, si non ascendit, semper ad ratam, & pro rata incamerata quantitate: modicum profecto emolumentum, & leuis admodum recompensatio ad immensos, & importabiles sumptus, ac labores quos pro Camera, & sede Apostolica sustinet Reuerendissimus Nuntius, & Collector Neapolis.

Verum, quia accidit ut plurimum, quod clericus prælatus, vel beneficiatus decedens, facultate testandi obtenta, testatur, & disponit de bonis suis, & spolijs, suum condendo testamentum, & suam ultimam ordinando voluntatem: vel absque speciali facultate sibi concessa testatur, & disponit in fauorem, vel venerabilis Hospitalis beatæ Mariæ Annunciatae, vel Hospitalis incurabilium Neapolis, vel Hospitalis sancti Iacobi incurabilium de vrbe, aut alterius loci indultum, & priuilegium a sede apostolica habentis, recipiendi spolia sibi in testamento, aut alia viâ per prælatos, vel beneficiatos relicta, vel relinquenda: qualia priuilegia ego temporibus meis vidi dictis locis concessa: vel accidit, quod Papa spolium, & spolia donat, qualiter saepe vidi donari a Sanctissimo Domino Nostro Domino Pio Papa Quinto diuersis pauperibus episcopis, quæ est eius immensa liberalitas: in istis casibus, ego vidi seruari, & audiui seruum, quod si spolia sint recollecta, opera, medio, & diligentia, aut labore Subcollectoris, vel alterius ministri Collectoris, integre in totum, vel in partem, quod regalia prælatorum x. pro centenatio ab hæredibus debentur in totum, vel pro rata exactorum, & recollectorum Reuerendiss. Collectori ad instar spoliorum: quæ pro Camera colligit: in quibus, quia est eadem ratio, idem ius statui debere videtur rationale, vulgatis iuribus, & quando res est cum hæredibus, vel ministris locorum, quibus relinquatur discretis, & rationabilibus ciuilitè, ac urbanè agentibus, videri rem semper peragi, absque discrepantia, & differentia aliqua. Si vero

vero sequuta morte, re integra, antequam Collector, vel Subcollector sese in spolijs immisceat, comparet hæres, vel hospitalium minister, qui in promptu Collectori, vel subcollectori de licentia, aut priuilegio testandi, ac de testamento, aut dispositione doceat, simulque se offerat in spolio agere vices subcollectoris, & propterea instat per Reuerendissimum d. Collectorem, vel subcollectorem in causa per eum, & eius ministros nihil fieri, aut innouari, attento quod ipse de perse causam, rem, ac negocium suum peragere intendit, sine opera auxilio, vel medio collectoris: licet forsan de stricto iure, regalia tunc Collectori secundum aliquorum opinionem non debeantur, tamen pro autoritate, & facultate, quam exhibet Collector in deputando subcollectorem, pro parte hæredis, vel hæredum nominatorum, pro substitutione, & commissione, quam facit iuxta suas ordinarias facultates in formam amplissimam, cum omnibus clausulis, & solemnitatibus extensa: vt cum omni facilitate spolia recolligere, & negocium sine labore peragere possit, attento labore in perspicendis, perscrutandis, & discutiendis licentia, testamento, scripturis, & iuribus productis, & exhibitis: impariendo suum nomen, & suam autoritatem interponendo, circa exactiorem, recuperationem, & recollectionem rerum spoliatorum, tam circa nomina debitorum, quam quascunque alias personas detinentes, occupantes, vsurpantes, occultantes, ac quomodolibet obligatos, a quibus sine Nunrij, & Collectoris auctoritate, nomina, & auxilio vix exigi, & recuperari possent: attento quod ipse Collector, qui est iudex ordinarius rerum, & causarum huiusmodi, ius, & iustitiam contra personas præfatas ministrat, & ministrare habet, & aliis attentis, quæ in causis huiusmodi diuersimode occurrit agere, nominare, & auctoritate Collectoris. Ego vidi, & obseruavi, licet non nomine regalium, vel pro ordinarijs regalibus, per tales hæredes, vel ministros in recognitionem officiorum, & seruitiorum præfatorum sibi, vel locis pijs prædictis impensorum, sic honorifice persolui honoraria Collectori, quæ sufficerent pro integra ordinariorum regalium solutione, seu satisfactione.

Quando vero Papa spolia donat, ego vidi quod de taliter donatis spolijs, Collector sua semper percipit regalia ad rationem x. pro centenario, & vidi ita seruari, & seruatum semper audiui. Idque merito duplici ratione: Primo, quia spolia sunt auctoritate sua, & suorum ministrorum, ac subcollectorum opera, diligentia, & labore recollecta, & in tuto posita. Secundo, quia Papa donando spolia, fuit semper præsumptus intelligi, quod donet illa, quæ ad seipsum spectant, & illa:

illa, quæ in eius Cameram apostolicam intrarent, deductis regalibus Collectoris, & subcollectoris, ac expensis factis pro illis recolligendis, quæ expensæ in primis, & ante omnia debent refici, quia fructus, intelliguntur, deductis expensis, recollectoris, exactiõnis, & repositionis, Specul. de expen. §. j. vers. & hæ expensæ, Nec Papa in dubio donando intelligitur, nisi de eo, quod ad seipsum spectat, nec præsumitur tollere ius tertij per Sarnen. in reg. de non tollen. iur. quæsit.

Subcollectori vidi semper solui expensas, quas fecisset viles, & necessarias circa spolia, illorumque exactiõnem, & pro laboribus, & diligentia sua, vidi solui regalia videlicet 4. pro num. cuiuslibet centenarij pecuniæ: quam redigit de spolijs, & incamerat, & plus, & minus iuxta quantitatem redactam, & ad ratam summæ incameratæ ratam regalium dictorum 4. Et hoc si Commissarius colligit in sua patria, & non exeundo extra patriam. Quia si exit extra patriam, vel per collectorem sit destinatus ad spolium, tunc quia indiget equis, famulis, & notario, siue actuario quos secum ducit, vnde multas expensas substat, res se aliter habet: Quia tunc vidi, & obseruavi, esse solitum solui dietas, ad rationem vnus, vel duorum ducatorum pro qualibet die, secundum qualitatem, conditionem, & dignitatem personæ subcollectoris arbitrio Reuerendissimi domini Collectoris, aut regalia ducatorum 4. si spolium esset notabilis valoris, ad electionem dicti subcollectoris: in vrbem vero vidi & obseruavi, quod soluitur commissario in primis expensa victus, deinde scutum vnum ad minus singulo die pro salario suo, & medium scuti pro notarij sui salario, cum expensis victus, & alias arbitrio collectoris, secundum qualitatem personæ, & negotij super huiusmodi. & de huiusmodi non vidi bullas statutum, vel constitutionem apostolicam, vel Cameræ aliquam ordinationem, sed vidi obseruari; audiui obseruatum semper, & esse hodie in vrbem obseruantia.

Solet, vt plurimum imo fere semper Reuerendissimus Collector, habita informatione capta per subcollectorem super spolijs, cum hæredibus clerici defuncti vel eius consanguineis concordare, vel transigere, transactionemque cum eis nomine Cameræ facere, relinquendo, & dimittendo eis omnes res, & bona cuiusvis generis, cedendo, & transferendo, eis omnia iura Cameræ Apostolicæ competentia, eosque in ius ac locum Cameræ ponendo pro summa, & quantitate per eisdem soluta, vel soluenda conuenta pactis, modis conditionibus, & temporibus eidem beneuolis, qui est contractus frequens imo ordinarius in causis spoliatorum, vsque ab antiquo celebrari solitus. In qui-

quibus concordijs, & transactionibus faciendis obseruati, quod collectores mei temporis procedebant cum omni circumspeditione, urbanitate, & charitate, benignissime hæredes, vel consanguineos defuncti pertractando, semper eosdem quibuscunque personis, etiam aliquanto plus offerentibus, ac aliquanto meliorem conditionem Cameræ offerentibus præferendo: & inter alia vidi, & obseruavi spolia, & spoliolum negotia bene, pie cum charitate, ac diligentia tractari tempore Sanctissimi Domini Nostri Pij Papæ Quinti in regno Neapolis, per Reuerendissimum d. meum d. Ciprianum Pallaucinum Prothonotarium prælibati Sanctissimi domini nostri & sedis eius apostolicæ in ciuitate, & Regno Neapolis Nuntium, & Collectorem, nunc merito Archiepiscopum Genuæ virum uti nobilitate, ita etiam animi bonitate, probitate, ingenio, prudentia, scientia, & moribus præditum, ac in negocijs, & rebus gerendis, miræ dexteritatis: Ita, ut non facile dignoscas in eo, maior ne sit diligentia, & dexteritas pro rebus Cameræ, an charitas, & pietas erga defuncti hæredes, & consanguineos. Modus profecto procedendi conueniens Nuntio sic Pij, & Sancti Pontificis. Solet etiam aliquando Collector nolentibus super spolijs hæredibus, vel consanguineis concordare, conuenire cum tertio extraneo, illique pro pretio conueniente spolia, & spoliolum iura cedere, & vendere, sed a talibus solet Collector cauere, quia, ut ego vidi, & obseruavi tales contractus non transeunt cum pace, & quiete, nec bonum sortiuntur effectum, sed ex talibus conventionibus cum extraneo, exclusis hæredibus, aut consanguineis celebratis, oriri solent litigia, clamores, & sæpe etiam scandala, ideo abstinere vidi.

Et nolentibus hæredibus concordare imo ad causam suam, & iura sua defendendum comparentibus, dato termino fisco Cameræ, & parti ad docendum, ac probandum de sibi incumbendis, deductis, ac probatis hinc inde, seruatis de iure, stylo, ac in causis spoliolum seruati solitis, solet Reuerendissimus Collector ad determinationem causæ pro iustitia deuenire, condemnando, vel absoluendo; condemnando videlicet applicando, & incorporando fisco Cameræ apostolicæ vel declarando esse spolia, & bona Camere relicta per defunctum: absoluendo vero, si bona relicta non fuerint spolia, vel si fuerint, tantum æs alienum soluendum insurgat, quod relicta absorbeat.

Item vidi obseruatum, quod Reuerendissimus Collector, visa causa coram se, & introducta, & vertente, vel visa informatione capta in partibus per subcollectorem super spolijs alicuius defuncti, ex qua constat, vel ius non competere aliquod Cameræ super bonis inuentariatis, vel sequestratis, vel relictis, vel quod hæredes contra quos agitur sunt pauperes,

peres, egentes potius ut sibi detur, quam quod eis aliquid auferatur, solet ex eisdem actis, & ex eadem informatione capta, etiam nullo termino iudicario seruato, mandare quod ab impetitis per fisco Cameræ apostolicæ absoluantur hæredes, decretum absolutorium ad pedes processus causæ, vel dictæ captæ informationis interponendo, & describendo, perpetuum desuper procuratori fiscali silentium imponendo: vel per litteras suas ad subcollectorem in partibus ordinare, quod præfatos hæredes, vel absoluat, vel eos molestare desistat, id que facere potest attenda auctoritate procedendi amplissima, sibi in causis spoliolum per Bullas, breuia, ac alias constitutiones in causis spoliolum factas concessa, quorum vigore potest procedi simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, ut in quæstione de modo procedendi diximus.

Deigentibus etiam personis, & reuelantibus spolia, bona, ac iura Camere occulta, solet Reuerendissimus Collector promittere, ac promissionem facere quartæ partis retractus faciendi, rerum reuelatarum; modo sint res, de quibus neque Collector, neque ministri Collectoris notitiam habeant, & modo sint spolia antiqua, cum istis clausulis modificatis: ego vidi breue Pij III. R. D. Paulo Odescalco Nuntio, & Collectoris directo, emanatum in principio sui Pontificatus.

Et ex his sit absolutus iste libellus ad laudem omnipotentis Dei: in quo si fuerit aliquid bene dictum, honor sit eius diuinæ maiestati: si secus sit vel aliquis sit per quod aliquo modo aures catholicæ offendi possint, sit semper correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectus, cuius censuræ & iudicio dicta in quacunque parte libelli subiaceant, & remissa esse omni tempore intelligantur. Ad laudem domini nostri I E S V Christi. Amen.



MOTVS

416
MOTVS PROPRII BVLLAE ET BREVI
SANCTISSIMORVM ROM. PONTIFICVM
IN MATERIAM SPOLIORVM ECCL
SIATICORVM EMANATA.



MOTVS PROPRIVS. S.D.N. PII PAPÆ QVARTI.

Quo declaratur, quod singula Testamenta, Donationes, & quaecunque alia dispositiones per personas ecclesiasticas, facultatem a sede apostolica non habentes, etiam in fauorem Piorum locorum facta, de rebus ecclesiasticis, nulla sint, & deputatur modernus spoliatorum collector generalis ad illas exigendum, priuilegijs dictorum piorum locorum, ceterisque contrarijs non obstantibus.

Dilecto filio Francisco Odescalco Camerae nostrae apostolicae praesidenti, ac spoliatorum quorumcunque in vniuersa Italia Collectori nostro generali. Pius PP. IIII.

DILECTE fili Salutem, & apost. benedictionem. Graue nobis, & molestum accidere solet, cum de personarum ecclesiasticarum actionibus, quae integritatis exemplo caeteris praestare debent, ea nobis deferuntur, quae & eorum famae sinceritatem denigrare, & Camerae nostrae apostolicae incommodum, detrimentum afferre videntur. Vnde nos vt malitiosorum prauis intentionibus occurrere valeamus, debita postmodum remedia in medium afferre, & perniciosis fraudibus, prout ex vniuersalis nostrae Curiae sollicitudine tenemur, obuiare cogimur. Cum itaque (sicut ex proborum, & fidedignorum hominum relatione nuper accepimus) quamplures praelati, presbyteri, & aliae ecclesiasticae personae diuersarum prouinciarum locorum, & dominiorum, & praesertim Regni Neapolis nulla a nobis, seu sede apostolica facultate testandi suffulti, vel muniti, sed temeritate propria, & forsitan ad suorum importunam suggestionem impulsus in eorum vltimis voluntatibus testamenta sua condendo, ac donationes, seu legata, aut codicillos faciendo, de bonis suis diuersimode, licet id facere nullo modo possint, neque debeant, disponere audeant, ipsaque bona sub diuersis confictis praetextibus & coloribus hospitalibus, ac pijs locis & forsitan cum promissionibus clandestinis, quod eorum consanguineis,

417
neis, vel affinibus, aut alijs personis ab eisdem testatoribus nominatis, post illorum obitum ab ipsis hospitalibus, & locis de certa, seu quota portione bonorum huiusmodi subueniatur, testari, relinquere, legare, codicillari, non erubescant, in dictae Camerae nostrae graue damnum, & praerudicium maximam: dictae Camerae indemnitati opportune consulere, & inconuenientibus huiusmodi pro officij nostri debito, congruum remedium adhibere volentes. motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, auctoritate apostolica tenore praesentium decernimus, & declaramus omnia, & singula testamenta, donationes in illis, vel mortis causa factas, codicillos, legata & quaecunque alia in vltimis voluntatibus per quoscunque ecclesiarum praelatos, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, vel Episcopali praesulgeant dignitate, ac quorumuis monasteriorum cuiuscunque ordinis Abbates, seu comendatarios, ac presbyteros, & alias quascunque ecclesiasticas personas praedictas, & quascunque alias, quae ex bonis, & redditibus ecclesiasticis, & beneficiorum fructus percipiunt, absque nostra, seu eiusdem sedis speciali licentia, & facultate quomodolibet quae in futurum ab illis quocunque praetextu, aut quaesito colore, etiam in fauore hospitalium, & aliorum piorum locorum huiusmodi de dictis redditibus fieri, condi, & testari, seu relinqui, aut quouis vltimae voluntatis titulo disponi contigerit, nulla, irrita, inania, inualida, ac nullius prorsus roboris, vel momenti fore, & esse, ac nemini, neque etiam hospitalibus & pijs locis praefatis cum ad Cameraam ipsam solum fraudandum, prout ex multis fraudibus desuper commissis, & repertis nobis constitit, praemissa fieri clare appareat vllatenus deinceps suffragari, neque subsistere, aut testamentis suis huiusmodi quemque iuuare, aut tueri, nec effectum aliquem vllaratione habere, vel fortiri. Quinimo te, de cuius probitate, & fide specialem in domino fiduciam obtinemus, bona quaecunque posthac in dictis testamentis relicta, tamquam spolia ad nos, & eandem Cameraam spectantia, & deuoluta per te, vel subcollectores tuos deputatos, iam, vel deputandos libere exigere, & recuperare, illorumque possessionem absque vitio spolij apprehendere, ingredi, ac retinere posse, & debere, necnon pro tollendis omnino fraudibus praedictis quaecunque testamenta, donationes, codicillos, legata, & alias, quascunque vltimas voluntates, vt praefertur imposturum faciendas, & faciendas, atque in eis contenta, & inde sequuta quaecunque, etiam quoad subsecutas dictorum bonorum possessiones, & illorum apprehensiones huiusmodi Motu, scientia, & deliberatione praedictis exnunc, prout extunc reuocamus, irritamus, cassamus, & annullamus, ac viribus prorsus euacuamus, pro reuocatisque, irritatis, cassatis, annullatis, & penitus viribus omnibus euacuatis vbicunque, tam in iudicio, quam extra ab omnibus haberi debere volumus, decernimus, atque mandamus, sicque per
F f quoscun-

quosunque etiam S. R. E. Camerariū, & alios Cardinales, ac clericos, & presidentes eiusdem Camerae ceterosque iudices, & commissarios, ac alios tam ecclesiasticos, quam seculares quavis dignitate, & auctoritate, etiam Marchionali, Ducali, & Regali fulgentes in quibusvis causis, & instatijs, sublata, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi, ac decidendi facultate & auctoritate iudicari interpretari, atque decidi debere: irritū quoque, & inane, si secus super his a quoque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: non obstant. premissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prouinciarum locorum dominiorum regni Neapolis, & quorumcumque aliorum regnorum, ac hospitalium, & praesertim pauperum incurabiliū, & aliorum piorum locorum cuiusvis ciuitatis, etiam Neapol. iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs, quoque, & indultis, & litteris apostolicis illis, & quibuscumque alijs personis, & locis etiam actu hospitalitatis exercitibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia per Rom. Pontifices praedecessores nostros, ac sedem Apostolicam, aut alias etiam, per nos quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: etiam si in illis expresse caueatur, quod testameta clericorum, presbyterorum, vel etiam praetorum facultate testandi, a dicta sede minime habetium in fauore hospitalium, aut aliorum piorum locorum huiusmodi quomodolibet facta valeant, plenamque roboris firmitate obtineant, & executioni demandare debeant. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia, exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi presentibus pro sufficienter expressis, & totaliter insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, illaque aduersus praemissa nullatenus suffragari posse, vel debere decernimus. ceterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 26. Maij M. D. LX. Pont. nostri anno Primo.

S. D. N. D. PAVLI DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE III.

BVLLA EXTRAVAGANS SVPER SPOLIIS.
Paulus Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMAN. Pont. prouidentia circumspecta dubia quae litiū dispendia afferre possent, in suae declarationis arbitrio tollit, ac desuper statuit & ordinat

ordinat, prout rerum qualitate pensata, conspicit in domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, a nonnullis nimium curiosis, qui iura Camerae apostolicae usurpare, ac Camerae praefatam illis defraudare vellet in dubium redigatur, an res, & bona, spolia nuncupata praetorum, et Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium, ceterarumque personarum ecclesiasticarum secularium, & regularium, tempore obitus ipsorum remanentia, ex eo quod Rom. Pont. pro tempore existenti, & Camerae praefatae reserua ta fore, aliqua generali apostolica constitutione, forsitan non caueatur, ad Cameraam praedictam, iure legitimo spectare, & pertinere debeant. Nos, etsi satis euidenter constet, & appareat, praedecessorum nostrorum Rom. Pont. & nostram indubiam intentionem, & voluntatem semper fuisse, ut spolia huiusmodi, ad dictam Cameraam & non ad alios, spectarent, & pertinerent, & quod pro eadem Cameraa exigenterent, & recuperarentur. Cum praedecessores praefati, diuersos dictorum spoliatorum, ut ad Cameraam praedictam spectant, & pertinentium collectores, & exactores, in varijs prouincijs & locis deputauerint, & constituerint, & nos deputauerimus & constituerimus, variaeque litterae ab eisdem praedecessoribus, & a nobis super exactio ne, aliquorum eorundem spoliatorum, in quibus spolia huiusmodi, ad praefatam Cameraam spectare expresse continebatur, emanauerint, ac semper de illis, dicti praedecessores, per plerasque alias litteras, tanquam de rebus ad Cameraam praedictam pertinent. donando vel transigendo, aut alias diuersimode disposuerint, & nos disposuerimus: necnon ea ab antiquissimo tempore citra dictae Camerae nostrae nomine exacta, & inter iura ipsius camerae connumerata fuerint. Ne tamen praemissorum veritas deprimi, & mendacium desuper in praefata Cameraa praedicta, locum sibi vendicare, valeant. Attendentes quod iniquum esset, si ex apostolicae sedis benignitate vel alia rationabili causa, ad singula quaeque loca, collectores non destinantur, iura ipsius Camerae propterea depereant, dubium huiusmodi enucleare, ac in praemissis opportune providere volentes: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine Declaramus res, & bona huiusmodi, spolia, ut praefertur, nuncupata, in quibusvis regnis, ac dominijs, tam citra quam ultra montes & maria, consistentia, quae pro tempore post obitus praetorum, & personarum praedictarum, quantumcumque etiam, ut praefertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito testamento, vel absque sufficienti facultate, aut ultra quantitatem, de qua facultatem habuerint condito, decesserunt, & decedent, remanserunt, remanent, & remanebunt, etiam quod ad illa recuperandum, aliqui collectores deputati non fuerint, ad Cameraam Apostolicam, & non ad alios, etiam in quibusvis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Collegiatis, ac alijs ecclesijs, monasterijs, ceterisque beneficijs ecclesiasticis, cum cura, & sine

cura, secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis, successores, illa in titulum, commendam, administrationem, & alias quomodolibet pro tempore obtinen. etiam si ad illa vigore prioris tituli, ius regrediendi seu accedendi, vel ingrediendi, concessum fuerit, spectasse, & spectare. Illaque, tanquam ad ipsam Cameram spectantia, perpetuo colligi, & recuperari potuisse & posse, atque debere, ac ita, ut præfertur, eorundem, prædecessorum, & nostræ intentione & voluntate, semper fuisse, fidem facimus, & attestamur per præsentem. Decernentes sic, & non aliter per quoscunque, tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritatibus fungentes iudices, & personas, vbique in quacunque instantia, iudicari, diffiniri, & decidi debere. Sublata eis eorum cuiuslibet, quauis aliter iudicandi, interpretandi, & decidendi facultate. Necnon irritum & inane, quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate, sciēter, vel ignoranter, cōtigerit attentari. Quocirca dilecto filio Guidoni Ascanio Sfortiæ, S. Eustachij Diacono Cardinali, & in Camerariatus officio successoribus, committimus & mandamus, quatenus exactio ni & recuperationi spoliū huiusmodi incumbant, & illa ad Cameram Apostolicam peruenire, ac præmissa ab omnibus inuolabiliter obseruari faciant, nec permittant Cameram ipsam, vel eius agentes desuper modo aliquo, molestari, impediri, vel inquietari. Contradictores &c. compe-scendo: inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, & quibusuis apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs, editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, necnon quarumcunque ecclesiarum & monasteriorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis quomodolibet concessis, confirmatis & innouatis. Quibus illorum tenores, præsentibus, ac si de verbo ad verbum infererentur pro sufficienter expressis habentes, hac vice dūtaxat, illis alias in suo robore permāsuris, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuifim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentem literam, in Cancellaria apostolica, & Camera prædicta, publicentur, & inter constitutiones extrauagantes, ad perpetuam rei memoriam, valituræ conscribantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, attestationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, &c. Siquis &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno &c. M. D. XLI. Tertio Non. Ianuarij. Pont. nostri. Anno octauo. F. Galeanus. Collationata. Michaelangelus.

Breue

BREVE DEPUTATIONIS DONATI MATTHÆI
Minalis Theaurarij generalis in Collectorem generalem spoliū
liorum ecclesiasticorum ad Cameram Apostolicam
pertinentium in tota Italia.

PIVS PAPA IIII.

Dilecto Filio Donato Matthæo Minali de Bellano Laico Mediolanensi.
Dioc. Theaurario nostro generali.

Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus nonnulli res, & bona, mobilia, & immobilia, ac se mouentia ex fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum acquisita, per obitum Prælatorum, & aliarum quarumcunque personarum ecclesiasticarum secularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra hanc aliam Urbem decesserunt, remanentia, & relicta, quæ tanquam spolia alijs fel. rec. Paulus Papa III. prædecessor noster ad Cameram Apostolicam spectare, & pertinere decreuit, & declarauit, necnon fructus, redditus, & prouentus mensarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum in tota Italia consistentium, & per obitum illorum Prælatorum vacantium, indebitè occupare, & spolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi dictam Cameram defraudare præsumperint, & præsumant, in animarum suarum periculum, ipsiusq; Cameræ præiudicium non paruum. Nos pro nostri pastoralis officij debito, talium personarum ausus temerarios reprimere, & ne spolia ac fructus huiusmodi in posterum dispendentur opportune prouidere volentes, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quascunque dictorum spoliū, & fructuum per totam Italiam ad hunc usque diem quomodolibet etiam per nos, seu de mandato nostro deputatos Collectores, & Subcollectores etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Camerarius fuerint, primum & ante omnia reuocantes, omnemque illis desuper attributam auctoritatem, & potestatem abdicantes, Te, qui cōiugatus existis, & de cuius, fide, integritate, & diligentia plurimum in domino confidimus, nostrum & dictæ Cameræ in vniuersa Italia spoliū ad ipsam Cameram pertinentium, nec non fructuum, reddituum & prouentuum mensarum huiusmodi Collectorem generalem auctoritate Apostolica tenore præsentium quoad vixeris, & quandiu Theaurarius nostri generalis officium obtinueris, constituimus, & deputamus. Dantes tibi plenam & omnimodam potestatem, & auctoritatē omnes & singulas res & bona quacunque mobilia, & immobilia, ac

Ff 3 se

se mouerria spolia nuncupata huiusmodi, & etiam illa, quæ ex fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis empta, reedificata refecta & restaurata fuerint, seu alias ex eisdem fructibus, redditibus, & prouentibus quomodolibet prouenerint, per obitum quarumcunque personarum ecclesiasticarum secularium beneficia non simplicia, sed administrationem habentia, obtinentium, & quoad beneficia simplicia nisi ex priuilegio Apostolico eis concessio, seu ex consuetudine legitime præscripta in loco vigente testari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium, in yniuersa Italia, extra tamen dictam Urbem pro tempore decedentium, remansura, & relicta, cuiuscunque qualitatis, generis, & speciei fuerint, etiam gemmas, & alia preciosa, & pecuniarum summas, necnon etiam fructus, redditus, & prouentus mensurarum huiusmodi, a die Ecclesiarum, & Monasteriorum vacationis huiusmodi, vsque ad diem præfectionis, & Monasterionis, seu commendæ de illis faciendis, quos omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus ad nos & dictam Cameram spectare & pertinere volumus, & decernimus, ac eidem Cameræ applicamus, & appropriamus, nostro & præfatæ Cameræ Apostolicæ nomine colligendi, percipiendi, & recuperandi, ac tam super illis, quàm alijs quibuscunque spolijs, quæ hactenus in ipsa Italia per similibus personarum obitum, aut alias remanserunt, & indebite vsurpantur, omnibus vijs, & modis inquitendi, & inuestigandi. Et pro facilioti inquisitione quascunque personas cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & præminentie fuerint, etiam exemptas, ac præteritos Collectores, & Subcollectores ad coram te, vel alio, seu alijs a te deputandis, comparandum, necnon de administratis, exactis, & receptis per eos computum, & rationem reddendum. Illosque quorum testimonio te indigere cognoueris, ad se examini subiiciendum, ac spoliatorum, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum huiusmodi occupatores, & detentores ad spolia, fructus, redditus, & prouentus eadem relaxandum, & tibi consignandum, & soluendum sub censuris, & pœnis ecclesiasticis per personam ecclesiasticam a te eligendam infligendis, ac etiam pecuniarijs tuo arbitrio moderandis, & applicandis monendi, & compellendi: Ac contradictores quoslibet, & rebelles, ac renitentes censuras & pœnas prædictas incurrisse declarandi, & illas aggrauandi, & reaggrauandi, Interdictumque ecclesiasticum inuolabiliter obseruandum apponendi, Auxiliumque brachij secularis ad hoc si opus fuerit, inuocandi. Et super iisdem spolijs ac fructibus, redditibus, & prouentibus pro dicta Camera, prout tibi videbitur componendi, & concordandi, Soluentisque de compositis ac solutis per

eos,

eos, & receptis absoluendi, & liberandi: necnon ad cor reuersos, si id humiliter petierint, a censuris & pœnis, si quas inciderint, per personam ecclesiasticam a te eligendam, præuia satisfactione absoluendi, & liberandi. Ac in præmissis omnibus & singulis summarie, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta procedendi. Vnum quoque vel plures loco tui Subcollectores, cum simili aut limitata potestate deputandi & subdelegandi. Illosque quoties tibi videbitur reuocandi, cæteraque omnia & singula faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna. Et insuper vt exactio spoliatorum, ac fructuum, reddituum, & prouentuum huiusmodi celerius, & facilius fiat: quod de cætera omnes, & singulæ lites, causæ, & controuersiæ super quibusuis ipsorum spoliatorum, ac fructuum, reddituum, & prouentuum negocijs, nunc & pro tempore pendentes, a nullo alio quàm a te, seu altero super dictis spolijs ac fructibus, redditibus, & prouentibus pro tempore deputatis Collectoribus, aut Subcollectoribus, aut particularibus delegatis cognosci, nec alteri, nisi per commissionem manu nostra signatam, vel per nostras literas committi, aut delegari possint. Et citato moderno, & pro tempore existente dictæ Cameræ Apostolicæ Commissario generali, quodque citationes, inhibitiones vel mandata, quæ alias, quàm ex commissionibus, vt præferatur manu nostra signatis, eodemque Commissario citato, vel literis nostris emanauerint, quoad earundem causarum introductionem, & lites pendentes, seu suorum ministrorum, per se ad id deputandorum iurisdictionis, & processuum impedimentum, vel retardationem, nullius sint roboris vel momenti. Quodque a sententijs per te, seu tuos ministros præfatos super præmissis pro tempore latis, nullatenus appellari, seu earum executio differri, aut suspendi nullatenus possit aut debeat, Nisi factis prius per condemnatos rerum de quibus condemnati fuerint in tuis, seu ministrorum prædictorum manibus actuali deposito, dicta auctoritate per easdem præfatas statuimus, & ordinamus, Ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & ordinum prædictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis Ecclesijs, Monasterijs, & ordinibus prædictis, eorumque superioribus, Prælati, & personis, ac quibusuis alijs sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam de-

Ff 4 rogato.

Auscato con
sarg.P
Remerap
pellato.

rogatarum derogatorijs, alij (que efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis; hac vice duntaxat, ad effectum presentium, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris Diexxi. Julij. M. DLX. Pontificatus nostri Anno primo.

Ca. Glorierius.

PIVS PAPA QVARTVS.

AD futuram rei memoriam. Cupientes malitijs nonnullorum qui fructus monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, dispositioni apostolicae reseruatorum vsurpare non verentur occurrere, & Camerae nostrae Apostolicae indemnitati quantum cum Deo possumus consulere: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine omnes, & singulos fructus redditus, & prouentus, ac iura, obuentiones, & emolumenta quaecunque, quomodolibet, & qualitercunque nuncupata omnium, & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumuis ordinum regularium, & monasteriorum, etiam concistorialium nobis, & sedi Apostolicae, tam per constitutiones apostolicas, quam cancellariae Apostolicae regulas editas, & edendas, seu alias quomodolibet, & ex quauis causa generaliter, vel specialiter reseruatorum seu affectorum in Regno Neapolitana, & quibusuis illius prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis consistentium per obitum, & alias quouis modo praeterquam per cessum illa obtinentium pro tempore vacantium, a die ipsorum beneficiorum, & monasteriorum vacationis, pro rata temporis, usque ad diem quo prouisi per nos de eisdem beneficijs, & monasterijs vigore litterarum nostrarum sub plumbo, illorum possessionem de manu dilecti filij Magistri Pauli Odescalchi notarij, & in dicto Regno nuntij, & collectoris

lectoris nostri quem per alias nostras litteras commissarium ad capiendum possessionem beneficiorum, & monasteriorum huiusmodi deputauimus, habuerint, & acceperint, & aliter capta possessio nullius sit roboris, vel momenti, ac prouisi ipsis nullum ius per eam acquiri, neque eis ullatenus suffragari possit, eidem Camerae apostolicae, auctoritate apostolica tenore presentium applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque applicata, incorporata, & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare, & pertinere nullumque praeter nos, & dictam Cameraam, aut ipsum Paulum Nuncium, & Collectorem, aut ab ipsis deputatos Subcollectores, ea percipere, exigere, aut alias se in illis intromittere posse, aut debere statuimus, & ordinamus: & nihilominus, ne aliquod impedimentum huic nostrae ordinationi occurrat, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs in virtute sanctae obedientiae, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus ecclesiae quo ad Archiepiscopos, & Episcopos, quo vero ad alios inferiores, etiam sub excommunicationis, & alijs arbitrij nostri, & quo ad omnes sub priuationis facultatis conferendi beneficia in eorum mensibus pro tempore vacantia, penis districte praecipimus, & inhiemus, ne beneficia dispositioni apostolicae reseruata, seu affecta praedicta quouis praetextu, causa, aut quaesito colore, cuiquam conferre, seu de illis prouidere quoquomodo audeant, vel praesumant: sicque in praemissis omnibus, & singulis per quoscunque quauis auctoritate fungentes iudices commissarios, & personas, sublata eis, & eorum cuiilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniti debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: ac mandantes eidem Paulo, Nuncio, & Collectori, vt nostro, & dictae Camerae nomine fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta huiusmodi exigat, percipiat, & leuet sibi que consignari, & tradi ab omnibus, ad quorum manus peruenerit, pro rata praedicta per censuras, & penas ecclesiasticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia quacunque appellatione postposita faciat, & curet: inuocato, etiam si opus fuerit auxilio brachij secularis: super quibus omnibus, & singulis plenam, & liberam illi per presentes concedimus facultatem, & potestatem: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum, & illorum ordinum, ac beneficiorum praedictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris apostolicis illis, & quibusuis alijs personis sub quibus-

*Auocatio cum
sarg.*

*Remuet ap
pellatio.*

cunque

cunq̄ue tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatorijs, alijſque efficacibus, efficaciffimis, & inſolitis clauſulis irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus conſeſſis, conſirmatis, & innouatis: quibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mētio, ſeu quāuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiusmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inferſis habentes, illis alias in ſuo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, illaque aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe, ſiue debere decernimus cæteriſque contrarijs quibuscunq̄ue. Volumus autem quod præſentium manu notarij publici ſubſcriptis tranſumptis, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę, ſeu curię eccleſiaſticę munitis, eadem proſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibite, vel oſenſę. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ſeptima Decembris M. D. LX. Pontificatus noſtri Anno Primo.

BREVE DEPUTATIONIS REVEREN. PATRIS
 Domini Hieronymi Fulcari Epifcopi Torcellan. Camerę Apoſtolice Theſaurarij generalis in collectorem generalem Spoliorum ad dictam Cameram pertinentium in tota Italia.

PAVLVS PAPA III.

VENERABILIS frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum (ſicut accepimus) nonnulli res, & bona mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita, per obitum Prælatorum, & aliarum quarumcunq̄ue perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quę extra Romanam curiam deceſſerunt remanentia, & relicta, quę tanquam ſpolia alias ſel. rec. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter ad Cameram Apoſtolicam ſpectare, & pertinere decreuit, & declarauit, indebite occupare, & ſpolijs huiusmodi dictam Cameram defraudare præſumpſerint, & præſumant, in animarum ſuarum periculum, ipſiſque Camerę præiudicium non modicum. Nos pro noſtri paſtoralis officij debito, volentes temerarios talium perſonarum auſus comprimere, & ne in futurum ſpolia prædicta diſſipentur opportune providere,
 Motu

Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, omnes & quocunq̄ue dictorum ſpoliorum per totam Italiam hæcenus quomodolibet etiam per nos, ſeu de mandato noſtro deputatos, etiam ſi Sanctę Romanę Eccleſiæ Cardinalis, & Camerarius fuerit, Collectores, & Subcollectores primitus, & ante omnia reuocantes, omnemque illis deſuper attributam auctoritatem, & poteſtatem abdicantes. Te de cuius fide, probitate, & diligentia plurimum in domino conſidimus, noſtrum & dictę Camerę in vniuerſa Italia ſpoliorum ad ipſam Cameram pertinentium huiusmodi, Collectorem generalem auctoritate Apoſtolica tenere præſentium ad beneplacitum noſtrum conſtituimus, & deputamus: dantes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, & auctoritatem omnia, & ſingula, res, bona quęcunq̄ue mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, per obitum quarumcunq̄ue perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, beneficia non ſimplicia, ſed adminiſtrationem habentia obtinentium, & quo ad beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico eis conſeſſo: ſeu ex conſuetudine legitime præſcripta, in loco viginti teſtari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam pontificali dignitate fulgentium in vniuerſa Italia, extra tamen hanc almam Urbem, pro tempore deſcedentium remanentia, & relicta, cuiuſcunq̄ue qualitatıs, generis, & ſpeciei fuerint, etiam gemmas, & præcioſa, ac pecuniarum ſummas, noſtro, & prædictę Camerę Apoſtolice nomine colligendi, & recuperandi, & tam ſuper illis, quàm alijs quibuscunq̄ue ſpolijs, quę hæcenus in ipſa Italia per ſimilium perſonarum obitum remanſerunt, & indebite uſurpantur, omnibus vijs, & modis inueſtigandi, & inquirendi, ac pro faciliiori inqueſtione huiusmodi, quacunq̄ue perſonas, cuiuſcunq̄ue dignitatıs, ſtatus, gradus, ordinis, & præminentię fuerint, etiam exemptas, ac præteritos Collectores, & Subcollectores, ac alias perſonas ad coram te comparandum, necnon de adminiſtratis, & acceptis per eos computum, & rationem tibi reddendum, illoſque quorum teſtimonio te indigere cognoueris, ad ſe examini ſubiiciendum, ac ſpoliorum huiusmodi occupatores, & detentores ad ipſa ſpolia relaxandum, & tibi conſignandum, & ſoluendo ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis fulminandis, ac etiam pecuniarijs arbitrio tuo moderandis, & applicandis, monendi, & compellendi, contradictoresque, & retinentes cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarandi, & illas aggrauandi, & reaggrauandi; Interdictumque eccleſiaſticum inuolabiliter obſeruandum apponendi, & auxilium brachij ſecularis ad hoc, ſi opus fuerit inuocandi, & ſuper eiſdem ſpolijs, pro dicta Camera componendi, & concordandi, necnon ſoluentes, de per eos ſolutis,

lucis, & receptis quietandi, & absoluendi, & ad cor reuersos, si id a te humiliter petierint, a censuris, & penis quas incurrerint satisfactis, absoluendi, & liberandi cæteraque omnia, & singula faciendi, gerendi, & exequendique in præmissis, & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis statutis quoque, & consuetudinibus, etiam iuramento roboratis cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die viij. Februarii M.D.LVI. Pontificatus nostri Anno primo.

P A V L V S P A P A I I I I .

*Avvocato cau-
sary tam p[re]sen-
tium, quam fu-
turar[um] s[ed] spoli-
is, ad collectorem
eius delegatis*

AD futuram rei memoriam. Ut exactio spoliiorum, tam status Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam aliarum partium Italiæ celerius, & facilius fiat, nec ministrorum multitudinem confundatur: Motu proprio, & ex certa nostra scientia omnes, & singulas lites, causas, & controuersias, quæ coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, præterquam Dilecto filio Christophoro Cincio Thesaurario nostro generali, & eorumdem spoliiorum in tota Italia Collectore generali per nos deputato, & illius ministris, ac substitutis super quibusuis ipsorum spoliiorum negocijs, in Italia huiusmodi indecisæ pendent, earum status, & merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium, præsentibus pro expressis habentes, ad nos harum serie aduocamus, illasque, ac ipsa negocia in statu, ac terminis, in quibus reperiuntur, eidem Christophoro Cincio per se, vel eius ministros, iuxta tenores suarum facultatum cognoscendas, & sine debito terminandas, apostolica autoritate, tenore præsentium remittimus, & quatenus oporteat, de nouo committimus: & quod de cætero lites, & causæ huiusmodi, a nullo alio, quam eodem Christophoro, seu ab eo super dictis spolijs pro tempore deputatis collectoribus, cognosci, nec alteri, nisi per commissionem manu nostra signatam, vel per eiusdem Christophori Cincij literas committi, vel delegari possint, & citato dilecto filio Sigismundo Martignone nostro, & Cameræ Apost. Commissario generali: quodque citationes, inhibitiones, vel mandata, quæ aliter quam ex commissionibus, ut præfertur, manu nostra signatis, eodemque commissario citato, vel literis eiusdem, Christophori emanauerint, quo ad earum causarum introductionem, & lites pendenciam seu iurisdictionis, ac processuum prædicti Christophori, & eius ministrorum impedimentum, vel retardationem, nullius sint roboris, vel momenti, dicta autoritate per easdem præ-
sentes

sentes statuimus, & ordinamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid aliter a quoquam cuiusuis auctoritatis & præminentia, & quacunque etiam legationis de latere, vel alia dignitate, ac potestate fungente, quomodolibet conserit attentari, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die XXI. Octobris. M. D. LVII. Pont. nostri anno tertio.

Io. Bærengus.

Die xij. Nouembris 1557. admiff. ex decreto Camera & registrat. libro signaturarum Sanctiss. D. N. Papæ apud me notarium folio. 163. Hie. de Taranc.

BVLLA CONFIRMATIONIS ET INNOUATIONIS
Privilegiorum Incolarum, & Curialium Urbis super libera facultate disponendi de bonis suis, Necnon declarationis literarum super bonis ex illicita negociatione acquisitis editarum.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pont. ex sua circumspecta providentia attendens suam Almam Urbem Apostolorum Petri, & Pauli glorioso Martyrij cruore Domino nostro IESV Christo consecratam, Caput Orbis existere, & altissimum in ea sacerdotij principatum, Christianæque Religionis caput instituisse, & ad illam tamquam communem omnium Christi fidelium patriam, de vniuersis mundi partibus Christi fideles ipsos in copioso numero confluere: Ut illa eo amplioribus prærogatiuis decoretur, quo est omnium aliarum mater, cunctorumque ad eam vndequaq; accedentium benigna receptrix, & alumna, ac illius Incolæ & habitatores, ac Roman. Curiam sequentes, eo quietius & tranquillius in ea degant, quo se amplioribus fauoribus & gratijs mouerint communitos. Nonnunquam a suis prædecessoribus in illorum fauorem concessa, pro illorum subsistentia firmiori, non solum approbat, sed etiam innouat, & quæ postmodum ab eo emanarunt litteræ Apostolicæ, ne defectu incertitudinis aliquid, quod a mente sua alienum sit, oriri contingat, illas ita suæ declarationis adminiculo dilucidat, ut nulli hæsitacionis & dubitationis scrupulus relinquatur, & alias desuper disponit, prout rerum & temporum qualitate pensata, conspicit in domino salubriter expedire.

dire. Nuper siquidem postquam fel. recor. Iulius Papa III. prædecessor noster, cupiens Urbis decori, & Curia prædictarum frequentia, necnon Urbem incolentium, & Curiam huiusmodi insequentium, indemnitati consulere. Motu suo proprio quod perpetuis futuris temporibus omnes & singuli Urbis Incolæ, seu Curiam huiusmodi sequentes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis existerent, etiam si Cardinalatus, aut Patriarchali, Archiepiscopali, Abbatiali, vel quavis alia ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgerent, si eos in dicta Curia seu eius districtu decedere contingeret, de omnibus & singulis eorum immobilibus, mobilibus, & se mouentibus bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in dicta Vrbe, & eius districtu pro tempore consistentibus, & per eos etiam ex fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine Secularium, & quorumuis ordinum Regularium quomodocunque & qualitercunque qualificarum, per eos etiam ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus apostolicis in titulum vel commendam, aut administrationem seu alias quomodolibet obtentorum, aut alias licite tamen acquisitis cuiuscunque dignitatis, quantitatis, qualitatis, summæ valoris, & pretij seu conditionis existerent, etiam si talia essent, quæ sub generali bonorum expressione non comprehenderentur, sed speciali nota digna essent, tam donatione inter viuos, & causa mortis, quàm testamento codicillis, fideicommissis, legatis, & quavis alia vltima voluntate in fauorem consanguineorum, & affinium suorum, ac quarumuis aliarum personarum, etiam penitus extraneorum, ac de iure incapacium seu alias prohibitarum, etiam diuitum & potentum, ac nothorum suorum illegitimos, seu spurios, ac Collegiorum, & vniuersitatum Ecclesiarum, & piorum, & non piorum locorum disponere, ac in eis consanguineos affines, & quasuis alias personas, ac natos etiam, vt præfertur procreatos, necnon Collegia, vniuersitates, ecclesias, & loca, hæredes, particulares, & vniuersales pro libito eorum voluntatis instituire, libere & licite valerent. Quòdque Urbis Incolæ, & Curiam huiusmodi sequentes, si ab intestato decederent, eorum bona, pecuniæ, iocalia, iura, actiones, & res huiusmodi non ad pro tempore existentem Rom. Pont. aut Cameram Apostolicam, sed ad ipsorum decedentium proximiores agnatos & alios, qui eis nisi beneficiati fuissent, de iure succedere deberent, alias iuxta iuris communis dispositionem libere deuoluerentur, nec per Cameram præfatam, aut pro ea agentes, etiam prætextu quòd hæredes præfati in Curia tunc non existerent, aut quòd aliqui eisdem defunctis sanguine coniuncti, in eadem Vrbe

non

non reperirentur, vel alias temeræ dilapidationis bonorum, pecuniarum, iocalium, & rerum huiusmodi occupari, aut inuentariari possent, sed si hæredes præfati in Curia non forent, aut aliqui eisdem pro tempore defunctis sanguine coniuncti in Vrbe non reperirentur, tunc & eo casu pecuniæ, & alia bona huiusmodi, per ad id pro tempore deputatos singularum nationum, quarum ipsi defuncti essent, apprehenderentur, & iuxta iuris formam inuentariarentur, & sub fideli custodia pro eiusdem hæredibus conseruarentur, per quasdam suas statuerat & ordinauerat, districtius inhiendo pro tempore existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac eiusdem Cameræ præsentibus & clericis, necnon alijs Urbis, & Curia prædictarum officialibus, ac ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum prædictorum Prælati; capitulis, Conuentibus, Rectoribus, & illa pro tempore obtinentibus quocunque nomine nuncuparentur, ne de bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus per prælatos & alios supradictos pro tempore decedentes in dicta Vrbe, & infra eius districtum, vt præfertur relictis, se introumittere, aut illa petere seu vendicare, vel hæredes, & successores decedentium personarum huiusmodi, illorum occasione impedire, seu alias quomodolibet molestare præsumerent. Nos ex certis tunc expressis causis Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, per alias nostras litteras Sub dat. videlicet non. Nouem. Pont. nostri anno primo, decreuimus, & declarauimus, omnia & singula, res, & bona cuiuscunque qualitatis, & quantitatis existentia, ac in quibusuis rebus, ac regnis & dominijs, tam vltra, quam citra montes, & maria consistentia per quosuis clericos tam seculares, quàm regulares, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, vel alia maiori dignitate præfulgerent, ex negotiatione illicita, aut alias contra sacros canones, quomodolibet acquisita, quæ pro tempore post obitum eorum, qui etiam ex facultate quam habuerant, testandi, condito testamento vbiuis locorum decederent, aut quibus illos etiam viuentes priuari, & eis destitui contingeret eatenus remanserant, & impostum remaneret ad eandem Cameram, & non alios spectasse & spectare, ac sub nomine spoliatorum venire: illaque tanquam spolia ad eandem Cameram pertinentia perpetuo colligi, & recuperari potuisse, ac posse & debere, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut nobis innotuit a nonnullis hæretetur, ne ex his litteris nostris statuto & ordinatione Iulij prædecessoris huiusmodi, præiudicium aliquod generatum sit, aut dici seu censeri possit. Nos qui urbis decorem, & venustatem, ac illius Incolarum prædictorum prosperum, & felicem successum synceris exoptamus affectibus, quique illam non minoribus

noribus, fauoribus quam dicti prædecesores profecuti sunt prosequi intendimus? ne propter nostræ declarationis defectum, & veritatis suppressione, contra mentem, & voluntatem nostras, cuiquam præiudicium generetur, quantum in nobis est providere volentes, ac dictarum nostrarum litterarum veriore tenorem præsentibus pro sufficienter expresso habentes, necnon Motu, & scientia similibus, litteras nostras prædictas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam vbiuis locorum decedentes, ac eorum bona vbi que existentia nullo pacto, ac Vrbe, & Curiam præfatas, necnon prælatos, Officiales, ac alios seculares, & cuiusvis ordinis regulares Clericos, cæterosque tam in Vrbe, & Curia præfatis pro tempore existentes, & in ea seu eius districtu decedentes, quam alias alibi vbiuis locorum, etiam vltra montes, & maria existentes, testandi tamen, codicillandi, & alias de bonis suis quibuscunque quomodolibet disponendi facultatem, seu etiam, quod eis ab intestato decedentibus, eorum bona ad ipsorum proximiores, & qui nisi beneficiati essent succedere deberent, deuoluantur & debeant specialem ab Apostolica sede, vel officiorum suorum ratione priuilegiorum, aut ex alio quouis titulo pro tempore habentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentia personarum minime se extendere, neque illos, aut eorum aliquem comprehendere: sed ab eis penitus exceptos fuisse fore & esse, ac dici & censer, & alias easdem nostras literas etiam absque verbis, aut alias contra sacros canones, in illis appositis, in omnibus & per omnia, ac si illa in eis apposita non fuissent, seu illæ sine eis emanassent stare, & in suis robore, & efficacia permanisse & permanere debuisse & debere. Declarantes eisdem Motu, & scientia tam Iulij statutum, & ordinationem huiusmodi, quam per Sixtum III. & Alexandrum VI. Leonem X. & alios Romanos Pontifices, etiam prædecesores nostros, ac etiam nos, etiam in Conclau in quo diuina disponente Clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, etiam in ipsius Urbis, & eius ædificiorum Romanæque Curia, & eius officialium, ac aliarum personarum prædictarum, etiam extra Vrbe, & in quibusvis prouincijs, etiam vltra montes, & maria ut præfertur, in genere vel in specie, circa testandi & succedendi huiusmodi facultatem, quomodolibet concessa priuilegia, & indulgentia, ac cum inhibitionum decretorum, & in eis contentis clausulis Iulij prædictas, ac aliorum prædecesorum prædictorum, singulas desuper confectas litteras, & inde secuta quæcunque, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, etiam ad hoc ut omnes, & singuli supradicti, de omnibus, & singulis eorum rebus & bonis, etiam nulla quantitatis & acquisitionis

tionis ipsorum bonorum distinctione, habita, libere disponere valeant, ac si dictæ nostræ litteræ non emanassent, aut aliæ imposterum emanarent, dicta auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, necnon illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus. Et nihilominus pro potiori cautela, illa omnia, & singula eiusdem modis, & formis quibus per dictos prædecesores concessa fuerunt, de nouo eisdem auctoritate, & tenore, ac Motu, & scientia statuimus, ordinamus, & concedimus, necnon illa valida, & efficacia existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari, ac singulis supradictis suffragari, sicque in præmissis omnibus, & singulis per Camerarium, præfidentes, & clericos præfatos, ac quoscunque alios Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ipsius Eccl. Rom. Cardinales, sublata eis, & eorum cuiilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & inane decernimus: non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Camera, & ecclesiarum, ac monasteriorum, & ordinum prædictorum, & quibusvis alijs etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, necnon priuilegijs, indultis, & litteris apostolicis, illis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, & scientia similibus concessis, & approbatis, ac innouatis: quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac omnibus illis quæ Iulius, & alij prædecesores præfati, in dictis suis litteris voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentibus litteras ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis, seu copijs, etiam impressis, manu notarij publici subscriptis, & alicuius Prælati sigillo munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbi que adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrarum declarationum, decretorum, approbationis, confirmationis, innouationis, adiectionis, statuti, ordinationis, concessionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis

tenis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo: Nonis Februarij Pontificatus nostri Anno secundo.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

Anno à natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo, indictione quarta: die vero decimaquinta Mensis Februarij, Pont. Sanctiss. in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quattii, Anno secundo, Retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in Acie campi Floræ, & Valuis Cancellariæ Apostolicæ per nos Iacobum Carra, & Antonium Clerici Cursores.

Franciscus Rogerius Magister Cursorum.

BVLLA GRATIOSA S. D. N. IVLII III. PONT. MAX.

Reuocationis, & cassationis Gabellarum Farinæ, & contractuum, ac liberationis ab illarum solutione, necnon amplissimi priuilegij Incolarum, & Curialium Urbis super libere disponendi de rebus suis, facultate, cū decreto quod Fiscus, & Camera Apost. super eorum bonis, etiam ab intestato decedentium se non intromittant, sed illa referuentur ipsorum hæredibus.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

CVPIENTES, ut Alma Vrbs nostra, in qua beatus Petrus Apostolorum princeps sibi, & suis in Christi Vicariatu successoribus sedem constituit, & ad quam veluti communem ciuium fidelium patriam, frequens est hominum accessus, specialibus fauoribus, & prærogatiuis decoretur, & qui illam pro tempore incolunt, seu Ro. Curiam sequuntur, tam in his quæ ad victum hominis pertinent, quam in suorum dispositione bonorum, & post eorum obitum hæredes sui in eorundem bonorum affectatione plena libertate fruantur, & Urbis decori, ac Curie prædictarum frequentia, necnon Urbem incolentium, & curiam huiusmodi insequentium indemnitati consulatur. Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, plurimum Romanorum Pontifi-

cum

cum prædecessorum nostrorum, qui eandem Urbem diuersis gratijs, & priuilegijs decorarunt vestigijs inhærendo, Gabellarum Farinæ, quæ dudum per fel. recor. Clementem VII. imposita, & per Paulum Tertium Ro. Pontifices, etiam prædecessores nostros, aucta fuit, ac inno-uationem, seu nouam impositionem Gabellæ contractuum, per eundem Paulum prædecessorem, cum adiectione certarum pœnarum in illam soluere differentes, & mandato, ut ab omnibus rigorosissime exponeretur factam, & quascunque super illis ab eisdem Clemente, & prædecessoribus emanatas litteras apostolicas, aut alias desuper confectas scripturas, auctoritate apostolica tenore præsentium, ex certa scientia reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro reuocatis, cassis, irritis, & nullis haberi volumus: ac de cætero Farinæ nullatenus, contractuum vero Gabellas, huiusmodi solum his modo, & forma quibus ante dictum Paulum prædecessorem exigi solebat, exigi posse volumus, ipsasque Gabellas imposterum per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes innouari, vel de nouo imponi, seu ampliari non posse, & si innouentur, vel de nouo imponantur, aut amplientur, earum inno-uationes, vel de nouo impositiones, aut ampliationes, nullas, irritas, & inanes, ac nullius roboris, vel momenti fore, & illis non obstantibus Gabellas prædictas nullatenus, ultra quam, ut præfertur, exigi posse decernimus. Et insuper auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, omnes, & singuli Urbis incole, seu curiam huiusmodi sequentes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, præminentia, vel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel quauis alia ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant, si eos in dicta curia, seu eius districtu decedere contigerit, de omnibus, & singulis eorum immobilibus, mobilibus, & se mouentibus bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in dicta Vrbe, & eius districtu pro tempore consistentibus, & per eos etiam ex fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura secularium, & quorumuis ordinum regularium, quomodocunque, & qualitercumque qualificatorum, per eos etiam quibusuis concessionibus, & dispensationibus apostolicis in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu alias quomodolibet obtentorum, aut alias licite tamen acquisitis, cuiuscunque quantitatis, qualitatis, summæ, valoris, & precij, seu conditionis existant, etiam si talia sint, quæ sub generali verborum expressione non comprehendantur, sed speciali nota digna sint, tam donatione inter viuos, & cau-

Gg 2 la

tentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo: Nonis Februarij Pontificatus nostri Anno secundo.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

Anno à natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo, indiçtione quarta: die vero decimaquinta Mensis Februarij, Pont. Sanctiss. in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno secundo, Retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in Acie campi Floræ, & Valuis Cancellariæ Apostolicæ per nos Iacobum Carra, & Antonium Clerici Cursores.

Franciscus Rogerius Magister Cursum.

BYLLA GRATIOSA S. D. N. IULII III. PONT. MAX.

Reuocationis, & cassationis Gabellarum Farinæ, & contractuum, ac liberationis ab illarum solutione, necnon amplissimi priuilegij Incolarum, & Curialium Urbis super libere disponendi de rebus suis, facultate, cū decreto quod Fiscus, & Camera Apost. super eorum bonis, etiam ab intestato decedentium se non intromittant, sed illa referentur ipsorum hæredibus.

IULIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Ad perpetuam rei memoriam.

CVPIENTES, vt Alma Vrbs nostra, in qua beatus Petrus Apostolorum princeps sibi, & suis in Christi Vicariatu successoribus sedem constituit, & ad quam veluti communem ciuium fidelium patriam, frequens est hominum accessus, specialibus fauoribus, & prærogatiuis decoretur, & qui illam pro tempore incolunt, seu Ro. Curiam sequuntur, tam in his quæ ad victum hominis pertinent, quam in suorum dispositione bonorum, & post eorum obitum hæredes sui in eorundem bonorum affecutione plena libertate fruantur, & Urbis decori, ac Curie prædictarum frequentia, necnon Urbem incolentium, & curiam huiusmodi insequentium indemnitati consulatur. Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, plurium Romanorum Pontificum

cum prædecessorum nostrorum, qui eandem Urbem diuersis gratijs, & priuilegijs decorarunt vestigijs inhærendo, Gabellarum Farinæ, quæ dudum per fel. recor. Clementem VII. imposita, & per Paulum Tertium Ro. Pontifices, etiam prædecessores nostros, aucta fuit, ac innovationem, seu nouam impositionem Gabellæ contractuum, per eundem Paulum prædecessorem, cum adiectione certarum pœnarum in illam soluere differentes, & mandato, vt ab omnibus rigorosissime exponerentur factam, & quascunque super illis ab eisdem Clemente, & prædecessoribus emanatas litteras apostolicas, aut alias desuper confectas scripturas, auctoritate apostolica tenore præsentium, ex certa scientia reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro reuocatis, cassis, irritis, & nullis haberi volumus: ac de cætero Farinæ nullatenus, contractuum vero Gabellas, huiusmodi solum his modo, & forma quibus ante dictum Paulum prædecessorem exigi solebat, exigi posse volumus, ipsasque Gabellas impostum per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes innouari, vel de nouo imponi, seu ampliari non posse, & si innouentur, vel de nouo imponantur, aut ampliarentur, earum innovationes, vel de nouo impositiones, aut ampliaciones, nullas, irritas, & inanes, ac nullius roboris, vel momenti fore, & illis non obstantibus Gabellas prædictas nullatenus, ultra quam, vt præfertur, exigi posse decernimus. Et insuper auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, omnes, & singuli Urbis incole, seu curiam huiusmodi sequentes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, præminentia, vel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel quauis alia ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant, si eos in dicta curia, seu eius districtu decedere contigerit, de omnibus, & singulis eorum immobilibus, mobilibus, & se mouentibus bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in dicta Vrbe, & eius districtu pro tempore consistentibus, & per eos etiam ex fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura secularium, & quorumuis ordinum regularium, quomodocunque, & qualitercumque qualificatorum, per eos etiam quibus concessionibus, & dispensationibus apostolicis in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu alias quomodolibet obtentorum, aut alias licite tamen acquisitis, cuiuscunque quantitatis, qualitatis, summæ, valoris, & precij, seu conditionis existant, etiam si talia sint, quæ sub generali verborum expressione non comprehendatur, sed speciali nota digna sint, tam donatione inter viuos, & cau-

fa mortis, quam testamento, codicillis, fideicommissis, Legatis, quavis alia vltima voluntate in fauorem consanguineorum, & affinium suorum, ac quarumuis aliarum personarum, etiam penitus extranearum, ac de iure incapacium, seu alias prohibitarum, etiam diuitum, & potentium, ac natorum suorum illegitimorum, seu spuriorum, ac collegiorum, vniuersitatum, ecclesiarum, & locorum piorum, & non piorum disponere, illaque eis donare, concedere, relinquere, & erogare, ac in eis consanguineos, affines, & qualuis alias personas, ac natos etiam, vt præfertur procreatos, necnon collegia, vniuersitates ecclesias, & loca, hæredes particulares, & vniuersales pro libito eorum voluntatis instituere libere, & licite valeant. Quodque si virbis incolæ, aut curiam huiusmodi sequentes, ab intestato decesserint, eorum bona, pecunia, iocalia, iura, actiones, & res huiusmodi, non ad nos, & pro tempore existentem Rom. Pontificem, aut Cameram Apostolicam, sed ad ipsorum pro tempore decedentium proximiores agnatos, & alios qui eis nisi beneficiati essent, de iure succedere deberent, alias iuxta iuris communis dispositionem, libere deuoluantur, nec per Cameram prædictam, aut pro ea agentes, etiam prætextu quod hæredes præfati in curia non existant, aut quod aliqui eisdem defunctis sanguine coniuncti in eadem vrbe, non reperiantur, vel alias timore dilapidationis bonorum, pecuniarum, iocalium, & rerum huiusmodi occupari, aut inuentariari possint, sed si hæredes præfati in curia, non fuerint, aut aliqui eisdem pro defunctis sanguine coniuncti in Vrbe non reperiantur, tunc & eo casu bona, & pecuniæ, ac alia huiusmodi, per ad id pro tempore deputatos singularum nationum, quarum ipsi defuncti fuerint, apprehendantur, & iuxta iuris formam inuentarientur, & sub fidei custodia, & eisdem hæredibus conferuntur: districtius inhibentes dilectis filiis moderno, & pro tempore existenti Camerario nostro, & clericis eiusdem Cameræ, Præsidentibus, ac alijs, nostris, & vrbis, ac curiæ prædictarum officialibus, necnon ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum Prælati, Capitulis, conuentibus, & Rectoribus, ac illa pro tempore obtinentibus quocunque nomine nuncupentur, ne de bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus per ipsos pro tempore decedentes in dicta vrbe, vel infra eius districtum, vt præfertur, pro tempore relictis se intromittere, aut illa petere, seu vendicare, vel hæredes, & successores decedentium personarum huiusmodi illorum occasione impetere, seu alias quomodolibet molestare præsumant. Ac decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus consti-

constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Cameræ, necnon ecclesiarum, & monasteriorum, etiam in quibus beneficia huiusmodi fuerint, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apostolicis eisdem Cameræ ecclesijs, monasterijs, & beneficijs, ac quibusuis alijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie quomodolibet, etiam Motu proprio concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis; & innouatis quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formam in illis tradita, obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, annulationis, voluntatis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Nono, Sexto Idus Martij. Pontificatus nostri Anno Primo.

ADVOCATIO CAVSARVM SPOLIORVM
pendentium coram alijs, quam Thesaurario Sanctitatis sue, & illius ministris, & substitutis, & illarum commissio, eidem Thesaurario cum statuto, quod de cætero alteri committi non possint nisi propria manu eiusdem Sanctitatis sue.

I V L I V S P A P A I I I .

AD futuram rei memoriam. Vt exactio spoliiorum, tam status Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam aliarum partium Italiæ celerius, & facilius fiat, nec ministrorum multitudine confundatur, Mo-
Gg 3 tu pro-

tu proprio, & ex certa nostra scientia omnes, & singulas lites causas, & controuersias, quæ coram quocunque Iudice ordinario, vel delegato, præterquam dilecto filio Magistro Francisco de Aspra Thesaurario nostro Generali, eorundem spoliatorum in tota Italia Collectore Generali per nos deputato, & illius ministris, ac substitutis super quibusuis ipsorum spoliatorum negocijs indecisæ pendent, earum status, & merita, ac nomina, & cognomina Iudicum, collitigantium præsentibus pro expressis habentes, quatenus instructæ non sint, ad nos harum serie aduocamus, illasque, ac ipsa negocia in statu, & terminis in quibus reperiuntur, eidem Francisco Thesaurario, per se, vel eius ministros, iuxta tenorẽ suarum facultatum cognoscendas, & sine debito terminandas Apostolica auctoritate tenore præsentium remittimus, & quatenus oporteat, de nouo committimus: & quod de cetero lites, & causæ huiusmodi, a nullo alio, quam ab eodem Francisco Thesaurario, seu ab eo super dictis spolijs pro tempore deputatis collectoribus cognosci, nec alteri nisi per commissionem manu nostra signatam, vel per dicti Francisci Thesaurarij litteras committi, vel delegari possint: quodque citationes, inhibitiones, vel mandata, quæ aliter quam ex commissionibus, ut præfertur, manu nostra signatis, vel litteris præfati Francisci Thesaurarij emanauerint, quo ad earum causarum introductionem, & lites pendentiam, seu iurisdictionis, ac processuum prædicti Francisci Thesaurarij, & eius ministrorum impedimentum, vel retardationem, nullius sint roboris, vel momenti, dicta auctoritate per easdem præsentis statuimus, & ordinamus: decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid aliter a quocunque cuiusuis auctoritatis, & præminentiam, & quacunque etiam legationis de latere, vel alias dignitate, ac potestate fungente, quomodolibet contigerit attentari. Non obstant constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris Die X. Ianuarij. M. D. LIII. Pontificatus nostri anno Tertio.

BREVE DEPUTATIONIS REVERENDI

D. Francisci Odescalchi in Collectorem generalem spoliatorum ad Cameram Apost. pertinentium in tota Italia.

Dilecto Filio Francisco Odescalcho Camere nostræ Apostolicæ Præsidenti,

PIVS PAPA IIII.

DILECTE Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, nonnulli res, & bona mobilia, & immobilia, ac se mouentia

mouentia ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum acquisita, per obitum Prælatorum, & aliarum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum, secularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra hanc Almam Urbem decesserunt remanentia, & relicta, quæ tanquam spolia alias fel. rec. Paulus Papa Tertius prædecessor noster ad Cameram Apostolicam spectare, & pertinere decreuit, ac declarauit: necnon fructus, redditus, & prouentus mensarum Patriarchalium, Metropolitanarum, ac aliarum Cathedralium ecclesiarum, & Monasteriorum in tota Italia consistentium, per obitum illorum Prælatorum vacantium, indebite occupare, & spolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi, dictam Cameram defraudare præsumperint, & præsumant, in animarum suarum periculum, ipsiusque Camere præiudicium non paruum. Nos pro nostri pastoralis officij debito, talium personarum ausus temerarios reprimere, & ne spolia, ac fructus huiusmodi in posterum dissipentur, opportune provide-re volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, omnes, & quoscunque dictorum spoliatorum, & fructuum per totam Italiam ad hunc usque diem quomodolibet, etiam per nos, seu de mandato nostro deputatos Collectores, & Subcollectores, etiam si Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, aut Camerarius fuerint, primum, & ante omnia reuocantes, omnemque illis desuper tributam auctoritatem, & potestatem adimentes. te de cuius fide, integritate, & diligentia plurimum in Domino confidimus, nostrum, & dictæ Camere in vniuersa Italia spoliatorum ad ipsam Cameram pertinentium, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum mensarum huiusmodi Collectorem generalem auctoritate apostolica tenore præsentium ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum constituimus, & deputamus: Dantes tibi plenam, & omnimodam potestatem, ac auctoritatem omnes, & singulas res, & bona quæcunque mobilia & immobilia, ac se mouentia, & etiam illa quæ ex fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis empta, edificata, resecta, & restaurata fuerint, seu alias ex eisdem fructibus, redditibus, & prouentibus, quomodolibet prouenerint, per obitum quarumcunque personarum ecclesiasticarum secularium, beneficia etiam simplicia, sed administrationem habentia obtinentium, & quo ad beneficia simplicia, nisi ex priuilegio Apostolico, seu ex consuetudine legitime præscripta in loco vigente, testari valentium, ac quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium in vniuersa Italia, extra tamen dictam Urbem, pro tempore decedentium, remansura, & relicta cuiuscunque qualitatibus generis,

& speciei fuerint etiam gemmas, & pretiosa, ac pecuniarum summas, necnon etiam fructus, redditus, & prouentus mensurarum huiusmodi a die ecclesiarum, & monasteriorum vacationis huiusmodi, usque ad diem præfectionis, & prouisionis, seu commendæ de illis faciendis, quos omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, ad nos, & dictam Cameram spectare & pertinere volumus, atque decernimus, ac eidem Cameræ applicamus, & appropriamus, nostro, & præfatæ Cameræ Apostolicæ nomine colligendi, percipiendi, exigendi, & recuperandi, ac tam super illis, quam alijs quibuscunque spolijs, quæ hæcenus in ipsa Italia per similia personarum obitum, aut alias remanserunt, & indebite usurpantur, omnibus modis, & vijs inquirendi, & inuestigandi, & pro facili inquisitione, quascunque personas, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & præminentie fuerint, etiam exemptas, ac præteritos Collectores, & Subcollectores ad coram te comparandum, necnon de administratis, exactis, & receptis per eos computum, & rationem tibi reddendum, illosque quorum testimonio te indigere cognoueris, ad te examini subiiciendum, ac spoliatorum, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum huiusmodi occupatores, & detentores ad spolia, fructus, redditus, & prouentus eadem, relaxandum, & tibi consignandum, & soluendum sub censuris, & penis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, tuo arbitrio moderandis, & applicandis, monendi, & compellendi, ac contradictores quoscunque, & rebelles, ac renitentes, censuras, & penas præfatas incurrisse declarandi, ac illas aggrauandi, & reaggrauandi, interdictumque ecclesiasticum inuolabiliter obseruandum, apponendi, auxiliiumque brachij secularis ad hoc, si opus fuerit, inuocandi, & super iisdem spolijs, ac fructibus, & prouentibus prædicta Camera, prout tibi videbitur, componendi, & concordandi, soluentisque, de solutis per eos, & receptis absoluendi, & liberandi, necnon ad cor reuersos si id humiliter, a te petierint a censuris & penis, si quas inciderint per te, seu aliam personam ecclesiasticam præuia satisfactione absoluendi, & liberandi: ac in præmissis omnibus, & singulis summarie simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta procedendi, Vnumquoque, vel plures loco tui Subcollectores cum simili, aut limitata potestate substituendi, & subdelegandi, illosque quoties tibi videbitur reuocandi, cæteraque omnia, & singula faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna. Et insuper ut exactio spoliatorum, ac fructuum, reddituum, & prouentuum, huiusmodi celerius, & facilius fiat, quod de cætero omnes, & singule lites,

lites, causæ, & controuersie super quibusuis ipsorum spoliatorum, ac fructuum, reddituum, & prouentuum negocijs, nunc & pro tempore pendentes, a nullo alio quam te, seu abs te super dictis spolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus pro tempore deputatis Collectoribus, aut Subcollectoribus cognosci, nec alteri, nisi per commissionem manu nostra signatam, vel per tuas literas committi, aut delegari possint, & citato moderno, ac pro tempore existente dictæ Cameræ Apostolicæ Commissario generali, quodque citationes, inhibitiones, vel mandata, quæ alias, quam ex commissionibus, ut præfertur, manu nostra signatis, eodemque Commissario citato, vel litteris tuis emanauerint, quo ad earundem causarum introductionem, & lites pendentes, seu tuorum ministrorum per te ad id deputandorum iurisdictionis, & processuum impedimentum, vel retardationem nullius sint roboris vel momenti. Quodque a sententijs per te, seu tuos ministros præfatos, super præmissis pro tempore latis, nullatenus appellari, seu eorum exequutio differri, aut suspendi nullatenus possit, aut debeat, nisi facto prius per condemnatos rerum, de quibus condemnati fuerint, in tuis seu ministrorum prædictorum manibus, actuali deposito, dicta auctoritate, per easdem præfatas statuimus, & ordinamus, ac quicquid fecus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiasticarum, Monasteriorum, & ordinum prædictorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, ecclesijs, Monasterijs, & ordinibus prædictis, eorumque superioribus, Prælatibus, & personis, ac quibusuis alijs sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam,

expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod earundem presentium transumptis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, seu Curiae Ecclesiasticae munitis; eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die 6. Martij. M. D. LX. Pontificatus nostri anno primo.

Franciscus Aragonius.

BVLLA S. D. N. D. PII PAPAE IIII. SVPER REDV-
-sione facultatis testandi vsque ad quamcunque summam, alias
Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis vigore scri-
-ptoriae Apostolicae per Iulium Papam III. con-
-cessae, iuxta tenorem litterarum
Pauli Papae III.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEL
Ad perpetuam rei memoriam.

DECRET Roman. Pont. in supremo Iustitiae folio constitutum, in his per quae ius suum unicuique conseruetur, ac quorumlibet praefertim Camerae Apostolicae indemnitati consulatur, ministerij sui partes fauorabiliter interponere: ac aliquando gesta pes eius praedecessores, ex rationabilibus causis moderari, ac alias desuper disponere, prout rerum, & temporum qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem fel. rec. Paulus Papa III. praedecessor noster, ex certis tunc expressis causis, tunc & pro tempore existentibus litterarum Apost. Scriptoribus inter alia, vt ultra patrimonia, & alia bona de quibus de iure communi, ac iuxta priuilegia, & indulta, Dilectis filijs Populo Rom. & Curialibus concessa testari, codicillari, erogare, & disponere poterant, de alijs quibuscunque bonis mobilibus, & immobilibus, necnon fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitan, ac Patriarchalium, & Monasteriorum, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eos pro tempore obtentorum, ac alias per eos quomodolibet acquisitis, ac pensionibus annuis sibi super quibusuis fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis Apost. auctoritate pro tempore reseruatis, vsque ad summam Sex millium ducatorum auri de Camera dumtaxat, libere testari, & alias disponere valerent dicta auctoritate facultatem concessit. Et deinde

de pia memoriae Iulius Papa etiam III. etiam praedecessor noster, ex similibus causis facultatem huiusmodi, vsque ad quamcunque summam dicta auctoritate extendit, & ampliavit prout in eorum litteris desuper confectis, quarum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Cum autem sicut nobis innotuit, quamplures praelati ecclesiarum etiam pingues, & magni redditus obtinentibus, ex praefati Iulij praedecessoris, extensione, occasione Camera Apost. de eorum spolijs, alias ad eam deuoluendis; fraudandi arripientes; Officia Scriptoriae huiusmodi pro modico eorum precio, de facili quotidie acquirere studeant, ita quod praeter ipsius Iulij praedecessoris intentionem, ex extensione & ampliatione huiusmodi quoad Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas Officia Scriptoriae litterarum earundem pro tempore obtinentes, qui etiam inter alia de fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiarum, quibus praesunt, tam iuxta priorem facultatem, quam illius extensionem, & ampliationem, vsque ad quamcunque etiam notabilem summam disponere possunt, & disponunt, graue & intolerabile prauidicium dictae Camerae inferatur. Nos attendentes Cameram ipsam propter grauius onera, quae continuo supportare habet, in magnis dispendijs versari, ac ad illa perferenda eius facultates nullatenus supportare, ac pro huiusmodi onerum faciliiori supportatione Spolia personarum ecclesiasticarum, ad id dudum per praedecessores nostros reseruata, & destinata fuisse, necnon extensionem, & ampliationem huiusmodi quoad ipsos Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas excessiuas esse, ac Cameram Apost. nimium fraudandi apertissimam occasionem, vt praefertur praebere. Idcirco Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & certa scientia extensionem, & ampliationem, ac desuper confectas litteras, quoad eosdem Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas dumtaxat, illis alias in suo robore permanens, auctoritate Apostolica, tenore presentium reuocamus, cassamus, & annullamus; ac pro reuocatis, cassis, & annullatis haberi volumus, illasque ad priorem facultatem testandi pro summa sex millium ducatorum limitata huiusmodi in omnibus & per omnia, ac si ille non emanassent reducimus & reductas esse, dictisque Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas, iuxta prioris facultatis, ac secundum illam illiusque tenorem tantum, de eorum bonis disponere posse, & ita per quoscunque Iudices in quauis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, necnon si secus super his a quoquam quauis aucto-

ritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari irritum & inane discernimus. Non obstant. præmissis, ac quibusvis alijs constitutionibus, & ordinationibus aposto. ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in suis literis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, annullationis voluntatis, reductionis, & decreti infringere, vel ei aflu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo, Idus Martij. Pont. nostri anno secundo.

Fed. Card. Cæsius.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA PROVIDENTIA
PAPÆ III. Contra quoscunque Ecclesias, & beneficia
ecclesiastica quæcunque in confidentiam re-
tinentes, seu recipientes.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVM Pontificem in excelsa militantis Ecclesiæ specula constitutum vigiles mentis oculos, non solum in absentium extendere, sed potissimum in præsentium domesticorumque fratrum, & filiorum suorum mores diligenter perscrutandos, aliquando reflectere, ac eos præsertim quos in apostolicæ sollicitudinis partem euocavit altissimus, ne dum ab omni pactiois illicitæ contagione, verum etiam ab eius omnimoda suspitione, vacuos & immunes conferuare decet, Vt qui cæteros illustris officij sublimitate antecellunt, eosdem prisca etiam illa morum integritate præstare dignoscantur. Sanè licet dudum, cum certam simoniacæ prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, etiam Romanæ Curia, atque adeo in sacrum ven. fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium collegium quasi per cuniculos irrepsisse, ac nonnullos ex ipsis fratribus, nimia quadam facilitate, seu potius importunis amicorum familiariumque precibus adductos, beneficia Ecclesiastica in confidentiam huiusmodi recepisse, & frequenter recipere intelleximus, hanc illicitam beneficentiæ exercendæ, seu amicitia colendæ viam, a tanto saltem Collegio prorsus eliminare cupientes, eosdem fratres in Consistorio nostro secreto, non semel admonuerimus, huic aliena beneficia custodiendi modo

ne

ne assuescerent, ne ve illa hoc pacto reciperent, utque sic recepta dimitterent. Nihilominus nuper ad aures nostras peruenit, eorum aliquos, monitionis nostræ, imo potius sui met obligatos, ea, quæ custodienda receperant, beneficia, nondum tamen dimisisse. Et insuper illos, & nonnullos alios, etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos, Ecclesias, Monasteria, dignitates, & alia beneficia huiusmodi, in sui fauorem resignata, cessa, vel alias dimissa, acceptasse, aut de illis, per obitum, vel alias vacantibus, a nobis, & prædecessoribus nostris, seu etiam ab ordinarijs, & alijs inferioribus collatoribus, etiam ad patronorum præsentationem, ad alterius commodum, sibi prouideri obtinuisse, illaque, ac etiam alia aliter vacantia, sibi in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias dicta auctoritate concessa, quandoque in resignantium, vel cedentium, seu etiam aliorum fauorum cessisse, vel alias dimisisse, Ac sibi propterea pensiones annuas, ac fructus, redditus, & prouentus Ecclesiarum, Monasteriorum, Dignitatum, & aliorum beneficiorum huiusmodi, in toto, vel in parte, etiam aliquando cum facultate illas, & illos transferendi, ac etiam collationem, prouisionem, præsentationem, & aliam dispositionem beneficiorum ecclesiasticorum ad eorundem ecclesiarum, monasteriorum, & dignitatum Prælatos pro tempore existentes, ac alios huiusmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentium, necnon regressus, siue accessus, & ingressus ad ecclesias, etiam Cathedrales, monasteria, ac alia diuersa beneficia ecclesiastica, sibi reseruati procurasse, & obtinuisse, ad hoc videlicet, ut confidentes sic decimarum apostolicarum, vel communis dicti Collegij, & annatæ, aliorumque iurium dictæ Cameræ debitorum, solutionem eludant, integrisque beneficiorum, etiam in mensibus Apostolicis vacantium, aut alias dispositioni sedis Apostolicæ generaliter reseruatorum, collationibus, ac interdum, vt beneficia ipsa, tempore procedente, in aliquorum, tunc forsitan de iure inhabilium, & incapacium, vel nondum adhuc natorum, fauorem, cedantur, seu resignentur, vel vt personæ inhabiles, & incapaces huiusmodi, etiam laici, pensionibus, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis fruantur, & gaudeant, seu potius illis, & facultate transferendi prædicta abutantur, in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplum. Quare nos hanc Cardinalium eorundem, in monitionibus nostris parendo incuriam, & tam illorum, quam cæterorum Prælatorum, etiam clericorum, ac aliorum quorumcunque indignam fallaciam, conniuentibus oculis, diutius minime dissimulandam, sed huic errori, ne radices altius agat, occurrendum tandem esse censentes,

Et

Et quoniam hanc ipsorum, qui monitioni nostræ non parentes, beneficia huiusmodi in confidentiam, ut præfertur retinuerunt, & fructus ex eis indebite, vel percipiendo, vel per alios nomine suo, etiam per simulatas illorum locationes, & fictas de receptis quietantias, ac donationes, & remissiones percipi sinendo, grauiiter excesserunt Cardinalium metam, potius ex immoderata erga suos indulgentia, quam aliquo præceptorum nostrorum spreto, processisse facile reputamus. Idcirco omnes, & singulas Ecclesias, etiam metropolitanas, & alias cathedrales, ac monasteria, etiam consistorialia, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates etiam maiores, & principales, etiam conuenticuales, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam de iure patronatus, etiam laicorum, etiam nobilium, & illustrium, etiam ex fundatione, & dotatione existentia, per eiusdem Romanæ Ecclesiæ etiam Episcopos Cardinales, & quoscunque alios, etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam eiusdem Cameræ Clericos, in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias, in huiusmodi confidentiam iure prohibitam, cuiusvis personæ, ut præfertur, contemplatione, vel intuitu, quouismodo recepta, illorum liberam collationem, & dispositionem, nobis, & sedi Apostolicæ, harum serie referuantes, ipso iure a die receptionis eorundem, vacauisse, & vacare, ac fructuum, & pensionum reservationes, ac facultates transferendi, & collationis beneficiorum concessiones, eis, ut præmittitur factas, ac regressus, siue accessus, & ingressus concessio huiusmodi, cessasse, & cessare, ac extinctos esse: Et eosdem Cardinales, seu quosuis alios, a prima die receptionis beneficiorum huiusmodi citra, fructus, redditus, & prouentus eorundem ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac pensiones prædictas, indebite percipere, suosque facere non potuisse, neque debuisse, sed illos omnes, & singulos ad Cameram eandem deuolutos fuisse, & esse, illique deberi, ac ipsis Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet peruenerunt, & eorum hæredes, ad integram illorum restitutionem, in utroque foro teneri, & ad id opportunis iuris remedijs compelli debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, decernimus, & declaramus: & insuper vniuersis, & singulis, tam eiusdem Rom. Ecclesiæ Cardinalibus etiam episcopis, quam Prælatibus, & clericis, & alijs prædictis, præsentibus, & futuris, ne deinceps vlllo vnquam tempore, aliquas ecclesias, monasteria, dignitates, vel alia beneficia, etiam, de dicto iure patronatus uti præfertur existentia, aut fructus, vel pensiones, aut regressus, accessus, in confidentiam prædictam

etiam aut ad effectum reservationum huiusmodi, sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere præsumant, Cardinalibus videlicet, & alijs Prælatibus huiusmodi, in virtute sanctæ obedientiæ, sub interdicti ingressus ecclesiæ, reliquis vero sub maioris excommunicationis lætæ sententiæ, pœna, per contrafacientes eo ipso incurrenda, a qua, nisi a nobis, aut Ro. Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant, dilatius inhibemus. Ac quascunque collationes, promotiones, præfectiones, commendas, reservationes, facultates, etiam transferendi, ac regrediendi, siue accedendi, & ingrediendi, ac alias dispositiones de ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, & alijs beneficijs eorumque fructibus, & beneficiorum collationibus per nos, & alios Rom. Pontifices successores nostros, etiam motu proprio, seu consistorialiter, aut etiam per ordinarios, & alios inferiores collatores, etiam ad patronorum eorundem præsentationem; & alias quomodolibet cum interuentu confidentiæ huiusmodi expresse, siue occulte; ac de iure præsumpta; & alias contra præmissa, pro tempore factas, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, neque cuiquam suffragari, sed ecclesias, monasteria, dignitates, ac alia beneficia huiusmodi, ipso iure vacare, ac nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositioni referuata, fructusque, & pensiones Cameræ Apostolicæ applicatos ut præfertur esse, & censeri. sicque in præmissis omnibus, & singulis, per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam ipsius ecclesiæ Rom. Cardinales, sublata eis quauis aliter interpretandi & iudicandi facultate, etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, & eorum arbitrio (cum alias confidentias huiusmodi, in lucem erui, & probari non posse constet) procedendo, iudicari, & diffiniri debere. Ac quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attemptari contigerit, irritum, & inane similiter decernimus. Non obstantibus sel. rec. Bonifacij Pæpæ VII. prædecessoris nostri, de vna, & concilij generalis de duabus dietis, ac alijs constitutionibus apostolicis, necnon collegij præfati, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus, communiter vel diuisim, ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Et ne quisquam vlllo vnquam tempore præsentium ignorantiam prætereundere possit, Volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipse præsentis litteræ ad Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe Valuas, per aliquem ex Curatoribus nostris,

illis, illarum copia ibi affixa, & dimissa, & etiam in Cancellaria Apostolica, de more publicentur, ac in eiusdem Cancellariæ quinterno, ad maiorem partium, illas in iudicio producere volentium, commoditatem, describantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ referuationis, declarationis, inhibitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dar. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M. D. LXIII. decimosextimo Cal. Nouemb. Pont. nostri anno quinto.

Visa de Curia M. de Enciso.

Cæ. Glorietius.
H. Cumyn.

AMPLIATIO FACULTATVM PRO DONATO

Matthæo Minali Theaurario, Et spoliolum ac iurium Cameræ Apostolicæ in tota Italia Collectore apostolico generali.

PIVS PAPA IIII.

Dilecto filio Donato Matthæo Minali Theaurario, ac spoliolum, & iurium Cameræ Apostolicæ in tota Italia Collectori generali nostro.

DILICTE fili salutem & apostolicam benedictionem. Cupientes res, & negocia Cameræ nostræ Apostolicæ, prout nostro incumbit officio, recte tractari, & celeriter perfici, nec non spolia quæcunque ad eandem Cameram spectantia, ac per obitum quarumuis personarum ecclesiasticarum, ad eam pro tempore deuoluta, sublati quibusuis impedimentis facilius exigi, ac recuperari. Tibi vltra alias facultates, super officio Collectorie spoliolum huiusmodi, per nostras in forma breuis litteras tibi concessas, omnes, & singulos dictorum spoliolum occupatores, detentores, & vsurpatores, ad coram te personaliter, & non per procuratores comparendum, sub penis in dictis litteris expressis, etiam per edictum publicum, constito tibi de non tuto ad eos accessu, per te, vel alium quemcunque Romanæ Curie Iudicem euocandi, atque citandi, & illos quando, & quoties opus fuerit, & tibi opportunum esse videbitur, ad se examini subiiciendum monendi, & requirendi, & ipsos ad id, ac restitutionem occupatorum, & vsurpatorum bonorum huiusmodi, plenarie faciendam ciuilitè & criminaliter

liter iuris & facti remedij & opportunitis, cogendi, compellendi, & legitime puniendi: nec non subcollectoribus tuis, si tibi visum fuerit, facultatem huiusmodi impartendi: cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, & exequendi, alias iuxta dictarum literarum formam, & tenorem, plenam & liberam auctoritate Apostolica, tenore præsentium facultatem concedimus. Non obstantibus sælicis recordationis Bonifacii Papæ VI I I prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis, de duobus diebus, dummodo vltra tres dies aliquis auctoritate præsentium præterquam ad Romanam Curiam ad iudicium non trahatur, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in dictis nostris litteris volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium litterarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & Sigillo tuo munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die xx. Aprilis M. D. LXI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorietius.

BVLLA SANCTISS. D. N. D. PII DIVINA
prouidentia Papæ Quinti super spolijs.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEL.
Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta, ad ea sollicitudinis suæ partes potissimum conuertit, per quæ singulis ecclesijs debita obsequia, & opportuna subventionis auxilia, minime subtrahantur. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, seu Commendatarij, ac alij beneficia Ecclesiastica obtinentes, proprij honoris, & salutis, immemores, etiam prætextu facultatum testandi eis per sedem Apostolicam concessarum, in eorum vltimis voluntatibus res sacras, ac vasa, ornamenta, & paramenta Ecclesiastica, aliaque cultui diuino dicata, quandoque ex fructibus Ecclesiasticis per eos acquisita, non ecclesijs, & Monasterijs, ac beneficijs, quibus præfuerunt, seu a quibus prouentus Ecclesiasticos, & stipendia acceperunt, prout rationi, & honestati consentaneum foret, sed alijs locis, etiam aliquando non pijs, ac interdum eorum consanguineis, & affinibus relin-
Hh quere,

quere, ac Camera Apostolicæ Collectores, prætextu quod illi sub appellatione spoliatorum veniant, tanquam eiusdem Camerae spolia exigere, & percipere non erubescant, in maximum Religionis dedecus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, scandalumque plurimorum. Nos abusus scandalisque huiusmodi providere, ac singularum ecclesiarum, & monasteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumque quorumlibet saluti consulere volentes. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus quod de cætero omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, nec non Missalia, & gradualia, ac cantus firmi, & musicæ, alijque quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona, per quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Abbates, seu Commendarios, & alios quoscunque, quæcunque, & qualiacunque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, in titulum, vel Commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunque nomine, vel titulo censeantur: etiam si de illis, & eorum qualitatibus specialis, & expressa mentio habenda foret, ad usum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & Cappellis, vel oratorijs destinata, tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta, sub quibusvis facultatibus testandi, & alias disponendi, de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquisitis, per quoscunque Romanæ Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac nos, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, & alias quomodolibet concessis, & concedendis, minime comprehendantur, nec sub appellatione spoliatorum veniant, sed ad singulas Ecclesias, Monasteria, etiam Conuentu carentia, & beneficia huiusmodi, in quibus resederint, aut quibus præfuerint, seu quæ alias obtinuerint, omnino spectent, & pertineant, ac spectare, & pertinere illaque post eorum obitum eidem Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs, etiam si in Romana Ciuitate, & procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea Ecclesiarum, & Monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia huiusmodi renunciauerint, eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur. Ita quod liceat illis defunctis, in eidem Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs, successoribus, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, huiusmodi Capitulis, & Conuentibus, respectiue, illa propria auctoritate, libere, apprehendere, ac eorum Ecclesijs, & Sacristijs applicare, & incorporare: ac quæcunque donationes, ac relicta, & legata, testamta, & codicilli, & aliæ vltimæ voluntates,

Pontificale

voluntates, seu spolia desuper contra præsentis constitutionis nostræ tenorem quomodolibet pro tempore facta, quo ad præmissa, nulla, & inualida nulliusque roboris, & momenti existant: & personis, etiam ecclesiasticis, seu locis etiam pijs; aut ecclesiasticis alijs quibuscunque, in quarum, seu quorum fauore, pro tempore facta fuerint minime suffragentur, nec per ea eidem personis, seu locis, vel alijs Ecclesijs huiusmodi, aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit. Quinimo res sacræ, ac alia bona prædicta, quocunque nomina, vel titulo pro tempore detinentes, ad illa Ecclesijs, & Monasterijs, ac beneficijs per defunctos quomodolibet acquisitis, ut præfertur, iuxta præsentium tenorem realiter, & cum effectu restituendum, & consignandum, quibusvis dispositionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minime attentis, omnino teneantur, & ad id per censuras, & pœnas, etiam furti, & sacrilegij, ac alia iuris, & facti remedia opportuna cogi, & compelli possint, & debeant. Et insuper ne deinceps contingat, insolentia spoliatorum Camerae Apostolicæ Collectorum, vel Subcollectorum, aliquas Ecclesias, nec hominum quemquam damno, & iniuria affici, nec cuiquam de cætero vertatur in dubium, quæ res habendæ sint nomine spolij, simili modo statuimus, decernimus, & declaramus: quod quæcunque scamna, cathedræ, arcæ, & etiam lignæ, vel lapidæ, etiam marmoreæ mensæ, & tabulæ, ac quæcunque dolia, seu vasa vinaria vacua, & aliâ similia supellectilia domestica, per quosvis præbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in ecclesijs, seu eorum domibus ecclesiarum earundem, vel alibi vbiuis locorum relicta, etiam si ex fructibus, & prouentibus beneficiorum, quæ dum viuerent obtinebant, acquisita fuerint, sub spoliatorum appellatione minime veniant, nec pro spolijs villo modo reputari possint, præterea, quod nullum spoliolum Camerae præfatæ, fieri, nec quicquam a quibusvis spoliatorum Camerae huiusmodi Collectoribus, vel Subcollectoribus exigere possit, per obitum illius qui dum viueret, vnum vel plura beneficia ecclesiastica obtinuerit, cuius, vel quorum insimul fructus, redditus, & prouentus, Triginta ducatorum auri de Camera, secundum communem æstimationem valorem annuum nõ excederunt, aut qui pensiones annuas super quibusvis fructibus ecclesiasticis, vsque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is se ab omni illicita negotiatione, & a sacris Canonibus prohibita abstinerit. Ita quod si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumvis defunctorum, qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætextu spoliatorum eiusdem Camerae percipere, aut alias contra præsentis nostras litteras attentare præsumpserit, ad totalem bonorum per eum perceptorum

ceptorum restitutionem teneantur, ac ad id via iuris, etiam, per similes censuras, & penas, cogi, & compelli possit, & debeat. Districtius inhibentes quibusvis Camerae praefatae spoliatorum Collectoribus nunc, & pro tempore existentibus, ne sub indignationis nostrae, & priuationis eorum officiorum pena, in ornamentis, & paramentis, ac vasis, & libris praefato cultui diuino dicatis, ac alijs rebus sacris, necnon suppellectilibus praefatis, quo modolibet se intromittant, nec in eorum Inuentarijs tamquam spolia redigant, seu describant: sed ornamenta, & paramenta, necnon vasa, & libros, aliaque diuino cultui dicata huiusmodi Ecclesijs, Monasterijs, Capellis, & alijs beneficijs huiusmodi, eorumque Recto-ribus, & alijs praefatis libere dimittant, & consignent, ac consignari faciant, cum effectu. Ac suppellectilia praedicta in locis vbi constituerint relinquunt. Ac decernentes, sic in praemissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super ijs a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contrigerit attentari. Quocirca dilectis filijs Curiae causarum Camerae Apostolicae generali Auditori, & singulis locorum ordinarijs, ac maiorem dignitatem, post Pontificalem in vniuersis Ecclesijs Cathedralibus, & Metropolitanis, pro tempore obtinentibus, per Apostolica scripta, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, praesentes, litteras, & in eis contenta quaecunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte quorumcunque in praemissis interesse habentium, ut praefertur fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praesentes litteras, & in eis contenta, quaecunque, firmiter obseruari. Ac singulos quos litterae ipsae concernunt, illis pacifice gaudere. Non permittentes eos desuper quomodolibet indebite molestari. Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Apostolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Concilijs aeditis Generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, necnon ecclesiarum, monasteriorum huiusmodi, Iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, facultatibus testandi, alijsque priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis concessis, approbatis, & innouatis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa mentio facienda esset, illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, illis in reliquis, in suo robore permanentibus, caeterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod si aliquis ex Patriar-

chis,

chis, Episcopis, Abbatibus, seu Comendatariis, & alijs beneficiatis, praefatis, pluribus Ecclesijs, seu Monasterijs, pro tempore, simul, vel successiue praefuerit, seu plura beneficia obtinuerit, ornamenta, & paramenta, ac res, & bona praedicta, ad illa omnia, habita ratione fructuum, & temporis quo eadem beneficia possedit omnino pertineant, & proportionabiliter inter ea diuidantur, quodque praesentes litterae in Cancellaria nostra Apostolica, & Aede Capiti Florae, de more publicentur, & inter Constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret praesentes ad singula quaeque loca deferri, volumus, & etiam declaramus earum Transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Praelati, vel alterius personae in dignitate ecclesiastica constitutae sigillatis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae ordinationis, statuti, decreti, declarationis, inhibitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romae apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo Sexagesimo septimo. Tertio kal. Septembris. Pontificatus nostri Anno secundo.

Ca. Glorierius.

H. Cumyni

Pro Dominico Summista Ludouicus Ripa.

Registrata apud Caesarem Secretarium.

Hh 3

Iacobus

SACROSANCTA Tridentina Synodus, probatæ eorum vitæ, & Sanctæ conuersationis exempla, qui se diuino ministerio dedicauerunt, præter sacri instituti necessitatem, ad vniuersam quoque Christiani Populi reformationem plurimum prodesse intelligens, salutariter statuit, vt quæ a Summis Pontificibus, & a sacris concilijs de honesta clericorum vitæ, doctrinæ, cultusque ratione decreta fuissent, per eos, ad quos ea cura pertineret, in vsum reuocata, & in mores inducta, propagarentur. Nos igitur eiusdem sacri concilij iussa exequi cupientes, nonnulla, sine quibus recta viuendi Clericorum disciplina constare non potest, ex sacris & Canonibus, & Concilij collegimus, vel ad eorum mentem conformauimus, quæ ex auctoritate Sanctissimi Domini Nostri Papæ viuæ vocis oraculo nobis concessa, inuiolate obseruanda proponimus.

Vt igitur, cum vitæ, & animi clericalis integritate externus etiam habitus, vestitus, omnisque conuersatio congruat.

Præcipimus omnibus, & singulis sacris ordinibus initiatis, aut quæcunque beneficia ecclesiastica, etiam simplicia obtinentibus, cuiuscunque gradus, aut dignitatis sint, vt intra quindecim dies, a presentium litterarum promulgatione numerandos, Clericalem tonsuram (quæ est Militiæ spiritualis in signe) vniuscuiusque ordini, & gradui, conuenientem, perspicue gerant. Presbyteri verò ab superiore labro Barbam ita tondeant, ne salutare Corporis, & Sanguinis Christi Domini Sacramentum sumentibus, impedimentum afferat.

Vestem superiorem & interiorem, simplicem & talarem omnes gestent, non reflexam, sed compositam, & apte ad collum annexam.

Pallium, quod ferraiolum dicitur, id habeant, vt Clericali decoro non sit alienum, idque tantum in pluuiæ, & frigoris necessitate, semperque cum talari tunica induant. Quas tamen vestes ad longioris itineris necessariam commoditatem, breuiore, modo ordinis honestati conueniant, adhiberi permittimus.

Caligis non inflatis, nec dissectis calceis, crepidisue non inaniter incisis, sed simplicibus, & integris vtantur.

Camisias ad manum, & ad collum crispas, & (vt dicunt) lactucatas, aut arte laboratas, ne sumant.

Pileos ne habeant, nisi valetudinis causa, & eos simplices, neque Turbinatos, quos ingredien. in Ecclesiam, vel ædes, maxime publicas, semper
omittant.

455
omittat. Neque reticulum, aut subbirretum, nisi valetudinis necessitas postulet, idque sine redimiculis, Nec annulos, nisi id honoris gradus, aut officij munus requirat.

Preciosioribus pellibus, vnguentis, & alijs odorum suauitatibus abstineant.

Ab omni mulæ, & æqui instrumento, & ornamento, aurum, argentum, villutum, & omnino sericum amoueant.

Vestium colorem tantummodo nigrum, nisi alium magistratus, aut honoris ratio postulet adhibeant.

Vestes holosericas, aut serico ornatas, domi, aut foris ne habeant.

Arma ne ferant, neue personati incedant.

In omni denique vestitu nouitatem, & tam elegantiam, & concinnitatis, quæ negligentiam, ac sordium suspensionem vitent.

Qui in aliquo horum deliquerit, præter vestium, aliarumue rerum amissionem, viginti quinque aureis mulctetur, locis pijs arbitrio nostro attribuendis, carcere etiam, ac beneficiorum priuatione, maioribusue penis, pro delicto, & personarum genere arbitrio nostro puniatur.

Quoniam vero qui habitant in tabernaculis Domini, non solum omnem impudicitie causam, sed etiam occasionem, & suspensionem a se remouere debent: ideo præter ea, quæ de contubernio, & consuetudine mulierum suspectarum, a Sacro Concilio statuta sunt, eadem auctoritate edicimus, ne in ædibus ad domicilium, & vsum Canonicorum, aliorumue ministrorum ecclesiæ ædificatis, femina, etiam cum illis quouis sanguinis vinculo coniunctæ, vilo modo commorentur, in alijs vero Canonicali, aut Clericali vsui non attributis, nisi ex causa tantum iudicio nostro probata.

Item, ne ædes Ecclesiæ, aut earum partes, in quibus ipsi habitant, vel habitare debeant, laicis locent, nisi nobis locationis necessitas comprobetur.

Quæ vero ab Ecclesijs seiunctæ, etiam si iuris Ecclesiæ non sint, eas nemini, nisi is bonæ existimationis sit, locare audeant.

Clerici, quos propter Christum spectaculum fieri oportet mundo, Angelis, & hominibus, maxime debent ab ijs spectaculis, quæ Christum non sapiunt, abstinere. Itaque decernimus, ne comœdias, fabulas, choreas, hastiludia, aut ludicrum, & profanum vllum spectaculi genus agant, vel spectent.

Ne talis, tesseras, pagellis pictis, & omnino alea, aut vilo præterea vitio, aut indecoro lud. genere ludant, neue huiusmodi ludi spectatores sint.

Non canes, accipitres, aut aliud venaticum animal alant, vllumue genus venationis aduersus sacros canones obeant.

Ne comestationibus, aut minus honestis conuiujs intersint, cauponasque,
H h 4 aut

aut tabernas ne ingrediatur, nisi longioris itineris causa, neve cuiquam propnent, aut p. oucati ad bibendum respondeant, sed sobrii, & caste ex doctrina Apostoli uiuant.

Interdicimus autem eis procuratore, aduocatione, patrocinio, & omni actione causarum apud iudicem secularem ut, exceptis causis iure permissis, quo loco, scripta licentia a nobis impetretur, quos praeterea in rebus profanis, omni notariatus, & tabellionatus officio, nec non arte mendedi, maxime chirurgica prohibemus.

Nullus tutelam, curamue, nisi pietatis causa, idque concessione nostra suscipiat.

Mercataram ne exercent, neue in rebus contrahendis se medicos, vel interpres adhibeant, praedia ne conducant, pro nemine spondeant, Principum, & omnino laicorum negotia ne procurent, aut eis inserviant, nisi causa id postulet a sacerdotali officio non aliena, qua in re tamen concessio nostra (quam hac in re, & alijs a nobis permittendis gratis semper fieri volumus) intercedat, eaque quotannis renouetur.

Ne feminas nobiles affectentur, neue officij causa stent circum mensam, illis accumbentibus.

In famulatu vero Ecclesiasticarum personarum, vilia officia, aut opera, quae clericali decoro non conueniant, minime faciant.

Quicumque in ijs, quae a nobis supra prohibita sunt, deliquerint, praeter multam viginti quinque aureorum, ob singula delicta exigendam, & quemadmodum diximus in pios usus erogandam, carcere, priuatione beneficij, & grauius etiam pro personae conditione, & facinoris, ac flagitij modo, arbitrato nostro plectantur.

Mandamus autem omnibus, qui ordinis, vel beneficij, aut alia ratione, canonicas horas recitare debent, ut eas nullo modo omittant; alioquin penas in Lateranen. generali Concilio sub Leone decimo celebrato, propositas, & alias arbitrato nostro subibunt.

Inherentes praeterea eiusdem Concilij Tridentini decretis, per viscera misericordiae Iesu Christi Domini nostri vehementer hortamur presbyteros, ut singulis dominicis, & alijs festis diebus, nisi iuste impediuntur, salutare missae sacrificium faciant, Diaconos, & Subdiaconos, ut bis singulis mensibus, & semper cum missae sacrificio inserviant: Clericos denique, & inferiorum ordinum gradibus initiatos, ut saltem semel sacrosanctum Eucharistiae sacramentum sumant.

Diuinam scripturam assidue scrutentur, sacros sanctorum patrum libros in manibus habeant, ex quibus vitalibus, & perennibus fontibus, salutaris doctrinae, & vitae praecipua, & exempla hauriant.

Praeterea edicimus Clericis, alijsue aliquo inferiorum ordinum gradu initiatis,

ritis, si Clericalibus vestibus vti voluerint, ut tonsuram quoque gerant, & reliqua, quae praescripta sunt, proposito eodem poenae periculo, obseruent.

Laicis vero, qui Clericali habitu vti consueuerunt, ut in posterum birreci saltem forma, a Clericis, sub eadem poena, internoscantur.

Quia autem difficile est propter multitudinem eorum, qui in Urbem ex diuersis orbis terrae partibus conuenire solent, Clericos a Laicis internoscere, ideo iubemus omnes, & singulos Clericos, in sacris ordinibus constitutos, aliosque Beneficia Ecclesiastica, etiam simplicia obtinentes, qui in Romana Curia commorantur, ad decem dies, ab harum literarum promulgatione, eos autem, qui posthac in Urbem venturi sunt, a die eorum aduentus numerandos, se in curia nostra sistere, & nomen, cognomen patriam, ordines, & beneficia profiteri, & literas (ut vocant) dimissionas ostendere.

Qui autem aliquem eo gradu, & conditione, qua diximus, vel hospitij, vel famulatus, aliaue causa, domi habent, aut in futurum sint habituri, illo de hac nostra lege praemonito, ad praestitutum tempus ad curiam nostram deferre.

Qui contra fecerit, viginti quinque aureis, & carcere, aliaue poena, iudicio nostro irroganda, punietur.

Volumus autem, & decernimus, ut his litteris, in locis solitis publicatis, & affixis, ita earum quoscunque ardet executio, perinde, ac si personaliter unicuique intimatae fuissent. In quorum fidem &c. Datum Romae in aedibus nostris die. xxx. Mensis Octobris Millesimo Quingentesimo Sexagesimo sexto, Pontificatus autem Sanctiss. D.N. Pij diuina prouidentia Papae Quinti anno primo.

Alphonfus Binarinus Vicegerens.

Triphon Victorellus Notarius.

I N D E X
ALIQUORVM NOTABILIVM
 EX TRACTATV DE SPOLIIS ECCLESIA-
 STICIS, EXCELLENTISS. I. V. D.
 GVLIELMI RODOANI.

In quo primus numerus fol. vel paginam, secundus numerum in margine
 appositum, tertius quætionem demonstrat: ac præter ceteras vili-
 tates magnum adfert adiumentum ad correctionem
 summatorum quarundam quætionum, vbi
 nonnulli §§. sunt postpositi, & vitio
 exemplaris in hac postrema
 editione exciderunt.



	DEFINITIONE est sumēdū principū. fo. 4. nu. 2. q. 1.	
	Artificia licita clericis pro sui sustentatione. 36. nu. 8. q. 2.	
	An, & quando contrafaciens legi, incurrat peccatū mor- tale. 60. nu. 70. ea.	
	Acquisita ex illicita negotiatione tenemur in pauperes, & pios vsus erogare. 63. nu. 79. ea.	
	Abbas stante cōsuetudine, potest dare etiam puellā ma- ritandā. 82. nu. 7. q. 3.	
	Acquisita per clericū ex iniūctione penitentiārū, sunt ecclesiā. 100. nu. 33. ea.	
	Ad quem peruenit res ecclesiā, ille tenetur restituere. §. alij vero fructus. fol. 114. nu. 4. ea.	
	Alimenta non soluta in vita, soluuntur heredibus. 117. nu. 11. ea.	
	Acquisitum ex causa simonia, turpissime acquisitum. 138. nu. 11. q. 3.	
	Ad recuperandum bona ecclesiā, cōpetunt plures actiones. 113. nu. 22. ea.	
	Acquisita parce viuendo, sunt ecclesiā. 173. nu. 16. q. 6.	
	Acquisita de fructibus ecclesiā, sunt successoris. 183. nu. 16. q. 7.	
	Alienatio bonorum ecclesiā, videtur penitus interdicta sine causa. 187. nu. 50. q. ea.	
	Actus odiosus extinguitur morte concedentis. 192. nu. 23. ea.	
	Actus Papæ, semper in bonam partem interpretatur. 196. nu. 50. ea.	
	Ad Deum solum spectat iudicare de Papa. 197. nu. 51. ea.	
	Assumptio non liberat quem a voto. 222. nu. 23. q. 8.	
	Anima est cunctis rebus preferenda. 224. nu. 33. ea.	
	An Cistercienses possint possidere. 229. nu. 64. ea.	
	Acquisitum ex pensione, non dicitur acquisitū ex beneficio. 243. nu. 25. q. ea.	
	Acquisita	

Acquisita ex artificio transmittitur ad heredes ab intestato. 244. nu. 3. ea.
Acquisita ex doctrina, & patrimonialia aequiparantur quoad successionem. 246. nu. 47. eadem.
Acquisita ex seruitijs, & officijs vadit ad heredes ab intestato. 247. nu. 55. ea. quia sunt acquisita intuitu personæ.
Acquisita ex officijs per clericum, sunt quasi castrensia, & vadunt ad con-
sanguineos. 248. nu. 60. ea.
An & quomodo clericus habens sufficiens patrimonium, possit habere bene-
ficiam. 258. nu. 18. q. 9.
Acquisita per clericum beneficiatū, acquisita ecclesie p̄sumuntur. 260. nu. 31. ea.
Ad quem pertineant fructus ecclesie, statari solet cōsuetudini. 263. nu. 48. ea.
Acquisita post cōsecrationem p̄sumuntur acquisita ecclesie. 264. nu. 1. ea.
Actor probat intentionem suam, nisi sit pro eo p̄sumptio. 264. eo. nu. 4. ea.
An Episcopus ex industria acquirat sibi. 278. nu. 64. ea.
Ad quid Apostolus manibus victum querebat. 279. nu. 7. ea.
Alijs cibis vescuntur nobiles, alijs pauperes. 281. nu. 18. ea.
Ad damnum illatum ecclesie per clericum, tenetur heres. 293. nu. 13. q. 10.
Alteri per alterum iniuria conditio afferri non debet. 295. nu. 16. ea.
Acquisita per clericum per laborem, sunt sua. 302. nu. 31. ea.
Ad debita contracta pro sustentatione, tenetur successor. 303. nu. 33. ea.
Actio rei persequutoria competit ad spolia. 323. nu. 1. q. 12.
Acquisita de bonis ecclesie, ecclesia vendicat. 324. nu. 7. ea.
Agitur contra heredem pralati pro eo, quod pralatus fecit gratiam de ve-
lus ecclesie. 327. nu. 13. a.
Acquisita de illicite negociatis, pari modo sunt spolia. 327. nu. 15. ea.
Allegans Iudicem suspectum, proponat in scriptis causam suspicionis. 334.
nume. 22. q. 13.
An spolia possint p̄scribi. 344. nu. 9. q. 14.
Acquisita tempore beneficii p̄sumuntur ecclesie. 365. nu. 1. q. 15.
Acquisita post beneficium adeptum, p̄sumuntur ecclesie. 266. nu. 4. ea.
Aliquando quis ordinatur ad titulum patrimonij. 370. nu. 20. ea.
Acquisita ob seruitia sunt clerici. 371. nu. 21. ea.
Administrator perpetuus p̄sumitur acquisisse ex administratione. 373.
nume. 24. ea.
An Camera scienter occupans bona heredis, incidat in constitutionem. l. si-
quis. 376. nu. 26. ea.
Acquisita per clericum nunquā p̄sumuntur ex negociatione. 378. nu. 31. ea.
Arcta est via que ducit ad vitam eternam, & lata que ducit ad perditio-
nem. 382. nu. 15. q. 16.
Acquisita per clericos illicite sunt spolia. 390. nu. 15. q. 17.
Aedificia habentia insignia Camere, p̄sumuntur esse Camere. 408. nu. 95. ea.

Bona

B

BONA acquisita per clericum defunctum spectant regulariter ad suc-
 cessorum in beneficio. 10. nu. 11. q. 1.
Bulla Pij Papa quinti, edita super spolijs. 27. nu. 53. q. 1.
Bulla Pij quarti super illicitis negociationibus, cōprehendit clericos etiam in
minoribus. 57. nu. 65. q. 2.
Bulla eadem est iuris antiqui declaratiua. 66. nu. 85. q. 2.
Bulla eadem non comprahendit acquisita, qua sunt restituenda. 68. nu. 93. ea.
Bulla auferens male acquisita clericis, eos punit in eo, in quo delinquant. 69.
nu. 99. ea.
Bulla comprehendit clericos cuiusvis generis. 72. nu. 106. ea.
Bulla est male vita correctiua, & excitatiua virtutis. 73. nu. 108. ea.
Bulla comprehendit acquisita cuiusvis temporis. eo. nu. 109.
Bulla impedit clericum testari, de illicite acquisitis. eo. nu. 110.
Bulla Pij quarti qua eximit curiales, Cardinales, p̄latos & officiales, & ha-
bentes facultatem testandi a generalitate bullæ super illicitis negociatio-
nibus. 74. nu. 113. ea.
Beneficiorum genus multiplex. §. stantibus. 111. nu. 17. q. 3.
Bulla Pij quarti contra facientes legata in fraudem cameræ. 123. nu. 16. ea.
Bona sunt diuisa ecclesijs diuersorū locorū, pro cōi vtilitate. 125. nu. 20. ea.
Bonorum ecclesie administratio, auctoritate Papæ pralatis cōcessa. eo. n. 21.
Bona ecclesie sunt pralati quoad gubernationem, pauperum quoad sustenta-
tionem. 185. nu. 31. q. 7.
Bona ecclesie sunt Bona Dei. 186. nu. 41. q. 7.
Beneficialia sunt de iure positiuo introducta. 188. nu. 1. q. 7.
Bulla Pij quarti, super residentia. 212. q. 7.
Bona ecclesiarum sunt Christi patrimonium. 257. nu. 6. q. 9.
Beneficiatus non est dominus in rebus ecclesie. 259. nu. 25. q. 9.
Bona acquisita per uxorem, p̄sumuntur acquisita, de bonis mariti. 260.
numero. 33. ea.
Bona acquisita per pralatum, p̄sumuntur acquisita de bonis ecclesie. eo.
numero. 34. ea.
Bonæ fidei possessor, fructus a solo separatos, facit suos. 264. nu. 54. ea.
Bona fides semper p̄sumitur. 354. nu. 48. q. 14.

C

Clericus potest testari de fructibus pensionum. 13. nu. 20. q. 1.
 Clericus expendens male fructus ecclesie, tenetur restituere de suo. 16.
 nu. 26. q. 1.
 Clericus, in testamento non potest disponere de rebus, occasione ecclesie ac-
 quisitis. 19. nu. 33. q. 1.
 Clausula motu proprio facit p̄sumi principem velle. 22. nu. 44. q. 1.
 Clausula

Clausula ex certa scientia idem operatur. eo. nu. 45. q. 1.
Item, facit presumi vii, absoluta potestate
Item supplet defectum solennitatum.
Item equiparatur clausula, de plenitudine potestatis.
Item supplet defectus inductos a iure positivo.
Item plus operatur, quam clausula motu proprio.
Clausula de plenitudine potestatis, includit defectum solennitatis, & equiparatur.
Clausula ex certa scientia. fol. 22. nu. 46. q. 1.
Clausula non obstante, facit presumi velle prout in rescripto continetur. fol. 60.
Item si sit omissa facit presumi de contrario.
Item facit presumi contra ius commune.
Item facit valere rescriptum contra testamentum.
Item tollit ius tertij.
Clericum negociatorem veluti pestem fuge. 31. nu. 1. q. 2.
Clericus mercator Deo placere non potest. 31. nu. 2. q. 2.
Clericis est consilium exercere manualia. 35. nu. 3. q. 2.
Clericis agricultura permisa. eo. nu. 4. q. 2.
Clericus artificio, & agricultura sibi victum parat. 35. nu. 5. q. 2.
Clericus potest incumbere artificio, dummodo non se subtrahat a diuinis. 36. nu. 9. q. 2.
Clerici possunt conducere possessiones recolendas ad sui sustentationem. 37. nu. 13. q. 2.
Clericus potest locare animalia, & eadem emere ad pascendum pascua, quae ipse habet ad sui sustentationem. 37. nu. 14. q. 2.
Clericus potest emere equum pullum nutriendum, & rem, vt melioratam vt dat carius. 37. nu. 15. q. 2.
Clerico iniusta tantum negocia sunt interdicta. eo. nu. 17. q. 2.
Clerici seculares de consuetudine ecclesiae, possunt exigere pro patrocinijs. 38. nu. 21. q. 2.
Clericus habens beneficium ad sui sustentationem, prohibetur aduocare, secus si non habet. 39. nu. 23. q. 2.
Clerici in minoribus non habentes beneficia ad victum, indistincte aduocant. 40. nu. 24. q. 2.
Clericus de acquisitis ex aduocatione, disponit vt de patrimonialibus. eo. numero. 26. q. 2.
Clericus potest esse iudex etiam in causa criminali, licet generalis officialis esse non potest. 42. nu. 28. q. 2.
Clericus sine in minoribus, sine in sacris, si non habet beneficium ad sufficientiam sui victus, potest esse tabellio. 42. nu. 30. q. 2.
Clericus habet cauere a negociatione, de qua in c. si. de usur. 43. nu. 31. q. 6a.
Clericus negociator pestis. 43. nu. 32. q. 6a.
 Clericis

Clericis est interdicta negociatio sub anathemate. 44. nu. 34. q. 6a.
Clericus monitus tertio, vt a negociationibus abstineat perdit priuilegium clericale quo ad bona, si non consistat. 44. nu. 35. q. 6a.
Clerici non indigentes, non possunt exercere etiam honestas negociationes. 47. nu. 41. q. 6a.
Clericus potest vendi facere vinum in domo, dummodo ipsemet non exerceat. 50. nu. 47. q. 6a.
Clericus potest emere victualia tempore famis, pro se & alijs, pro abundantia. 51. nu. 48. q. 6a.
Clericis in minoribus, non beneficiatis, non prohibetur negocia licita. 57. m. 60. q. 6a.
Clerici in minoribus, pnt redire ad seculum, & apostasia non faciunt. 57. m. 61. q. 6a.
Clericus in minoribus habens, beneficium, est apostata si dimittat habitum, & tonsuram. 57. nu. 62. q. 6a.
Cum mortali peccato nemo introibit in gloriam Dei. 60. nu. 71. q. 6a.
Clerici eo ipso quod contrahunt matrimonium, sunt priuati priuilegio clericis circa bona concessa. 60. nu. 72. q. 6a.
Clerici ordinati sine beneficio possunt agere contra promouentem pro victu. 61. nu. 73. q. 6a.
Clericus negocians monitus, non cessans, spoliatur clericatu, & beneficio, & traditur curiae seculari. 61. nu. 74. q. 6a.
Contra illud quod lex iubet, aut prohibet, nihil est faciendum. 66. nu. 83. q. 6a.
Canon multipliciter sumitur. 66. nu. 84. q. 6a.
Constitutio contra ius naturale, non seruatur. 70. nu. 103. ea.
Clericus de fructibus suae praebendae, potest dare cui vult. 82. nu. 5. q. 3.
Clericus de fructibus remunerat seruitia. eo. nu. 3. q. 3.
Clericus potest pascere filios de fructibus ecclesiae. 83. nu. 13. ea.
Clericus ita acquirit distributiones quotidianas, quod de illis disponit vt rusticus, de operis diurni denario. 86. nu. 24. ea.
Curia seruat quod clericus cedit fructus sui beneficii creditoribus, deductis sibi necessarijs. 87. nu. 29. ea.
Camera Apostolica succedens in spolijs clerici defuncti, tenetur soluere illius debita. 87. nu. 30. ea.
Clericus quae acquirit in seruiendo pro capellano, sibi acquirit. 88. nu. 32. q. 3.
Clericus potest vendere, & obligare fructus beneficii ad modicum tempus, sine consensu episcopi. 89. nu. 34. ea.
Clericus non debet habere de fructibus beneficii, ultra necessaria. §. sed in contrarium. 90. nu. 1. ea.
Clericus de fructibus beneficii, non potest vendere nec testari nec donare. §. sed in contrarium. 92. nu. 5. ea.
Clericus potest facere donationem, de rebus ecclesiae, in remunerationem accipi seruitij. §. sed in contrarium. 92. nu. 7.
 Clericus

Clericus capiens de bonis ecclesie ultra necessaria, aliena capit. §. sed in con-
 trarium. 93.nu.10.ea.
 Clericus tenetur ad restitutionem fructuum ecclesie voluptuosæ consumpto-
 rum. §. sed in contrarium. 93.nu.11.ea.
 Et ad idem si expendit ultra debitum. eo.nu.12.
 Clericus debet habere beneficium quod sufficit sibi, & suis. §. sed in contrari-
 um. 94.nu.17.ea.
 Clerico doctiori conuenit habere famulum. §. sed in contrarium. 95.nu.20.ea.
 Clericus non facit fructus beneficij suos. §. sed in contrarium. 96.nu.23.
 Clericus de fructibus ecclesie, non acquirit sibi. eo. §. eo.nu.24.
 Clericus de fructibus beneficij, habet solum ius canonicæ dispensandi. eo. §.
 97.nu.25.ea.
 Clericus potest dispensare ad libitum, de fructibus sibi pro victu debitis. eo.
 §. 97.nu.26.
 Clericus disponens de fructibus contra ius punitur, eo. §. 97.nu.26.ea.
 Clericus non potest usurpare sibi fructus ecclesie quamuis eosdem in alios
 dispensare possit alioquin fur, & sacrilegus. eo. §. 98.nu.27.
 Clericus non bene ministrans res ecclesie, habetur loco prædonis. eo. §. 100.
 nu.33.eadem.
 Clericus de meliorationibus factis per eum in rebus ecclesie, non potest pro
 libito disponere. eo. §. 101.nu.35.ea.
 Causa legitime alienationis rerum ecclesie. §.stantibus. 101.nu.3.
 Consuetudo loci dat iurisdictionem. eo. §. 102.nu.6.
 Clerici legantes nepotibus, & consanguineis, committunt sæpe fraudes. eo. §.
 107.nu.10.ea.
 Casus in quo donatio facta de fructibus, reuocatur. eo. §. 108.nu.12.ea.
 Clericus non potest sibi fructus conseruare, nec ex eis sibi acquirere. eo. §.
 112.nu.18.ea.
 Communis usus inualuit, quod hodie omnes clerici, appropriant sibi omnes
 fructus. 113.nu.3.ea.
 Cappellanus ad nutum amouibilis, potest disponere de fructibus capellanie.
 115.nu.5.eadem.
 Clerici sunt domini fructuum perceptorum, quo ad debitam dispensationem.
 120.nu.13.eadem.
 Casus in quibus res emptæ efficitur non ementis, sed illius cuius fuit pecunia.
 122.nu.16.ea.
 Casus enumerati in quibus clericus prohibetur disponere de rebus ecclesie.
 126.nu.23.ea.
 Clericus de iure antiquo non poterat habere bona particularia. 127.nume.
 25.eadem.
 Clerici possunt aliqua in eleemosina erogare, nõ cā testamēti. 128.nu.25.ea.
 Clerici

Clerici possunt pro seruitio recepto moderate donare. 128.nu.27.ea.
 Clericus potest tantundem, de bonis ecclesie relinquere, quantum de suo con-
 tulit ecclesie. eo.nu.28.ea.
 Clericus potest testari de expensis factis per eum, causa ecclesie. 128.nume.
 29.eadem.
 Consuetudo attenditur in dispositione fructuum ecclesie. 131.nu.34.ea.
 Clericus testari potest, de distributionibus quotidianis. 133.nu.35.
 Clericus testari potest de fructibus cappellanie, ad nutum amouibilis. 134.
 nu.36.eadem.
 Clericus fructus ecclesie quos potuit, & noluit consumere, non potest legare
 etiam terræ sanctæ. 135.nu.2.ea.
 Clerici de acquisitis ex litteratura, aut alias licite, libere disponunt in testa-
 mento & ab intestato. 136.nu.7.ea.
 Clericus ex sua industria acquirit sibi, non suæ ecclesie. 136.nu.9.
 Cardinales reges appellantur. 138.nu.11.
 Consuetudo irrationabilis, non est attendenda. 144.nu.3.9.4.
 Clerici ultra necessaria non possunt fructus ecclesie in se ipsos conuertere.
 145.nu.6.9.4.
 Consuetudo sacris obuians canon. non debet attendi. 145.eo.nu.7.
 Canonicus absens percipiens, percipit contra ius. 146.nu.11.ea.
 Consuetudo dat iurisdictionem non habenti. 147.nu.12.ea.
 Consuetudinem clericorum, disponendi de rebus ecclesie, approbat rex Ca-
 rolus. 147.nu.14.ea.
 Consuetudo immemorabilis idem efficit, quod principis licentia. 148.nume.
 16.9.4.
 Consuetudo disponendi de rebus ecclesie, intelligitur ad modica, nec se est en-
 dit ad magna. eo.nu.18.
 Consuetudo disponendi de rebus ecclesie, se extendit ad immobilia. 148.
 nu.19.eadem.
 Consuetudo non debet afferre grauamen ecclesie. 149.nu.21.ea.
 Consuetudo de fructibus percipiendis videtur approbata per extrauagan. su-
 scepti. 150.nu.22.ea.
 Consuetudo in aliquibus ecclesijs regni Neapolis. 151.nu.23.ea.
 Consuetudo in regno Neapolis, quod fructus inexacti pertinet ad capitulum.
 155.nu.5.9.5.
 Constitutio Iulij tertij applicat fructus inexactos Camera Apostolicæ. 156.
 nume.6.9.5.
 Contrariorum inclusio vnus, est exclusio alterius. 157.nu.9.9.5.
 Competit actio clerico pro victu contra eum, qui illum ordinauit ad ecclesiam
 non sufficientem. 169.nu.2.9.6.
 Clericus fructus sibi pro victu assignatos, facit suos: 169.nu.3.
 Clericus

Clericus fructus ecclesie videtur posse proicere secundum glo. eo. nu. 4. q. 6.
 Clericus de fructibus ecclesie participat, quatenus indiget. 171. nu. 9. q. 6.
 Clericus fructus pro victu debitos facit suos, si illis utatur. eo. nu. 11.
 Camera Apostolica est hodie loco successoris. 173. nu. 17. q. 6.
 Clericus partem fructuum, quam potuit, & noluit consumere facit suam secundum aliquos. 181. nu. 9. q. 7.
 Clericus de fructibus ecclesie, non potest donare. 183. nu. 18. ea.
 Clericus non potest erogare consanguineis, nisi in subventionem. 183. nu. 22.
 Christus habet dominium, & possessionem rerum ecclesie. eo. nu. 29.
 Clerici seculares magis possunt disponere de rebus, quam regulares. 189. nume. 11. q. 7.
 Clericus de fructibus, potest alere consanguineos. 196. nu. 44. ea.
 Certa scientia facit presumi principem velle. Et quod presumatur vii absolute potestate. 196. nu. 48. & 49. ea.
 Clericorum, alij seculares, alij regulares. 220. nu. 1. q. 8.
 Conuentuales possunt habere propria. 225. nu. 37. ea.
 Consuetudo obuians canonis, est irrationabilis. 227. nu. 53. q. 8.
 Conuersi possunt sibi acquirere. 229. nu. 67. ea.
 Clerici possunt habere bona, multiplici modo. 235. nu. 1. ea. §. deueniendo.
 Concubinatus magis prohibitus clericis, quam laicis. 236. nu. 6. ea.
 Clerici possunt contrahere matrimonium ante, & post ordines minores. eo. nu. 8.
 Constitutus in sacris, est interdictum matrimonium. eo. nu. 9.
 Clerici habent bona triplicis generis. 239. nu. 5.
 Camera Apostolica est subrogata in locum successoris. 241. nu. 0. q. 8.
 Clericus agens iustas negociationes agere potest. 245. nu. 39. q. 8.
 Causa lucri cupiditatis, & auaritia negociari clerico non licet. 245. nu. 40. ea.
 Clericus in minoribus non habens beneficium sufficiens, potest per aduocationem sibi acquirere. 246. nu. 48. ea.
 Clericus in minoribus beneficiatus, equiparatur clerico in sacris. 247. nu. 50. ea.
 Clericus potest aduocare nedum pro victu, sed pro lucro. eo. nu. 51.
 Clericus habens beneficia, licite exercet etiam artificium, & doctrinam. eo. nu. 52.
 Clerici non sufficienter beneficiati, possunt esse tabelliones. eo. nu. 53.
 Clericus vii capellanus, & pro missis dicendis, sibi acquirat. 248. nu. 57. ea.
 Clericus diuersimode facultates acquirere potest. 256. nu. 1. q. 9.
 Clericus manibus acquirere potest, & de acquisitis testari. eo. nu. 4.
 Clericus in profanos usus redditus ecclesie expendens, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. 257. nu. 7. ea.
 Clericus de altari debet viuere, non luxuriari. eo. nu. 8.
 Consuetudo valet derogare iuribus. 258. nu. 14.
 Consuetudo non efficit, quin pars debita pauperibus soluatur. eo. nu. 15.
 Clericus est pars domini. eo. nu. 17.
 Clericus

Clericus in bonis ecclesie, habet usum tantum. 259. nu. 23.
 Clerico est delictum negociari. 261. nu. 37.
 Clericus potest disponere tantumdem de fructibus, quantum de suo impedit in ecclesia. 262. nu. 44.
 Clericus fructus recollectos videtur facere suos. 263. nu. 47.
 Clericus potest in vita donare secundum aliquos. eo. nu. 52.
 Clerici non prelati, presumuntur acquirere intuitu personae. 266. nu. 12.
 Canonici non habent administrationem in ecclesia. 276. nu. 56.
 Circa qua tenetur operari rector. 277. nu. 63.
 Clericus qui non interest diuinis, non facit suas distributiones quotidianas. 279. nume. 4.
 Clerici habent viuere de patrimonio Iesu Christi. eo. nu. 5.
 Competenter quis debet beneficiari, ut possit commode sustentari. 280. nu. 13.
 Clerici diuites, licite stipendia ab ecclesia accipiunt. 285. nu. 35.
 Communis opinio, q. hodie clerici appropriat sibi oēs fructus. 293. nu. 12. q. 10.
 Casus in quibus prelati, aut heres tenetur ecclesie. 293. nu. 14. ea.
 Clericus non conuenitur, ultra quam facere potest. 300. nu. 24. ea.
 Clericus suspensus, debet habere moderatam sustentationem. eo. nu. 25.
 Clericus habens patrimonium, licite viuunt ab ecclesia. 300. nu. 26. ea.
 Casus in quibus tenemur esse solliciti, ut res vertatur in utilitatem ecclesie. 305. nu. 35. ea.
 Citatio est de substantia circa absentem. 315. nu. 5. q. 11.
 Clausula summarie, in causis magni preiudicij, admittit probationes plene, in alijs semiplene. 316. nu. 9. ea.
 Et quid importet, vide a nu. 10. vsque ad nu. 15.
 Clausula simpliciter, remouet subtilitates, difficultates, duplicitates, ambiguitates. 317. nu. 16. ea.
 Clausula de plano, importat quod potest procedi sine processu, & quid importet. eo. nu. 17.
 Clausula, sine figura iudicij, quid importet. 319. nu. 21. vsque 23.
 Clausula, inspecta veritate, quid importet. 320. nu. 23. ea.
 Causa spoliatorum, non possunt regulariter cognosci ab alio, quam a thesaurario. 321. nu. 26. ea.
 Causa appellationis est vna cum principali. eo. nu. 27.
 Clericus non potest disponere de rebus ecclesie subtrahendo, vel donando. 324. nu. 4. q. 12.
 Clericus luxuriose expendens, tenetur restituere. eo. nu. 5.
 Contra agentem, datur conuento exceptio. 329. nu. 1. q. 13.
 Contra Romanam ecclesiam, prescribitur centum annis. 345. nu. 11. q. 14.
 Christus, & ecclesia semper possident res ecclesie. 349. nu. 27. ea.
 Clerici simplices, non presumuntur acquirere nisi intuitu personae. 369. nu. 14. q. 15.
 Clerici

Clerici in minoribus, possunt exercere quaecumque negotia licita. 369. nu. 15. ea.
 Cautela pro herede se se immiscendo, in bonis clerici defuncti. 377. nu. 29. ea.
 Cogitatio cordis prona ad malum. 383. nu. 16. q. 16.
 Camera Apostolica subrogata est in spolijs loco ecclesie. 387. nu. 2. q. 17.
 Casus in quo, adhuc non declaratus delinquens, non facit fructus suos. 389. nu. 12. q. 17.
 Confessio circa spolia facta, non potest reuocari. 393. nu. 24. ea.
 Cum debitore spoliorum confesso, non agitur mitius. 394. nu. 28. ea.
 Camera Apostolica potest cedere iura potentiori, causa iudicij mutadi. 397. nume. 35. eadem.
 Conditio apposita in spolijs, resoluitur in modum. 399. nu. 43. ea.
 Confessio in spolijs absente parte facta, pro camera valet. eo. 44.
 Confessio prelati preiudicialis Camera, non valet. eo. nu. 45.
 Confessio in vltima voluntate non valet, nisi sit iurata. eo. 46.
 Confessio in testamento, etiam non iurata, in fauorem Camera valet. eo. n. 47.
 Camera gaudet suis priuilegijs in bonis, & in creditis. eo. nu. 48.
 Camera contra confessionem petit restit. in integ. eo. nu. 49.
 Camera non tenetur de deposito facto penes pralatum. 401. nu. 56.
 Camera potest agere contra illum, qui accepit ecclesiam non animo se promo- uendi, sed fraudandi. eo. nu. 57.
 Camera in soluendo debita habet praventionem. 402. nu. 59. ea.
 Camera potest opponere exceptionem non numerata pecunie omni tem- pore. eo. nu. 62.
 Camera potest vti pro libito legibus ciuilibus. eo. nu. 63.
 Camera agit hypothecaria contra tertium possessorem, non discusso principa- li, & contra fideiussorem non discusso principali. 403. nu. 67. ea.
 Camera vtitur priuilegijs minoris. eo. nu. 68.
 Contra Camera iustus titulus non excusat. 404. nu. 70.
 Camera non potest renuntiare restit. in integ. eo. nu. 71.
 Camera laesa, restituitur ante sententiam. eo. nu. 72.
 Camera reus tenetur exhibere, etiam ad fundandam eius intentionem, con- tra seipsum. eo. nu. 73.
 Camera habet regressum contra male administrates res suas. 405. nu. 77. ea.
 Camera potest exigere debitum ante diem, soluto inter usurio. eo. nu. 78.
 Camera creditrix, vel debitor non tenetur cauere. eo. nu. 79.
 Camera agit de euictione ante rem euictam, id est ad interesse. 406. nu. 82.
 Camera eligens vniam viam, illa omisa diuertit ad aliam. eo. nu. 83.
 Camera etiam per alternatiuam stipulationem acquiritur. 408. nu. 92.
 Camera laesa ex contractu, venit contra contractum. eo. nu. 93.
 Camera agit ante diem stante necessitate. 410. nu. 99.
 Camera conuenit in solidum heredes portionarios. eo. nu. 102.

D I F F I-

D

D I F F I N I T I O spoliorum ecclesiasticorum. 5. nu. 7. q. 1.
 Dominium rei legata, transit recta via in legatarium. 12. nu. 16. q. 1.
 De redditibus ecclesiasticis clerici disponunt pro victu tantum. 15. nu. 24. q. 1.
 Decima fructuum datur pro alendis clericis, & pauperibus. eo. nu. 25. q. 1.
 Distributiones quotidianae acquiruntur percipientibus, etiam quoad domi- nium. 17. nu. 27. q. 1.
 Distributiones quotidianae in aliquibus locis distribuuntur in potu, in pane, & pecuniariale, & bladis. 17. nu. 28. q. 1.
 De distributionibus quotidianis disponit clericus, ueluti laborator disponit, de operis diurni denario. 18. nu. 30. q. 1.
 Diffinitio pensionis. 20. nu. 36. q. 1.
 Dominium rerum ecclesie est proprie apud Christum. 20. nu. 39. q. 1.
 De fructibus ecclesie sunt quatuor partes. 20. nu. 41. q. 1.
 Dominus eiecit mercatores de templo. 44. nu. 33. q. 2.
 Differentia inter negociationem, & artificium. 46. nu. 36. q. 2.
 Datum ex causa simonia, non restituitur danti, sed in eleemosinam erogari potest. 67. nu. 88. ea.
 Distributiones quotidianae dantur propter seruitium alteri. 86. nu. 26. q. 3.
 De redditibus ecclesie illud tantum est clericorum, quod probabili ratione consumuntur. §. sed in contrarium. 91. nu. 3. ea.
 De fructibus ecclesie habet viuere pralatus, & qui ei seruiunt. §. sed contra- rium. 94. nu. 13. ea.
 De fructibus ecclesie datur victus clerico comode. §. sed contrarium. eo. nu. 16.
 Distributiones quotidianae non computantur in valore beneficij, nec sunt de corpore beneficij. 115. nu. 5. ea.
 De fructibus pensionum videtur clericus pro libito posse disponere. 116. nu. 6.
 De quibus fructibus ecclesie possit testari clericus. 134. nu. 1. ea.
 De illicite quasitis non disponet clericus, quia sunt spolia. 136. nu. 8.
 Datum sacerdoti pro missis dicendis, acquiritur ecclesie, si intuitu ecclesie sit datum. 127. nu. 10. ea.
 Dispensatio de rebus ecclesie, est concessa magis lata clericis secularibus, quam regularibus. 139. nu. 16.
 Distinctio ad quem spectent fructus ecclesie. 154. nu. 2. q. 5.
 Digniora semper sunt preferenda. 160. nu. 15. ea.
 De fructibus ecclesie, est assignata certa portio pro victu clerici. 169. n. 1. q. 6.
 De fructibus ecclesie possumus alere, & dotare consanguineas filias & so- rores. 170. nu. 6. ea.
 Distributiones quotidianae acquiruntur clerico, etiam quoad dominium. 174. nume. 18. ea.
 Dominium rerum vniuersitatis est apud ciues. 184. nu. 27. q. 7.

I i 3

Dominium

Dominium & possessio rerum ecclesie, est apud quilibet ecclesiam. 185. nu. 38. ea.
 Dimittens debita Dei sine causa, Deum offendit. 186. nu. 42. ea.
 Deus peccare non potest. eo. nu. 16.
 Dominium rerum ecclesie, est penes Christum, & Papam eius vicarium. 188. nu. 5. ea.
 De fructibus ecclesiarum disponit Papa pro libito voluntatis. 188. nu. 6. ea.
 Dignitas non liberat a substantialibus regulis. 222. nu. 19. q. 8.
 Dispensatus ad succedendum, videtur tam ex testamento, quam ab intestato. 223. nu. 27. ea.
 Duplex ratio quare ad relicta fratrum minorum subuenitur officio iudicis. 224. nu. 31. ea.
 Deficientibus descendentibus, ascendentibus, & collateralibus ad decimum gradum, clericus succedit ecclesie. 237. nu. 11. ea.
 Decedens, transmittit ad heredes, ius exigendi alimenta non soluta. 243. nu. 30. ea.
 De consuetudine, possumus succedere clerico in acquisitis intuitu ecclesie. 249. nu. 63. ea.
 De fructibus beneficiorum, non disponit clericus nisi de necessarijs. 257. numero 5. q. 9.
 Decima datur pro ministris ecclesie, & pauperibus alendis. eo. nu. 12. ea.
 Detrahis necessarijs, ceteri fructus debentur pauperibus. 258. nu. 16. ea.
 Dominium rerum ecclesie, pertinet ad Deum. 260. nu. 30. ea.
 Distributiones quotidianae, efficiuntur clericis. 261. nu. 43. ea.
 Differentia inter bo. fid. possess. & usufructuarium, quo ad fructus. 264. nu. 55. ea.
 Distinctio pro facienda presumptione. 265. nu. 6. ea.
 Debeo potius presumere, quod quis fecerit, quod ius praecipit, quam contra ius. 267. nu. 14. ea.
 Detrahatur primo quantum verisimiliter potuit expendere clericus, de bonis ecclesie. 268. nu. 28. ea.
 Decime solvuntur clericis, siue sint diuites, siue pauperes. 285. nu. 36. ea.
 Debita contracta pro sustentatione prelati, debent solui. 290. nu. 4. q. 10.
 Dominium est causa directa actionis. 323. nu. 2. q. 12.
 Distinctio doctorum, circa occupationem bonorum clerici defuncti. 326. numero 10. eadem.
 Defensio nec per rescriptum, nec per statutum tollitur. 331. nu. 10. q. 13.
 Durum est coram suspecto iudice litigare. 332. nu. 15. ea.
 Delegatus a principe suspectus, recusatur de iure civili, & canonico. 333. nu. 17. eadem.
 Delegatus ad vniuersitate causarum, equiparatur ordinario. 335. nu. 26. ea.
 Dominis non currit prescriptio. 350. nu. 31. q. 14.
 Detentores spoliatorum, sunt excommunicati. 352. nu. 39. ea.
 Duobus

Duobus modis Camera facit spolia. 365. nu. 1. q. 13.
 Distinctio doctorum pro presumptionibus faciendis, circa spolia. 371. numero 22. eadem.
 Dominium spoliatorum transit in cameram, siue traditione. 389. nu. 13. q. 17.
 Dominium, & possessio spoliatorum, est penes Christum, & ecclesiam. 390. nu. 14. ea.
 Debitor spoliatorum, non debet soluere possessori, sed Camera. 393. nu. 23. ea.
 Debitor spoliatorum non purgat moram. 394. nu. 27. ea.
 Dicitio extunc importat canonem lata. 396. nu. 33. ea.
 Dominium transfertur in Camera ex solo contractu, absque traditione. 400. nu. 51. eadem.

E

EXEMPTIO concessa curialibus a spolijs per Xistum, Alex. & alios. 10. nu. 10. q. 1.
 Est sancitum a Papa, de quanta parte fructuum ecclesie, disponat clericus. 18. nu. 32. q. 1.
 Emens pro suo vsu, potest vendere propter aliquam necessitatem pro maiori precio. 51. nu. 49. q. 2.
 Elecmofynam debet facere prelati, de rebus ecclesie. 82. nu. 9. q. 3.
 Equus emptus de pecunia ecclesie Ecclesie est. S. sed in contrarium. 91. nu. 4. ea.
 Ecce, quod in vitu clerico subministrando, attenditur nobilitas, dignitas, & scientia. S. sed in contrarium. 95. nu. 18. ea.
 Emptum de pecunia aliena, acquiritur ementi. 122. nu. 16. ea.
 Episcopi possunt testari de illis, quae sibi offeruntur pro ordinationibus. 138. nu. 11. eadem.
 Episcopus regularis, non potest disponere de rebus, post episcopatum acquisitis etiam intuitu personae. 139. nu. 12. ea.
 Est standum consuetudini in dispositione fructuum ecclesie. 144. nu. 1. q. 4.
 Ecclesia non tenetur soluere condemnationes clericorum. 181. nu. 10. q. 7.
 Ecclesia tenetur contribuere in alimoniam clericorum, non in aliam causam. eo. nu. 12. ea.
 Ecclesia fidelium congregatio. 184. nu. 29. ea.
 Expresse cauetur, quod Papa non alienet bona ecclesie. 186. nu. 47. ea.
 Ex quibus causis alienentur res ecclesie. eo. nu. 49.
 Est inherendum semper opinioni, quae fauet Papa. 197. nu. 60. ea.
 Esse non dicitur, quod non durat. 226. nu. 46. q. 8.
 Est licitum clerico negociari necessitate suadente. 246. nu. 44. ea.
 Ecclesia habet intentionem fundatam super bonis possessis a clerico defuncto. 260. nu. 32. q. 6.
 Ecclesia succedit clerico decedenti sine herede ad septimum gradum. 267. nu. 19. ea.
 Ex coniecturis conicitur per arbitrium iudicis, an acquisierit clericus intuitu ecclesie, vel personae. 270. nu. 39. ea.
 Episcopus

Episcopus tenetur providere clerico, quousque ei detur beneficium. 279.
 nume. 6. ea.

Ecclesia vniuersalis, indiget viris litteratis. 281. nu. 21. ea.

Expēsa, quae sūt in recolligēdis fructibus, in primis deduci debēt. 283. nu. 27.

Ecclesia alit clericos ad sui decorem. 297. nu. 18. q. 10.

Expensas factas per pralatū de suo patrimonio, pro ecclesia, repetit haeres. 305. nu. 36. ea.

Expensas pro expeditione bullarum factas, repetit idem. 308. nu. 37. ea.

Expensa funeris concernentes animam, sicut a Camera, concernentes solatiū viuorum sicut ab haereditibus. 309. nu. 38. ea.

Est vtendum contra impetransem iure, quod impetrauit. 321. nu. 28. ea.

Ecclesia in fructibus ecclesia, habet possessionem, & proprietatem. 324. nu. mero 6. q. 12.

Emptum de pecunia aliena, ementi regulariter acquiritur. 326. nu. 9. q. ea.

Ecclesia vel Camera petit spolia vti domina. eo. nu. 11.

Exceptiones sunt comparatae gratia defensionis reorum. 330. nu. 2. q. 13.

Exceptiones sunt de iure naturali. 331. nu. 8. ea.

Exceptio habuit ortum in Paradiso, ab Adam peccante. eo. nu. 9.

Exceptio peremptoria non tollitur per rescriptum, de certa scientia. 332. nu. mero 13. ea.

Ex leui causa remouetur iudex suspectus. 333. nu. 16. ea.

Exceptio suspicionis, tollitur per consensum procuratoris. eo. nu. 19.

Exceptio suspicionis proposita, impedit procedi in causa. 334. nu. 23. ea.

Exceptio solutionis, elidit actionem. 338. nu. 34.

Exceptio compensationis tollit obligationem naturalem, & civilem. eo. nu. 36.

Exempti non veniunt in generalitate comprehensi. 339. nu. 39. ea.

Exempti non tenentur ad collectas Papae. eo. nu. 40.

Exceptione praescriptionis tollitur civilis, & eliditur naturalis obligatio. 343. nu. 1. q. 14.

Ecclesia inferior praescribit contra Papam. 347. nu. 20. ea.

Etiam dos ecclesiae potest praescribi. 348. nu. 24. ea.

Ecclesia succedens in re priuati vititur suo non priuati priuilegio. 358. nu. 62. ea.

Est bona similitudo de vxore ad ecclesiam. 366. nu. 8. q. 15.

Effici sacerdotem est quid facti. 381. nu. 10. q. 16.

Ecclesia habet fiscum. 387. nu. 3. q. 17.

Emens spolia, non tenetur soluere aliqua vectigalia. 398. nu. 38. ea.

Exigens plus debito a Camera, tenetur in duplum. 409. nu. 99. ea.

F

FRUCTVS pro pensione assignati non percepti tempore mortis pensionarij remanent ad ecclesiam grauatam. 11. nu. 14. q. 1.

Fructus percepti, debentur haereditibus usufructuarij. 12. nu. 17. q. 1.

FRUCTUS

Fructus percepti ex praebenda clerici, transeunt ad haeredes. eo. nu. 18. q. 1.

Fructus pensionum lucrati, donari possunt. 13. nu. 19. q. 1.

Fructus pensionum etiam non exactarum, transmitti possunt ad haeredes. 18. nume. 3. q. 1.

Fiscus saccus male ablatorum. 69. nu. 97. ea.

Frater de iure civili tenetur dare dotem sorori, non habenti, item & alere. 83. nu. 1. q. 3.

Frater clericus potest dotare sororem, aut aliam consanguineam, de fructibus ecclesiae. 85. nu. 12. ea.

Fructus separati, & reconditi sunt clerici, non separati vel reconditi ecclesiae. 85. nu. 22. ea.

Fructus recollecti mortuo usufructuario, vadunt ad illius haeredes, non ad proprietarium. 86. nu. 25. ea.

Fructus pensionum exacti, vel decursi acquiruntur taliter clerico, quod illos in testamento, vel ab intestato transmittit ad haeredes. 86. nu. 27. ea.

Fructus pensionum lucrati, dicuntur proprii, & possunt donari. 87. nu. 28. ea.

Fructus beneficij, possunt dari creditoribus in causam iudicati. 88. nu. 31. ea.

Fructus ecclesiae possunt locari, vendi, & obligari. 88. nu. 33. ea.

Fructuum ecclesiae male, & voluptuose consumptorum restitutio, non est necessaria secundum aliquos. 90. nu. 38. ea.

Fructus clerico pro victu debiti sunt sui, si in usum suum conuertet. 9. Stantibus. 108. nu. 12. ea.

Fructus pro victu debentur clerico, licet abunde victu habeat. 109. nu. 14. ea.

Fructuum ecclesiae plura genera. 9. Et in hac materia. 113. nu. 1.

Fructus ecclesiarum debent distribui in stipendia ministrorum. 145. nu. 6. q. 4.

Fructus solo coherentes, sunt pars fundi. 155. nu. 4. q. 5.

Facta Papae excusantur, licet videantur iniusta. 197. nu. 53. q. 7.

Factum Papae est iniustum, licet videatur iniustum. eo. nu. 54. ea.

Forma licentiae testandi per viam sacrae penitentiariae. 201. q. 7.

Forma licentiae testandi per viam literarum Apostolicarum. 203. q. 7.

Forma licentiae testandi per viam breuis. 209. ea.

Fratres seruorum S. Mariae non connumerantur inter mendicantes. 220. nu. 5. q. 8.

Frater minor habetur pro mortuo. 222. nu. 11. ea.

Frater minor est successionis incapax, sicut damnatus in metallum. eo. nu. 13.

Fratres minores possunt capere legata pro alimentis. 222. nu. 16. ea.

Fratres minores non possunt esse pro aliqua re in iudicio. eo. nu. 15.

Fratres minores non possunt accipere legatum annuum, quia habet aliquid proprietatis. eo. nu. 16.

Frater minor potest accipere legatum annuum pro expensis studij. eo. nu. 17.

Frater minor non est capax acquisitionis, etiam si promoueatur ad episcopatum, aut alias dignitates. eo. nu. 18.

Frater

Frater minor assumptus acquirit ecclesiam, ad quam est assumptus. eo. nu. 20.
 Frater minor assumptus ad Cardinalatum, sibi non acquirit. eo. nu. 21.
 Frater minor sibi non acquirit, etiam translatus ad monasterium capax. eo. nu. 22.
 Frater minor assumptus, potest acquirere ex privilegio Papae. 223. nu. 24. ea.
 Frater minor bene potest dispensari ad succedendum. eo. nu. 26.
 Fratri minori succedunt consanguinei statim facta professione, non expectata morte. 223. nu. 28. ea.
 Fratres conuentuales, & de obseruantia differunt. 225. nu. 36. ea.
 Fratres predicatorum, sunt incapaces ad acquirendum, & ad retinendum. eo. nu. 39.
 Fratres predicatorum sunt mendicantes. 226. nu. 39. ea.
 Fratres Predicatorum, de consuetudine possunt acquirere non vt retineant. eo. nume. 41.
 Forma professionis fratrum Predicatorum. eo. nu. 42.
 Fratres Predicatorum possunt ex consuetudine habere bona in communi, & ex privilegio. eo. nu. 43.
 Fratres Predicatorum non habent actionem, sed imploratur officium iudicis. 227. nu. 48. ea.
 Fratres Predicatorum possunt succedere in bonis temporalibus privilegio Clementis quarti. eo. nu. 50.
 Fratres Eremitani sunt mendicantes, sed possunt in communi acquirere ex privilegio Alex. quarti. eo. nu. 51.
 Fratres Eremitani non possunt succedere in bonis feudalibus. eo. nu. 51.
 Fratres Carmelita habent idem privilegium, quod Eremitani. 228. nu. 56.
 Filij ex concubina non succedunt clericis in illis vncijs inductis de iure civili. 236. nu. 7. ea.
 Fructus lucrati per pensionarium, sunt proprii. 244. nu. 32. ea.
 Fructus ecclesie in quatuor partes diuiduntur. 258. nu. 13. q. 9.
 Fructus beneficiorum, non habent inferuire pro thesaurizatio. 259. nu. 19. ea.
 Figura iudicij, & verum iudicium, quid sit. 315. nu. 2. q. 11.
 Fructus ecclesie, & inde acquisita spectant ad ecclesiam iure dominij. 323. nu. 3. q. 12.
 Fructus ecclesie non sunt spiritualibus annexi. 346. nu. 15. q. 14.
 Fiscus est vbique presens. 362. nu. 66. ea.
 Fiscus Papae, est Camera Apostolica. 387. nu. 4. q. 17.
 Fructus percepti de rebus spoliatorum, sunt camerae a die vacationis. 389. numero 11. ea.

G

GRATIA Papa nunquam expirat. 193. nu. 34. q. 7.
 Gesta a Papa, a sancto gesta presumuntur. 195. nu. 43. ea.
 Genera, & qualitates fructuum ecclesiasticorum. 237. nu. 11. q. 8.

HODIE

H

HODIE sacerdotes per contrariam consuetudinem, possunt petere salarium. 39. nu. 22. q. 2.
 Haeres licet sit dominus rei fideicommissae, non potest alienare. 82. nu. 4. q. 3.
 Hodie non debent viuere clerici ita stricte, sicut olim. S. sed in contrarium. 96. nu. 21. q. 3.
 Hodie est difficile dicere quot fructus sufficiant beneficiato, quia plus vni, & minus alteri sufficit. eo. nu. 21.
 Hodie inoleuit, quod clerici appropriant sibi omnes fructus ecclesie. 170. nume. 7. q. 6.
 Habens licentiam testandi, non videtur posse codicillari. 183. nu. 19. q. 7.
 Haereditas vacans obtinet vicem personae. 184. nu. 28. ea.
 Homines offerentes ecclesiam, habent respectum ad Deum. 186. nu. 39. ea.
 Haereditas delata monacho, aditur per monasterium inuito monacho. 229. nume. 63. q. 8.
 Haereditas non delata, nec repudiata transmittitur per monachum morientem ad monasterium. eo. nu. 64.
 Heremita possunt sibi acquirere. 230. nu. 68. ea.
 Habens beneficium, licite exercet etiam aliquod artificium. 245. nu. 36. q. ea.
 Hodie inualuit, quod clerici appropriant sibi fructus ecclesie. 262. nu. 46. q. 9.
 Haeredes possidentes res mobiles modicas, sunt tuendi in possessione. 265. numero 10. q. ea.
 Haeredes clerici licite occupant bona post mortem. 266. nu. 13. ea.
 Haeres repertus in possessione, stat quousque de coniecturis dignoscatur. 269. nume. 34. eadem.
 Haeres capiat possessionem haereditatis clerici, saluo iure ecclesie. 273. nu. 50. ea.
 Hodie bona ecclesiarum, sunt principaliter deputata ad usum ministrorum. 279. nume. 8.
 Habens patrimonium, non potest petere aliquid ab ecclesia vniuersali, sed bene a particulari cui seruit. eo. nu. 9.
 Hodie clerici habent viuere commode, sine penuria. eo. nu. 10.
 Hodie clerici non debent viuere ita stricte. 280. nu. 16.
 Hodie est difficile dicere quot fructus sufficiant beneficiato, quia plus vni, & minus alteri. 281. nu. 17. ea.
 Habens patrimonium potest viuere de beneficio. 283. nu. 28. ea.
 Hodie beneficia sunt principaliter deputata pro clericis. 284. nu. 31. ea.
 Hodie clericus licite viuere de beneficio, & conseruat patrimonium haereditibus. 285. nu. 36. ea.
 Haereditas delata ecclesie, intelligitur inquantum non sit onerosa. 390. n. 3. q. 10.
 Haeredes habent probare si ecclesia possidet, & econtra. 368. nu. 13. q. 15.
 Habitus non facit monachum. 380. nu. 6. q. 16.

IN

In etymologia vocabuli consistit substantia. 4.nu.1.q.1.
In materia spoliolorum strictè, est non late interpretandum. 9.nu.8.q.1.
In heredibus præsumitur continuari dominium. 11.nu.15.q.1.
In beneficiis Papa potest præiudicare sine causa. 14.nu.21.q.1.
In redditibus ecclesiasticis clerici habent illud ius, quod est sibi a Papa, & canone concessio. 15.nu.23.q.1.
In distributionibus quotidianis, bene possunt succedere hæredes. 17.nu.29.q.1.
Iura prohibentia clericum testari de fructibus beneficii, loquuntur indistincte. 24.nu.50.q.1.
In scripturis sanctis, piscatores inveniuntur sancti, non venatores. 36.nu.7.q.2.
In casu necessitatis, est licitum clerico negotiari. 50.nu.46.q.2.
Illicite acquisitum dicitur tripliciter. 66.nu.87.ea.
In quibus casibus tenetur ludo lucrans restituere. 67.nu.90.ea.
In rescriptis Papæ, semper intelligitur apposita clausula, modo non sit alterius ius questum. 69.nu.95.ea.
Intentio Papæ non præsumitur de eo, quod verba non important. 70.nu.101.ea.
Illicite acquisita restituenda, non comprehenduntur in bulla. 71.nu.105.ea.
Intellectus ad glo. in c. presente, de off. ord. in 6. 133.nu.35.q.3.
In administratoribus quales sunt clerici, potentius est ius in vita, quam in morte. 182.nu.14.q.7.
Improbatur consuetudo per quam distributiones dantur non interessentibus diuinis. 145.nu.3.q.4.
In redditibus ecclesiasticis tantum habent iuris clerici, quantum sibi a canone permittitur. 151.nu.24.q.4.
In fructibus maturatis a die mortis, usque ad apprehensam possessionem beneficiorum reseruatorum, succedit Camera. 153.nu.1.q.5.
Intentio apparet ex coniecturis. 157.nu.8.q.5.
Illa præsumitur esse causa finalis, quæ est posita in lege. 158.nu.11.q.5.
Inspicimus semper illud, quod est magis verisimile. 160.nu.14.q.ea.
In fructibus non consumptis, succedit ecclesia. 172.nu.13.q.6.
In fructibus non consumptis, succedit consanguineus, si adsit consuetudo. eo.nu.14.
In licentia testandi habet clericus, quod potest testari, & codicillari. 192.nu.22.q.7.
In illis, quæ sunt de iure positivo, Papa potest omnia. 188.nu.2.ea.
In beneficiis Papa est dominus quantum ad usum. eo.nu.3.
In dubio quis præsumitur uti privilegio. 193.nu.28.ea.
In forma licentiæ ponitur clausula toties quoties,
Item clausula per plura testamenta.
Item per codicillos.
Item quando cumque tibi placuerit. eo.nu.32.q.7.

In

In feudalibus religiosi non succedunt. 228.nu.59.q.8.
In acquisitis ex beneficiis, & ex illicite negociatis per quemvis regularè, succedit Camera. 233.nu.81.ea.
In fructibus ecclesiæ, vel in acquisitis de fructibus, succedit successor regulariter in beneficio. 238.nu.13.ea.
In locum successoris, & ecclesia in spolijs hodie est suffecta Camera Apostolica. 239.nu.13.
In fructibus non recollectis succedit ecclesia. 240.nu.16.ea.
In distributionibus quotidianis videntur succedere consanguinei etiam ab intestato. 242.nu.22.ea.
In fructibus pensionum, & fructibus reseruat, succedunt consanguinei. 243.nu.24.
In acquisitis ex doctrina, succeditur clerico ab intestato. 246.nu.46.ea.
In acquisitis ex illicite negociatis, succedit Camera. 249.nu.64.ea.
In dubio de acquisitis per clericum æqualis fit diuisio inter ecclesiam, & hæredem. 259.nu.22.q.9.
In quibus casibus possit clericus disponere de fructibus ecclesiæ. 262.nu.45.ea.
In rebus mobilibus possessor est tuendus in possessione. 265.nu.4.ea.
In præsumptionibus faciendis circa acquisita per clericum, iudex arbitratur. 266.nu.14.ea.
Iudex in præsumptione, & computatione facienda circa bona acquisita, deducet expensas victus semper de bonis ecclesiæ. eo.nu.14.
Iudex vanas, & delicatas expensas deducet de bonis clerici. eo.nu.16.
In rem quæ possidet ecclesiam per clericum defunctum, ius sibi dicit. 267.nu.21.
In singulis clericis præsumitur pro ecclesia, sed magis pro prælatis. 270.nu.36.eadem.
Id solum est clericorum, quod probabili ratione consumunt. 278.nu.3.ea.
In hospitalitate exercenda, habetur respectus ad situm beneficii. 280.nu.14.ea.
In subministracione victus clerico, habetur consideratio ad qualitatem personæ. 281.nu.18.ea.
Iudicium redditur in inuitum. 291.nu.7.q.10.
Imputetur sacerdoti, qui acceptauit ecclesiam minus potest. 297.nu.21.ea.
In quot partes diuidantur fructus ecclesiæ. 298.nu.23.ea.
In spolijs fuit datus certus modus procedendi. 316.nu.7.q.11.
In causis spoliolorum quomodo procedatur. eo.nu.8.ea.
In causis spoliolorum verbum summarie reiicit solemnitates. eo.nu.9.
Iudex in causis spoliolorum, potest procedere in domo, & alias. 318.nu.19.ea.
In causis spoliolorum potest procedi etiam criminaliter. 320.nu.24.ea.
In causis appellationis spoliolorum quomodo proceditur. eo.nu.25.
Illa forma nunquam debet omitti, sine qua negotium non potest expediri. 322.nu.30.ea.

In causis

In causis spoliatorum admittitur appellatio facto deposito. eo.nu.32.
In causis spoliatorum proceditur ex forma rescriptorum. 330.nu.1.q.13.
Iustitia perdit cultum suum per turbam obstrepentium. eo.nu.5.
In causis spoliatorum admittuntur exceptiones releuantes. 331.nu.7.ea.
Iudex non potest aliquid immutare, ubi ius est alteri questum. eo.nu.12.
Ius prescriptionis fuit indultum auctoritate principis. 332.nu.14.ea.
In notarijs non est locus suspicioni. 334.nu.24.ea.
Iuramentum, & transactio a pari procedunt. 336.nu.28.ea.
Iudex supplet pro reo non opponente exceptionem solutionis de qua constat. 338.nu.35.ea.
Illa quæ sunt pro vsu publico, nunquam præscribuntur. 348.nu.22.q.14.
In illis in quibus tractatur de animæ periculo, non currit præscriptio. 352.nu.40.eadem.
Ignoranti, & absenti, non currit præscriptio. 353.nu.42.ea.
Ignorantiæ est subueniendum. eo.nu.42.
In inuasis non currit præscriptio. 354.nu.45.ea.
In illis quæ possunt possideri iure cõi, sufficit bona fides sine titulo. 356.nu.56.
In spectantibus ad Papam principaliter, currit centenaria. 358.nu.61.ea.
In dubio prælatus præsumitur acquirere ecclesiæ. 366.nu.5.q.15.
Immobilia acquisita per clericum, præsumuntur ecclesiæ. eo.nu.6.
Industria æquiparatur patrimonio clerici. 372.nu.23.ea.
In illicite per clericum acquisitis, nõ est præsumptio pro Camera, 378.nu.30.ea.
Interest Camera, q̃ quis potius sit sacerdos, quàm clericus. 379.nu.1.q.16.
Illud quod facti est, non præsumitur. 381.nu.11.ea.
In sacerdotio plura requiruntur. 382.nu.13.ea.
In beneficijs præsumptio non est sufficiens ad iudicandum. eo.nu.14.
In causis spoliatorum non requiritur sententia diffinitiuæ, sed declaratoria. 389.nu.9.q.17.
In causis spoliatorum admittitur appellatio facto deposito. 429.eo.nu.10.
In spolijs non currit præscriptio, nisi vt contra ecclesiam. 391.nu.17.ea.
In rebus mobilibus, ecclesia nullum habet priuilegium. 392.nu.19.ea.
In spolijs occultus possessor afficitur. 393.nu.22.ea.
In causis spoliatorum potest quis allegare de iure tertij, quia conuentus potest dicere, quod res spectat ad Cameram. 395.nu.31.ea.
In sententia excommunicationis, regulariter factum hominis requiritur. 396.nu.32.ea.
In causis spoliatorum etiam mulier potest esse testis, procuratrix, & arbitrix. 398.nu.36.eadem.
In debitis Camera, nõ valet regula de liquido, ad liquidum. &c. 401.n.55.ea.
In causis spoliatorum, potest procedi ferijs indictis etiam in honorem Dei. 403.nu.65.eadem.

In dubio

In dubio pronuntiat in fauorem Camera. 405.nu.81.ea.
Inuadens spolia est sacrilegus. 406.nu.84.ea.
Impossibilitas non vitiat promissionem factam Camera. 407.nu.91.ea.

L

LICET clerici non possint conducere, possunt tamẽ in conducta in qua succedunt remanere. 37.nu.12.q.2.
Licet clericus possit facere artificium, tamen non potest si ecclesia ei sufficit ad victum. 47.nu.39.q.2.
Licet clericus non residens priuetur beneficio, non tamen tenetur restituere fructus. 65.nu.81.ea.
Lex debet conuenire temporis. 69.nu.96.ea.
Licentia testandi a sede Apostolica obtenta, habet clausulam de licite acquisitis. 74.nu.111.ea.
Longa interpretatio doctorũ non est mutãda. s. sed in contrariũ. 99.nu.32.q.3.
Licentia testandi solet impetrari ab Episcopis, non a clericis, quia clerici beneficiati secundum aliquos libere disponunt de fructibus ecclesiæ sine licentia. 140.nu.19.q.3.
Lex non debet habere superfluum syllabam. 161.nu.18.q.5.
Licentia testandi conceditur per viã iustitiæ, & per viã gratiæ. 179.nu.1.q.7.
Labores, & seruitia debent recõpensari. 180.nu.42.
Licentia testandi per viam gratiæ. 182.nu.15.ea.
Licentia testandi est indultum odiosum. 183.nu.18.ea.
Licentia concedi solt in forma, etiam succedenti ab intestato. 184.nu.24.ea.
Licet ecclesia vacet, eius possessio non vacat. eo.nu.37.
Licentia testandi conceditur a Papa, sine expressa causa. 190.nu.14.ea.
Licentia testandi concessa Cardinali Seripando. 191.nu.17.ea.
Licentia testandi, seruatur inuolabiliter a collectoribus spoliatorum. eo.nu.18.ea.
Licentia testandi, non extenditur ad codicillandum. 192.nu.22.ea.
Licentia testandi, non amittitur etiam si quis non testetur per decennium. 193.nu.35.eadem.
Licentia testandi ex regestris Innocentij. III. 212.q.7.
Legata, & hereditates relicte fratribus minorum, soluuntur officio iudicis. 224.nu.31.q.8.
Legitima per patrem, vel filium professum, debetur emissa professione. 232.nu.73.eadem.
Luxuriantes in bonis ecclesiæ, tenentur ad restitutionem. 259.nu.29.q.9.
Legatum factũ religioso, præsumitur intuitu monasterij factũ. 276.n.57.ea.
Licet fructus ecclesiæ non obligantur per clericum, obligantur tamen per iudicem. 291.nu.7.q.10.
Libello euidenter inepto, non est respondendum. 318.nu.18.q.1.
Legitima semper admittitur exceptio, licet Papa aliquid mandet præcise fieri.

fieri.

322.nu.29.cun

Laicus percipiens decimas, si spoliatur a vectore, non intentat spolium. 356.

nu. 57. q. 14.

Lex promulgata per tempus præteritum, importat canonem latae sententiae.

387.nu. 5. q. 17.

Licet contractus factus ecclesia vacante, super rebus ecclesiae, est ipso iure

nullus, tamen potest ratum haberi si sit utilis.

402.nu. 61. q. 17.

M

MALIS acquisita, prudenter facimus si in elemosinam damus. 62. nume. 78. q. 2.

Mulier acquisitum ex meretricio retinere potest.

67.nu. 86. ea.

Minus peccatum dare consanguineis, quam extraneis.

83.nu. 14. q. 3.

Melioramenta facta in rebus ecclesiae de suo patrimonio, clericus repetit. §.

sed in contrarium.

101.nu. 37. ea.

Multis modis quid potest dici proprium. §. stantibus.

110.nu. 15. ea.

Meliorationes factae per prælatum in rebus ecclesiae, sunt ecclesiae. 101.nu. 37. ea.

Moriante prælato, proprietates & possessio ecclesiae, remanet penes Christum.

185.nu. 35. q. 7.

Monachi non habent velle, nec nolle.

190.nu. 12. q. 7.

Monachi non possident, sed possidentur.

60.nu. 12.

Monachi in suo ingressu, dedicant se & sua Deo.

199.nu. 69.

Monachi sunt dicti ab unitate.

221.nu. 7. q. 8.

Monachi regulariter intelliguntur Sancti Benedicti.

60.nu. 8.

Minores non possunt acquirere, nec in communi, nec in particulari. 60.nu. 10.

Monasterium succedit professo.

226.nu. 47. ea.

Monachi possunt acquirere in communi.

227.nu. 51. ea.

Monasterium succedit in illis, quae tenentur extra sanguinem. 229. nume.

62. eadem.

Monasterium habetur loco filij.

60.nu. 65.

Monasteria succedunt in bonis delatis conuersis.

230.nu. 68.

Monacho non tacite, nec expresse professo, succedunt consanguinei. 60.nu. 71.

Monachus vagans apostatando, non recuperat bona monasterio acquisita.

232. nume. 75.

Monasterium debet reuocare vagantem.

232.nu. 78.

Mulieribus non conueniunt negotiationes.

260.nu. 34. q. 9.

Multum differunt viuere commode, & sine penuria.

280.nu. 15. ea.

Miles seculi, & miles caelestis æquiparantur.

291.nu. 9. q. 10.

Maius bonum est in sacerdotio, quam in alijs ordinibus.

381.nu. 7. q. 16.

Magis lucrosa magis desiderabilia.

60.nu. 9.

Merita, & seruitia probari debent respectu Camerae.

400.nu. 53. q. 17.

Mulier obligata pro spolijs non inuat se beneficio velleiani.

403.nu. 66. ea.

Negotia

N

NEGOTIA lucri, & cupiditatis sunt interdicta monachis, & clericis. 48.nu. 43. q. 2.

Negotiatio quae non fit causa lucri, non est prohibita. 50.nu. 45. ea.

Negotium seculare non potest diffiniri, quia multiplex. 52.nu. 52. ea.

Negotians intendens principaliter ad lucrum, eijcitur de templo paradisi.

53.nu. 54. ea.

Negotia secularia prouenientia ex carnis concupiscentia, sunt prohibita.

57.nu. 59. ea.

Non est curandum de verbis, quia sunt accõm odanda materia. 59.nu. 68. ea.

Nullus nisi pro peccato mortali excommunicatur. 59.nu. 69. ea.

Nihil tam naturale, quã rem acquirere de voluntate tradentis. 63.nu. 80. ea.

Negotiationes sunt interdictae clericis omni iure. 66.nu. 86. ea.

Non reperitur iure cautum, quod clericus satisfidet. 86.nu. 23. q. 3.

Non est prohibitum vendere fructus decimarum, & oblationũ. 89.nu. 34. q. 3.

Nihil debet ab ecclesia accipere, qui habet aliunde unde uiuat. §. sed in con-

trarium.

91.nu. 2.

Nullus clericus dicitur habere dominium sui beneficij. §. sed in contrarium.

92.nu. 6. eadem.

Nomine cibariorum, non veniunt vestimenta. §. sed in contrariũ. 94.nu. 13. ea.

Nomine alimentorum veniunt vestes, & habitatio. §. sed in contrarium. 60.

nu. 14. ea.

Nullus est proximior clerico, quam ecclesia. 60. §.

101.nu. 36. ea.

Non est aliquod dominiũ, vel possessio clericorũ in rebus ecclesiae. 111.nu. 17.

Non valet statutum per quod minuitur cultus diuinus. 145.nu. 5. q. 4.

Non potest fieri exequutio pro debitis clerici in fructibus pro victu assigna-

tis.

171.nu. 10. q. 6.

Non consumpta per clericum, reseruantur ecclesiae.

172.nu. 12. q. 6.

Non reperitur iure cautum, quod clericus præseruet sibi portionem pro victu

assignatam, non consumptam.

174.nu. 19. q. 6.

Non potest Papa ab vna ecclesia auferre, & dare alteri sine cã. 188.nu. 6. q. 7.

Non valet dispositio nisi facta mentione de licentia, secundum aliquos.

192.nu. 25. q. 7.

Non sufficit habere auctoritatem gerendi, nisi quis gerat eo modo, quo potest.

192.nu. 26. ea.

Nõ valet dispositio Papæ cõtra legẽ, nisi de lege faciat mentionẽ. 194.nu. 39. ea.

Non possumus de actis Papæ iudicare.

197.nu. 51. q. 7.

Nihil habens nihil dat.

223.nu. 28. q. 8.

Non valet consuetudo contra canones præceptiuos, vel prohibitiuos. 227.

nu. 54. ea.

kk

NON

Non mendicantes, non possunt acquirere sibi in particulari. 228.nu.56.ea.
 Non valet statutum excludens clericos a successione. 235.nu.19.ea.
 Non existētibz descēdentibus succedūt ascēdētes, & collaterales 237.n.10.
 Non est licitum artificium clerico, quando ei ecclesia sufficit. 245.nu.38.
 Negociatio quæ fit non lucri causa, non est prohibita. 246.nu.42.ea.
 Non est prohibitū lucrū, quod prouenit ex opera, & rebus clerici. eo.nu.43.
 Non sunt mutanda, quæ certā semper habuerūt consuetudinē. 249.nu.62.ea.
 Nihil habens, dare non potest. 259.nu.27.q.9.
 Non est faciēda præsumptio captiosa alicui. 268.nu.28.
 Nullus nisi prælatus habet officium acquirēdi pro ecclesia. 270.nu.37.
 Nō arētatur hæres ad pbādū bona esse ex industria acquisita. 272.nu.48.ea.
 Non potest clericus de fructibus ecclesiæ sibi acquirere. 274.nu.51.ea.
 Nemo debet propiis expensis militare. 284.nu.32.
 Nulla antiqua possessio inuat mala fide possidentem. 353.nu.44.q.14.
 Negotiator clericus, ut pestis vitandus. 367.nu.9.q.15.
 Non est præsumentum heredem velle possidere alio nomine, quam ut defun-
 ctus. 377.nu.28.ea.
 Negotia sunt prohibita tantum beneficiatis. 378.nu.32.
 Non est necessaria sententia declaratoria, quando est notorium spolia proue-
 nire ex beneficijs, vel ex illicite negociatis. 390.nu.16.q.17.

O

O MNE peccatum, quod est contra præceptum legis naturalis, & diu-
 næ mortale est. 59.nu.67.q.2.
 Occultus peccator, nō tenetur restituere fructus medijs tēporis. 62.nu.77.ea.
 Oportet fieri traditionem a viuente illarum rerum quas donat clericus & sta-
 tibus. 107.nu.11.q.3.
 Oblata ecclesiæ, Deo oblata dicuntur. 125.nu.18.q.3.
 Odiosa concessio, respicit primum actum tantum. 122.nu.19.q.7.
 Omnis lis finitur iuramento. 336.nu.28.q.13.
 Oblata ecclesiæ, Deo sunt oblata. 349.nu.29.q.14.
 Obligatus exigere spolia, si deficit tenetur de suo. 398.nu.39.q.17.
 Occupantes spolia sunt suspensi. 401.nu.58.ea.
 Omnes contractus camere, sunt contractus bonæ fidei. 407.nu.90.q.17.

P

P RÆDIUM emptū de pecunia ecclesiæ, officitur ecclesiæ. 11.nu.13.q.2.
 Papa sine causa, potest imponere pensionem in beneficijs. 15.nu.22.q.1.
 Papa est dominus omnium beneficiorum. 20.nu.35.q.1.
 Papa pro necessitatibus Sedis Apostolicæ, solet reseruare fructus beneficio-
 rum. 20.nu.37.q.1.
 Papa vitur prouenibus beneficalibus, uti vult. eo.nu.38.q.1.
 Papa Christi vicarius cum omnimoda potestate. 20.nu.40.q.1.

Papa

Papa potest tollere ius quesitum ex lege sua. 21.nu.42.q.1.
 Papa concedit, & concedere solet monachis licentiam testandi de fructibus
 ecclesiarum. 21.nu.43.q.1.
 Papa potest reuocare gratiam, post ius alteri quesitum. 24.nu.49.q.1.
 Papa solet eximere annexū spoliōrū etiā collegia etiā vniuersitates imo ciui-
 tates & regna. 26.nu.52.q.1.
 Peccatum tale est, qualis est finis per quem fit. 53.nu.53.q.2.
 Personæ quibus creditur, quod lenitate potius, quā liberalitate vendant. 54.
 nu.58.eadem.
 Pœna clerici negociatoris. 58.nu.66.ea.
 Peccatum mortale notorium, inducit suspensionem, ut quis non exerceat of-
 ficiū suū. 62.nu.75.ea.
 Paria indicantur non fieri, & fieri non recte. 62.nu.76.ea.
 Papa, & Imperator non potest disponere, q̄ stetur dicto vnus testis in præiu-
 diciū tertij. 70.nu.102.ea.
 Prælatus potest alienare mobilia ecclesiæ, quæ seruando non possunt seruari.
 81.nu.1.q.3.
 Prælatus habet liberam dispensationem in fructibus. eo.nu.3.ea.
 Prælatus in disponendo de rebus ecclesiæ, debet habere Deum ante oculos.
 82.nu.8.ea.
 Prælatus tenetur de fructibus ecclesiæ alere consanguineos. 83.nu.10.ea.
 Prælatus tenetur de culpa per eum in rebus ecclesiæ commissa. 86.nu.24.ea.
 Prælatus regularis, non potest testari etiam si sit Cardinalis. 83.nu.15.ea.
 Prælatus secularis inuicem personæ acquirens, sibi acquirit, regularis vero ac-
 quirat ecclesiæ. 84.nu.17.ea.
 Practica quam debet seruare dans aliquid de rebus ecclesiæ. 85.nu.19.ea.
 Præsuntur esse ecclesiæ illud, quod possidet prælatus post adeptam prælata-
 turam. 88.nu.33.ea.
 Pensionarius transmittit terminos pensionis non exactos, ad hæredes ex testa-
 mento, & ab intestato. 115.nu.5.q.3.
 Pensio est quid prophanium. 116.nu.6.ea.
 Pensiones etiā laico assignari solent. 117.nu.9.ea.
 Pensio assignatur causa alimentorum. eo.nu.10.
 Pensiones decurse non solutæ in vita, transmittuntur ad hæred. etiam ab in-
 testato. eo.nu.12.
 Pro ecclesia, semper benigna fit interpretatio. 101.nu.2.q.3.
 Prohibitio testandi, est de iure positio. 147.nu.13.q.4.
 Principes seculares, non possunt constituere legem in rebus ecclesiæ. 152.
 nu.25.q.4.
 Præiudicio dubio, inspicitur intentio concedentis. 157.nu.7.q.5.
 Pōt clericus dare cōsanguineis ad subueniēdū, nō ad illos ditādū. 170.n.8.q.6.

Kk 2

Papa

Papa concedit licentiam testandi, de acquisitis parce viue do 173. nu. 15. q. 6.
Prælatus habet viuere cum suis famulis, de bonis ecclesie. 181. nu. 6. q. 7.
Prælatus licite remunerat de bonis ecclesie illi, qui inseruuit ecclesie. 181. nu. 7. q. 7.
Pro remuneratione seruitij ecclesie impensi, possunt alienari res ecclesie. eo. nu. 8. ea.
Per canones antiquos non poterat clericus habere propria. 182. nu. 7. q. 5.
Personæ incapaci regulariter legari non potest. 184. nu. 23. ca.
Patrimonium ecclesie est cõmune, & propterea nullus sibi appropriet. 185. nu. 33. eadem.
Papa vicarius Christi, non habet dissipare bona Dei. 186. nu. 43. ea.
Pro cõmuni vtilitate datũ, vsibus particularibus nõ est applicadũ. eo. nu. 44.
Papa in beneficalibus, & in bonis beneficiorum dominus. 187. nu. 51. ea.
Papa in beneficalibus potest quẽ suo iure priuare sine causa. 188. nu. 52. ea.
Papa Vicarius Christi cum omnimoda potestate in terris. eo. nu. 55.
Papa habet plenitudinem potestatis. eo. nu. 6.
Papa in bonis beneficiorum, habet omnimodam potestatem. 189. nu. 8. ea.
Papa potest subijcere ecclesie alteri, & iura vnus alteri dare. eo. nu. 9.
Papa facit monachum professum testabilem. eo. nu. 10.
Præsumitur testator voluisse vti facultate quam habet. 193. nu. 27. q. ea.
Paria sunt non testari, & inutiliter testari. eo. nu. 29.
Præsumitur quis facere actum, ex capite quo sibi est vtile. eo. nu. 31.
Priuilegium testandi, est priuilegium aliquid faciendi. 194. nu. 36. ea.
Priuilegium faciendi, nunquam perditur. eo. nu. 37. ea.
Papa cõcedit quotidie priuilegiũ testandi, etiã collegijs Roma. curiæ. eo. nu. 41.
Papa si non posset concedere licentiã, testandi, non concederet. 196. nu. 44. ea.
Papa præsumitur motus ex causa rationabili. 196. nu. 44. ea.
Papa faciens ad supplicationem, si non apparet causa, præsumitur motus ad importunitatem. eo. nu. 46.
Papa concedit licentiam ex certa causã. eo. nu. 47. ea.
Papa potest facere de rno aliud. 197. nu. 55. ea.
Papa Christi Vicarius, & Dei locumtenens. eo. nu. 56.
Papa omnia disponit, & iudicat. eo. nu. 57.
Papa non est, qui dicat cur ita facis. eo. nu. 58.
Papa dispõsat in omnibus, in quibus nõ reperitur expresse prohibitũ. eo. n. 59.
Papa potest assignare pensionem etiam laico, etiam sine causa. eo. nu. 61.
Papa in beneficalibus dominus. 198. nu. 61.
Papa sanctus reputatur. eo. nu. 63. ea.
Prohibitio testandi clericis, est de iure positiuo. eo. nu. 64.
Papa regulariter non dispensat supra ius diuinum. eo. nu. 65.
Papa in licentia testandi, dispensat sine causa. eo. nu. 66.
Papa

Papa quotidie concedit monachis licentiam testandi. 199. nu. 68. ea.
Pium est illius adimplere voluntatem, qui loqui non potest. 224. nu. 34. q. 8.
Pretium non prædium, vsu consumitur. 226. nu. 45. ea.
Professo habenti filios, ab intestato succedit monasterium, filijs legitima remanente. 231. nu. 73. ea.
Pensio potest assignari etiam laico. 243. nu. 26. ea.
Pensionarius non tenetur dicere officium. eo. nu. 27.
Pensio videtur assignata pro alimentis. eo. nu. 29. ea.
Per artificium clericus, licite sibi victum parat. 244. nu. 34. ea.
Pars superabũdã de fructibus ecclesie, erogatur in pauperes. 257. n. 11. q. 9.
Præbendæ ad quid dentur canonicis. 259. nu. 27. ea.
Punitur clericus male dispensans. 263. nu. 50. ea.
Præsumitur contra prælatum, qui non fecit inuentarium. 265. nu. 6.
Præsumitur semper pro ecclesia, nisi hæres probauerit. eo. nu. 8.
Parificatur in acquisitis per clericum patrimonium, & industria. 268. nu. 30.
Propter culpam prælati defertur ecclesie iuramentum in litem. 271. nu. 42.
Prælatus emens nomine ecclesie, acquirit ecclesie dominium, & possessionẽ. 273. nu. 49. ea.
Persona litterata prodest ecclesie vniuersali. 281. nu. 22. ea.
Prælatus tenetur soluere omnia debita sui prædecessoris, si nõ fecit inuentariũ: si fecit tenetur pro viribus hæreditarijs secundum aliquos. 289. nu. 2. q. 10.
Prælatus pro sua sustentatione potest pignorare rem ecclesie, quam successor tenetur relucere. 290. nu. 6. ea.
Potest fieri alienatio de rebus ecclesie, pro solutione debitorũ. 292. nu. 10. ea.
Pro sustentatione clerici, non possunt vendi res ecclesie. 297. nu. 20. ea.
Pensiones sunt quid profanum. 300. nu. 28. ea.
Pensiones non exacte, transmittuntur ad heredes ab intestato. 301. nu. 30. ea.
Prælatus possidet nomine ecclesie, & vt commẽdatarius. 327. nu. 11. q. 12.
Princeps non tollit, quæ sunt de iure naturali, vel gentium. 331. nu. 11. q. 13.
Pactis, & conuentionibus est standum. 336. nu. 30. ea.
Pauper non tenetur vltra, quam facere potest. 340. nu. 41. ea.
Per paupertatem actus redditur inanis. eo. nu. 42.
Pauperes cancellantur, de libro extimi. 341. nu. 44. ea.
Præscriptio operatur vti decretum. 343. nu. 4. q. 14.
Præscriptio est similis solutioni. 344. nu. 5. ea.
Præscriptio prodest fideiussori. eo. nu. 6.
Præscriptione firmatur, quod alias est inualidum. eo. nu. 7.
Præscribuntur etiam patrimonalia Cesaris. 348. nu. 23.
Parietes ecclesie mortuo prælato possident vendicant &c. 350. nu. 30.
Prohibitum alienari vsucapi. 352. nu. 37.
Persona hæredis, censetur vna cum persona defuncti. 355. nu. 53. ea.
Prælatus

Prælatus tenetur acquirere ecclesiæ. 365.nu.3.7.13.
 Prælatus habet interdictum vnde vi ad bona ecclesiæ. 367.nu.11.ea.
 Præbendarius possidet bona nomine ecclesiæ. 368.nu.12.ea.
 Præsumere negocium in clerico, est præsumere delictum in eo. 369.nu.16.ea.
 Prælatus non præiudicat ecclesiæ, si possessionem legat aut dimittit.
 Probat Camera si prætendat fuisse acquisitum ex negociatione.
 Præscriptio contra ecclesiam currit spatio. 40.annorum. 391.nu.18.q.17.
 Possessor tenetur ad omnia spolia, & ad annexa. 392.nu.20.ea.
 Pro camera valet promissio sine stipulatione, sine causa. 400.nu.54.ea.
 Prædium acquisita de spolijs sunt exempta. 406.nu.85.ea.
 Pro rebus cameræ agi potest ex officio, & iudex supplex in his, quæ sunt facti. 407.nu.86.ea.
 Pactum vt quis ingrediatur propria auctoritate, non ligat cameram.
 Pro camera agitur ex sola pollicitatione. 408.nu.89.ea.
 Præsumitur in dubio pro hypotheca cameræ. 409.nu.96.ea.
 Potest ferri sententia pro camera, etiam ipsa non instante. 409.nu.98.ea.

QUID sit spolium in singulari prolatum. 4 nu. 6. q. 1.
 Quæ venatio sit permissa, & interdicta clericis. 36. nu. 6. q. 2.
 Quando liceat monachis cõducere terras, & habere ad firmã. 36. nu. 10. ea.
 Quæ sint persone miserabiles. 38. nu. 20. ea.
 Quæ cõcurrere debet, vt religiosus, & monachus aduocare possit. 41. nu. 27. ea.
 Quid sit artificium. 46. nu. 37. ea.
 Quid sit proprie negociatio. ibidem. nu. 38.
 Quid sit mereator. 47. nu. 40. ea.
 Quidquid plus iusto pretio appetit homo, turpe lucrum est. 52. nu. 50. ea.
 Quibus modis negociatio licita sit illicita. eo. nu. 51.
 Quatuor requisita ad validitatem contractus emptionis. 54. nu. 57. ea.
 Quilibet præsumitur negociari causa cupiditatis, nõ neccitatis. 57. nu. 64. ea.
 Quod illicitè acquisita spectent ad cameram declarat bulla Pauli iiii. 74. nu. 112. eadem.
 Quod in vno est prohibitum, in ceteris videtur permissum. 81. nu. 2. q. 3.
 Quantitas rei facit donum licitum, & illicitum. 83. nu. 15. ea.
 Quid sit beneficium habens administrationem. 84. nu. 17. ea.
 Qui sint personaliter, & simpliciter beneficiati. eo. nu. 18.
 Quæ expensæ deducantur de fructibus ecclesiæ. §. sed in contrariũ. 93. nu. 9. ea.
 Quæ sita de rebus ecclesiæ, ecclesia vendicat. eo. §. 98. nu. 28. ea.
 Quæ interuenire debet in alienatione rerũ ecclesiæ. §. stantibus. 101. nu. 1. ea.
 Quæ sint illa, quæ seruando seruari non possunt. eo. §. 102. nu. 5. ea.
 Quæ dicatur minima, vel modica quantitas. eo. §. 106. nu. 7. ea.
 Quatuor casus in quibus clericus disponit, de rebus ecclesiæ. eo. nu. 8.
 Quando

Quando permixtum est facta acquisitio per clericum, iudicis est arbitrium quantum de patrimonialibus, de artificio, aut doctrina, & de ecclesiasticis sit acquisitum. 130. nu. 32. ea.
 Quando sit sumendum argumentum a contrario sensu. 158. nu. 10. q. 5.
 Quare licentia concessa testandi per penitentiariam dicatur per viam iustitiam. 179. nu. 2. q. 7.
 Quare in licentia ponitur clausula, parce viuendo acquisitis. 182. nu. 13. ea.
 Qui potest testari, potest codicillari. 183. nu. 21. ea.
 Quare bona ecclesiã sunt diuisa ecclesijs diuersorũ locorũ. 185. nu. 33. ea.
 Quare bonorum ecclesiæ gubernatio sit prælatis concessa. eo. 33. ea.
 Quod clericus possit alienare de rebus ecclesiæ, si tantundem de suo contulit, intellige si contulit ante alienationem. 186. nu. 48. ea.
 Quod in licentia testandi apponitur in pios, & nõ pios vsus. 190. nu. 15. ea.
 Quotidie per quemlibet obtinetur licentia testandi pro qualibet summa a Papa. 191. nu. 16. eadem.
 Quomodo intelligatur regula, qui potest testari potest codicillari. 192. nu. 20. ea.
 Qui & quales sint mendicantes. 220. nu. 4. q. 8.
 Qui sint regulares non mendicantes. 221. nu. 6. ea.
 Quilibet de populo agere potest ad legata ad pias causas. 224. nu. 35. ea.
 Quæ vagans acquirat monachus, acquirat monasterio. 232. nu. 77. ea.
 Quare clericus non potest locare operam suã per totum diem. 245. nu. 35. ea.
 Quis dicatur honeste, vel inhoneste negociari. eo. nu. 40.
 Quando sit licitum clerico negociari. 246. nu. 45. ea.
 Quando relictum clerico, aut parochio intelligitur relictum intuitu ecclesiæ, vel persone. 248. nu. 59. ea.
 Quacunque acquisita ex officijs, vadunt ad consanguineos. 249. nu. 61. ea.
 Quale sit peculium aduentitium clericorum. 256. nu. 2. q. 9.
 Quod in laico est aduentitium, in clerico est quasi castrense. eo. nu. 3.
 Quid sit luxuria. 257. nu. 9. ea.
 Quidquid habent clerici, sunt bona pauperum. eo. nu. 10.
 Quando mulier præsumatur acquisisse de bonis suis. 260. nu. 33. ea.
 Quicunque possideat, præsumptio est pro ecclesia. 264. nu. 3. ea.
 Quas expensas factas per clericum approbet iudex. 266. nu. 16. ea.
 Quando præsumatur pro ecclesia. eo. nu. 18.
 Quæ bona defuncti clerici occupet ecclesia, & quæ hæres. 267. nu. 30. ea.
 Quando constat clericum ante beneficia habuisse patrimonium, agens probet. 269. nu. 33. ea.
 Quando hæres institutus, occupans relicta per clericum, incidat in penam. 272. nu. 44. ea.
 Quando vicarius ecclesiæ, præsumitur acquisisse de bonis ecclesiæ. eo. nu. 46.
 Quando rector ecclesiæ, præsumitur acquisisse de bonis ecclesiæ. eo. nu. 47.

Quid sit administrationem habere in ecclesia.	276.nu.34.ea.
Quid sit prelationem habere in ecclesia.	276.nu.54.e.
Quando legatum factum canonicis, presumitur factum ecclesie, vel singulis. eo.nu.59.	
Quando dicitur, quod acquisita per prelatum, presuntur ecclesie acquisita, intellige quando contentio est cum ecclesia, secus si cum alio.	eo.nu.60.
Quando officialis presumitur acquisisse de bonis reipublica.	277.nu.61.ea.
Quando tutor presumatur acquisisse de bonis pupilli.	eo.nu.62.
Quomodo intelligatur beneficium sufficiens clerico.	280.nu.12.ea.
Quomodo intelligatur illud, quod ecclesia habet sufficere clerico & suis.	283.nu.23.ea.
Quomodo iudicatur sufficientia beneficij.	282.nu.24.ea.
Quae scientia requiritur in episcopo, & alijs inferioribus.	eo.nu.26.
Quid continetur appellatione fructuum.	283.nu.28.ea.
Quando ecclesia tenetur ad expensas litis factae pro ipsa.	297.nu.19.q.10.
Quando clericus habet satisfacere debita de patrimonio.	301.nu.27.ea.
Quotidiane distributiones acquiruntur clerico.	eo.nu.28.
Quod non mutatur stare non prohibetur.	315.nu.1.q.11.
Quid sit quasi figura iudicij.	eo.nu.3.
Quid sit strepitus iudicij.	319.nu.20.q.ea.
Quid importet clausula vocatis vocandis.	322.nu.31.ea.
Quid importet clausula appellatione remota.	eo.nu.34.
Quilibet laicus potest agere pro recuperatione spoliolum nomine camera.	327.nu.14.q.12.
Quid importet verbum sine strepitu.	330.nu.4.q.13.
Quid importat clausula sola facti veritate inspecta.	eo.nu.6.
Quando iudex delegatus possit recusari.	333.nu.20.ea.
Quando de iure canonico, vel civili ordinarius potest recusari.	eo.nu.21.
Quid sit transactio.	336.nu.31.ea.
Quid sit res iudicata.	337.nu.33.ea.
Que requiruntur ad substantiam prescriptionis.	345.nu.12.q.14.
Quid sint spolia.	eo.nu.13.
Quae actiones competunt contra inuadentem spolia.	354.nu.45.ea.
Quod non est ex fide re peccatum est.	eo.nu.47.
Quomodo intelligat bona fides.	eo.nu.48.
Quae ecclesie hodie gaudent centenaria.	359.nu.64.
Quomodo probetur centenaria.	eo.nu.65.
Quilibet ordinari debet ad beneficium.	366.nu.7.q.15.
Quodlibet beneficium presumitur habere redditum pro victu duorum.	370.n.19.ea.
Quis presumitur talis esse, qualem esse requirit qualitas beneficij.	380.nu.3.q.16.
Quilibet presumitur esse talis, qualem habitum portat.	eo.nu.5.

Quilibet

Quilibet admittitur ad intentandum interdictum pro rebus Camera.	404.numero 74.q.17.
Quilibet agit pro iniuria illata Camera.	eo.nu.75.
Quilibet pro Camera agit sine mandato.	405.nu.76.ea.
Quilibet potest stipulari pro camera.	407.nu.88.ea.

R

Res empta de pecunia aliena nomine suo, est ementis.	19.nu.34.q.1.
Romani curiales exempti a spolijs.	23.nu.48.q.1.
Reprobatio glo. in c. presenti, de offi. ordin. qua distinguit inter fructus simplicis beneficij, & habentis administrationem.	25.nu.51.q.1.
Ratio quare clerici seculares, possunt necessitate instante, habere res conductas eorum nomine, monachi vero non.	36.nu.10.q.2.
Ratio quare non licet episcopis aduocare.	38.nu.18.q.2.
Religiosus non habet velle neque nolle.	49.nu.44.q.2.
Rex potest donare de rebus regni moderate.	84.nu.16.q.3.
Res quae proueniunt de fructibus ecclesie, vendi non possunt.	89.nu.35.
Ratio quare in rebus ecclesie alienandis, non requiritur subscriptio, nisi in casibus expressis, & stantibus.	101.nu.2.ea.
Rei vendicatio competit ecclesie, contra quemcunque.	99.nu.31.ea.
Res ecclesie sunt prelatorum quoad administrationem, pauperum quoad sustentationem.	125.nu.18.ea.
Ratio quare clericus magis possit donare, quam legare.	135.nu.4.ea.
Religiosus professus tria substantialia prohibetur testari, secus si non profitetur.	148.nu.18.ea.
Regularium, alij mendicantes, alij non mendicantes.	220.nu.2.q.8.
Regularibus mendicantibus habere propria regula prohibet.	eo.nu.3.
Religio clericorum societatis Iesu inter medicantes computatur.	221.nu.5.ea.
Regula fratrum Minorum est fundata in arctissima paupertate.	eo.nu.9.
Regula fratrum minorum non potest glosari.	224.nu.30.ea.
Rei vendicatio competit dominium habenti.	227.nu.49.ea.
Religiosi non succedunt in illis, quae non possunt pertinere nisi ad haeredes sanguinis.	228.nu.59.ea.
Religiosi non aduocant, nec procurant.	247.nu.54.ea.
Ratio quare clericus acquisitum pro missis, faciat suum.	248.nu.57.
Relictum clerico administrationem non habenti, videtur relictum intuitu persona.	259.nu.24.q.9.
Relictum intuitu persona, non acquiritur ecclesie.	eo.nu.25.
Res de quibus dubitari potest, an sint ecclesie, occupabit ecclesia.	261.n.39.ea.
Res relictas per clericum non petit ecclesia ut haeres, sed ut domina.	267.nu.21.
Religiosus regulariter non dicitur posse habere propria.	276.nu.56.ea.
Redditus futuri beneficiorum pro ecclesia obligantur.	292.nu.11.q.10.

Relictor

Quid sit administrationem habere in ecclesia. 276.nu.34.ca.
Quid sit prelationem habere in ecclesia. 276.nu.54.
Quādo legatū factū canonicis, p̄sumitur factū ecclesie, vel singulis. eo.nu.59.
Quādo dicitur, quod acquisita per prelatum, p̄sumitur ecclesie acquisita, intellige quando contentio est cum ecclesia, secus si cum alio. eo.nu.60.
Quando officialis p̄sumitur acquisisse de bonis republice. 277.nu.61.ca.
Quando tutor p̄sumatur acquisisse de bonis pupilli. eo.nu.62.
Quomodo intelligatur beneficium sufficiens clerico. 280.nu.12.ca.
Quomodo intelligatur illud, quod ecclesia habet sufficere clerico & suis. 283.nu.23.ca.
Quomodo iudicatur sufficientia beneficij. 282.nu.24.ca.
Quo sciantia requiritur in episcopo, & alijs inferioribus. eo.nu.26.
Quid continetur appellatione fructuum. 283.nu.28.ca.
Quando ecclesia tenetur ad expensas litis facta pro ipsa. 297.nu.19.q.10.
Quando clericus habet satisfacere debita de patrimonio. 301.nu.27.ca.
Quotidiane distributiones acquiruntur clerico. eo.nu.28.
Quod non mutatur stare non prohibetur. 315.nu.1.q.11.
Quid sit quasi figura iudicij. eo.nu.3.
Quid sit strepitus iudicij. 319.nu.20.q.ca.
Quid importet clausula vocatis vocandis. 322.nu.31.ca.
Quid importet clausula appellatione remota. eo.nu.34.
Quilibet laicus potest agere pro recuperatione spoliolum nomine camera. 327.nu.14.q.12.
Quid importet verbum sine strepitu. 330.nu.4.q.13.
Quid importat clausula sola facti veritate inspecta. eo.nu.6.
Quando index delegatus possit recusari. 333.nu.20.ca.
Quando de iure canonico, vel ciuili ordinarius potest recusari. eo.nu.21.
Quid sit transactio. 336.nu.31.ca.
Quid sit res iudicata. 337.nu.33.ca.
Que requiruntur ad substantiam p̄scriptionis. 345.nu.12.q.14.
Quid sint spolia. eo.nu.13.
Quae actiones competunt contra inuadentem spolia. 354.nu.45.ca.
Quod non est ex fide re peccatum est. eo.nu.47.
Quomodo intelligat bona fides. eo.nu.48.
Quae ecclesie hodie gaudent centenaria. 359.nu.64.
Quomodo probetur centenaria. eo.nu.65.
Quilibet ordinari debet ad beneficium. 366.nu.7.q.15.
Quodlibet beneficium p̄sumitur habere redditū pro victu duorum. 370.n.19.ca.
Quis p̄sumitur talis esse, qualem esse requirit qualitas beneficij. 380.nu.3.q.16.
Quilibet p̄sumitur esse talis, qualem habitum portat. eo.nu.5.
 Quilibet

Quilibet admittitur ad intentandum interdictum pro rebus Camera. 404. numero 74.q.17.
 Quilibet agit pro iniuria illata Camera. eo.nu.75.
 Quilibet pro Camera agit sine mandato. 405.nu.76.ca.
 Quilibet potest stipulari pro camera. 407.nu.88.ca.
 R
Res empta de pecunia aliena nomine suo, est ementis. 19.nu.34.q.1.
 Romani curiales exempti a spolijs. 23.nu.48.q.1.
 Reprobatio glo. in c. presenti, de offi. ordin. quae distinguit inter fructus simplicis beneficij, & habentis administrationem. 25.nu.51.q.1.
 Ratio quare clerici seculares, possunt necessitate instante, habere res conductas eorum nomine, monachi vero non. 36.nu.10.q.2.
 Ratio quare non licet episcopis aduocare. 38.nu.18.q.2.
 Religiosus non habet velle neque nolle. 49.nu.44.q.2.
 Rex potest donare de rebus regni moderate. 84.nu.16.q.3.
 Res quae proueniunt de fructibus ecclesie, vendi non possunt. 89.nu.35.
 Ratio quare in rebus ecclesie alienandis, non requiritur subscriptio, nisi in casibus expressis. §.stantibus. 101.nu.2.ca.
 Rei vendicatio competit ecclesie, contra quemcunque. 99.nu.31.ca.
 Res ecclesie sunt prelatorum quoad administrationem, pauperum quoad sustentationem. 125.nu.18.ca.
 Ratio quare clericus magis possit donare, quam legare. 135.nu.4.ca.
 Religiosus professus tria substantialia prohibetur testari, scilicet si non profitetur. 148.nu.18.ca.
 Regularium, alij mendicantes, alij non mendicantes. 220.nu.2.q.8.
 Regularibus mendicantibus habere propria regula prohibet. eo.nu.3.
 Religio clericorum societatis Iesu inter medicantes computatur. 221.nu.5.ca.
 Regula fratrum Minorum est fundata in arctissima paupertate. eo.nu.9.
 Regula fratrum minorum non potest glosari. 224.nu.30.ca.
 Rei vendicatio competit dominium habenti. 227.nu.49.ca.
 Religiosi non succedunt in illis, quae non possunt pertinere nisi ad haeredes sanguinis. 228.nu.59.ca.
 Religiosi non aduocant, nec procurant. 247.nu.54.ca.
 Ratio quare clericus acquisitum pro missis, faciat suum. 248.nu.57.
 Relictum clerico administrationem non habenti, videtur relictum intuitu persona. 259.nu.24.q.9.
 Relictum intuitu persona, non acquiritur ecclesie. eo.nu.25.
 Res de quibus dubitari potest, an sint ecclesie, occupabit ecclesia. 261.n.39.ca.
 Res relictas per clericum non petit ecclesia ut haeres, sed ut domina. 267.nu.21.
 Religiosus regulariter non dicitur posse habere propria. 276.nu.56.ca.
 Redditus futuri beneficiorum pro ecclesia obligantur. 292.nu.11.q.10.
 Relictor

Rector patiens rem ecclesie prescribi, tenetur ecclesia. 346. nu. 16. q. 14.
 Res ecclesie, vel principaliter, vel secundario ad Papam spectantes, prescribuntur. 347. nu. 16. ea.
 Res fisci tam vacantes, quam denunciatae prescribuntur. 347. nu. 20. ea.
 Rei ecclesie possessio nunquam vacat, nec etiam per mortem prelati. 349. nu. 26. ea.
 Relictum ecclesie, Deo relictum censetur. eo. nu. 27.
 Res ecclesie non possunt prescribi sine titulo, et bona fide. 354. nu. 50. ea.
 Requiritur centenaria in rebus vicariorum Rom. ecclesie. 356. nu. 55. ea.
 Res ecclesie alienantur cum solemnitatibus. 357. nu. 58. ea.
 Regulariter currit annus ad faciendum se promoueri. 380. nu. 4. q. 16.
 Respectu ecclesie, et camerae, attenditur leuior conditio. 398. nu. 4. q. 17.
 Regulariter non est recedendum a verbis testatoris. eo. nu. 41.
 Rei emptae de pecunia ecclesie, acquiritur camerae nedum dominium, sed et actio personalis. 402. nu. 60. ea.
 Res inter alios acta, prodest camerae contra regulam. 409. nu. 97. ea.

S

SPOLIA sunt exuiæ. 4. nu. 5. q. 1.
 Sacerdotes in multis casibus licite aduocant. 38. nu. 19. q. 2.
 Ci decedat clericus post mensem Aug. et ante calen. Martij, fructus anni sequentis sunt ecclesie. 85. nu. 20. q. 3.
 Si edificas de rebus ecclesie in solo tuo, solum cedit edificio. S. sed in contrarium. 98. nu. 29. q. 3.
 Si prelatatus confert res ecclesie in consanguineos, fur est. eo. S. eo. nu. 38.
 Si clericus distrabit fructus beneficii, et donat pecuniam amico valet donatio. S. stantibus. 111. nu. 16. ea.
 Seruatur consuetudo, qua non est grauis camerae. 154. nu. 3. q. 5.
 Suum videtur illud, quod potest vendicari. 169. nu. 5. q. 6.
 Seruitium impensum prelato, dicitur impensum ecclesie. 180. nu. 5. q. 7.
 Secundum Abb. licentia testandi, non datur sine magna causa. 186. nu. 40. ea.
 Subtrahens bona ecclesie, videtur necari pauperes. 186. nu. 45. ea.
 Sufficit licentia superuenire monacho post conditum testamentum. 199. nu. 69. ea.
 Statutum excludens feminas, non excludit, si masculus sit de ordine minorum. 222. nu. 11. q. 8.
 Si frater de obseruantia transeat ad conuentuales, non gaudet priuilegio conuentualium. 225. nu. 38. ea.
 Secundum canones, omnes professi habent seruare, vel regulam sancti Benedicti, vel sancti Augustini. 227. nu. 51. ea.
 Si monasterium negligit reuocare vacantem, interim acquisita per eum non cedunt monasterio. 232. nu. 78. ea.
 Species bonorum quas possunt habere clerici. 236. nu. 5. ea.
 Suspicio turpis questus est euitada, tam in vxore, quam in prelo. 260. nu. 34. q. 9.

Si res

Si res relicta per clericum, sint in alium translata, competit ecclesie rei vendicatio. 267. nu. 21. ea.
 Si patrimonium est sufficiens ad acquisita, ecclesia vero non, nec in totum, nec in partem, tunc presumitur pro herede. 268. nu. 26.
 Si patrimonium, et ecclesia est sufficiens in totum, vel in partem, tunc acquisita diuiduntur secundum quantitatem vtriusque. eo. nu. 27.
 Si dubium sit vtrum bona ante, vel post sint acquisita, defenditur possessor in possessione. 269. nu. 32. ea.
 Semper presumitur pro ecclesia. 271. nu. 40. ea.
 Succedens, vel iure institutionis, vel ab intestato, licite occupat, quod a Camera est possessum. 272. nu. 44.
 Sacerdos habet semper viuere de fructibus beneficii. 278. nu. 1. ea.
 Sine scientia mundus regi non potest. 281. nu. 20. ea.
 Scientia requiritur secundum locum, dignitatem, et ordinem ad quem quis, sumitur. 282. nu. 25. ea.
 Stipendium datur clerico non propter indigentiam, sed propter seruitium. 285. nu. 34. ea.
 Succedens in bonis tenetur ad debita. 389. nu. 1. q. 10.
 Sunt prius soluenda debita, quam beneficia prestanda. 294. nu. 14. ea.
 Seruat curia, quod clerici cedunt fructus creditoribus. 302. nu. 32. ea.
 Si clericus non habet ecclesiam sufficentem, supplet episcopus eidem. 312. nu. 39. ea.
 Substantialia iudicij. 315. nu. 3. q. 11.
 Substantialibus iudicij non potest renuntiari. 316. nu. 6. ea.
 Sex casus in quibus res emptae de pecunia alterius, sit illius cuius est pecunia. 325. nu. 7. q. 12.
 Spolia sunt bona temporalia. 344. nu. 10. q. 14.
 Spolia non sunt res sacrae. 346. nu. 14. ea.
 Spolia sunt de pertinentibus ad Papam principaliter, non secundario. 347. nu. 8. ea.
 Spiritualibus annexa prescribuntur. 348. nu. 25. ea.
 Semel Deo dicatum, non reuertitur ad vsus prophanos. 352. nu. 40. ea.
 Semper presumitur ignorantia, nisi probetur scientia. 354. nu. 99. ea.
 Successor vniuersalis, non prescribit mala fide sui auctoris. 355. nu. 52. ea.
 Spolia bene possunt prescribi. 356. nu. 54. ea.
 Spolia prescribuntur centenaria prescriptione. 359. nu. 57. ea.
 Sacerdos ordinatur ad titulum ecclesie. 380. nu. 1. q. 16.
 Seruitus est contraria natura. 382. nu. 12. ea.
 Spolia sunt res ecclesie. 386. nu. 1. q. 17.
 Spolia sunt applicata camerae ipso iure. 388. nu. 8. ea.
 Spolia ante sententiam non possunt alienari. 393. nu. 21. ea.
 Spolijs alienatis non agitur rescissoria, sed rei vendicatione. 394. nu. 26. ea.
 Spolia possunt peti etiam si constitutio spolijs abierit in desuetudinem. 395. nu. 30. ea.

Spolia

Spolia possunt exigi etiam conditione in specifica forma non adimpleta. 308.
nu. 40. ea.

Solum cedit edificio facto de pecunia camera. 403. nu. 63. ea.
Stantibus pluribus instrumentis vno tempore factis, presumpcio est pro in-
strumentis camera. 408. nu. 94. ea.
Solutum Camera etiam ex falsa causa, non repetitur. 409. nu. 100. ea.

T

TABELLIONATUS officium vile. 42. nu. 29. q. 2.
Tractus ad ludum lucrans, non tenetur restituere lucrum. 67. nu. 91. ea.

Turpia, & illicita lucra fiscus aufert. 69. nu. 98. ea.
Tenere non debent ea, quae fiunt contra ius, habens perpetuam prohibitionis
causam. 144. nu. 2. q. 4.

Tres opiniones diuersae, penes quae sit dominium rerum ecclesiae. 184. nu. 26. q. 7.
Translato monacho ad aliud monasterium, quando quaesita remaneant ad
primum, & quando vadunt ad secundum. 232. nu. 79. q. 8.

Termini pensionum non exacti, exiguntur ab hered. ab intestato. 243.
nu. 31. q. 8.

Tutor praesumitur acquisisse ex propria industria, non ex bonis pupilli. 259.
nu. 20. q. 9.

Tutor, & praelatus regulariter equiparantur. eo. nu. 21.
Tenet alienatio tutoris, in illis quae seruari non possunt. 263. nu. 48. ea.

Triplex distinctio praesumptionis, circa bona relicta per clericum. 265. nu. 9. ea.

Tollitur praesumptio pro ecclesia, si probetur patrimonium, industria, vel arti-
ficium. 270. nu. 35. ea.

Tenetur clericus restituere expensum de fructibus ecclesiae, ultra debitum.
297. nu. 21. q. 10.

Tenemur alere, & vestire illum cuius opera utimur. 304. nu. 34. ea.

Tutus praescriptione triginta annorum, soluens repetit. 343. nu. 1. q. 14.
Tempus non est causa entis, nec priuationis. eo. nu. 2.

Tempus non est modus perdendae possessionis. 350. nu. 33. ea.
Tempus finitum importat canonem latae sententiae. 359. nu. 63. ea.

V

VND E dicatur verbum spoliatum. fol. 4. nu. 4. q. 1.
Verba rescripti sunt improprianda, ut alteri non praediceretur, etiam si
rescriptum sit in fauorem pie causa. 11. nu. 12. q. 1.

Vide quae honestae, & inhonestae negotiationes. 48. nu. 42. q. 2.

Vide multas circumstantias, quae faciunt negotiationem illicitam. 53. nu. 55. ea.
Vide casus quibus licet vendere carius. 54. nu. 56. q. 2.

Vita hominis est prona ad malum. 57. nu. 65. ea.
Verbum alias est aduerbium qualitatis, & habet plura significata. 65. nu. 82. ea.

Vide remissive quomodo, & quando illicite acquisitum restituatur. 67. nu. 92. ea.
Verba

Verba rescripti sunt potius improprianda, quam intelligenda in praedictum
tertij. 68. nu. 94. ea.

Verba bullae illae, contra sacros canones, sunt sublata per aliam bullam Pij
quarti. 69. nu. 100.

Vide casus in quibus illicite acquiritorum fit restitutio. 71. nu. 104. ea.
Vide quid veniat appellatione clericorum. 73. nu. 107. ea.

Vendere fructus, & locare idem est. 89. nu. 34. q. 3.
Vide quando, & in quibus casibus praelatus disponat de fructibus ecclesiae.
89. nu. 34. eadem.

Vana, & delicata expensae per clericum non deducuntur de fructibus eccle-
siae. S. sed in contrarium. 93. nu. 8.

Victus melior, & peior datur secundum qualitatem persona. S. sed in contra-
rium. 94. nu. 14. ea.

Vide ubi requiratur subscriptio. S. stantibus. 101. nu. 2. ea.
Verbum aliquid, demonstrat modicitatem. eo. S. 107. nu. 9. ea.

Vide tres opiniones diuersas doctorum, de potestate clericorum circa fructus,
& res ecclesiae. S. & in hac materia. 113. nu. 19. ea.

Vide an condemnato clerico, possit fieri exequutio in fructibus pro victu
debitis. 129. nu. 31.

Vsuarius tantum facit suum, quantum consumit. 135. nu. 3.
Valet consuetudo, quod clericus disponat de fructibus ecclesiae, & de acqui-
sitis de fructibus. 146. nu. 9. q. 4.

Valet consuetudo, quod propinqui succedant clerico ab intestato, in rebus per
ecclesiam acquisitis. 146. nu. 10. ea.

Valet consuetudo, quod fructus pertineant ad defunctum per aliquod tem-
pus. 147. nu. 15. q. ea.

Valet consuetudo, quod canonicus possit testari de fructibus percipiendis an-
no sequenti. 148. nu. 20. q. ea.

Vbi ratio legis reddi potest vnica, habetur pro expressa. 159. nu. 12. q. 5.
Verba dubia interpretantur secundum, quod expedit proferenti. eo. nu. 13. q. 5.
160. nu. 16. ea.

Vide quid importet dictio et. 161. nu. 17. q. 5.
Verba debent aliquid operari. 161. nu. 17. q. 5.

Vide de clausulis, quae ponuntur in licentia testandi sacrae penitentiariae. 180.
nu. 3. q. 7.

Videtur verius, quod clericus partem fructuum non consumptam faciat suam,
si utatur. 181. nu. 10. ea.

Vniuersalis ecclesia nunquam moritur. 185. nu. 36. ea.
Valet dispositio, licet non sit facta mentio de licentia. 192. nu. 27. ea.

Vide quid importet verbum quandocunque. 193. nu. 33. q. 7.
Verbum prolatum a Papa, interpretatur secundum ius canonicum. eo. nu. 35.
223. nu. 25. q. 8. nu. 49.

Vbi eadem ratio, ibi idem ius statuitur. 223. nu. 25. q. 8. nu. 49.
Vjus

*V*sus precij, non vsus prædij, stat cum mendicitate. 226. nu. 44. q. 8.
*V*ide an moniales possint acquirere. 230. nu. 69. ea.
*V*ide per quinque casus, quis succedat clerico post fructus a solo seperatos. 240. nu. 16.
*V*ide consil. Inlij super fructibus inexactis. eo. nu. 18. ea.
*V*ide quis succedat in fructibus commendæ. eo. nu. 19.
*V*ide quis succedat in distributionibus quotidianis. 241. nu. 26. ea.
V usufructuarius fructus quæstos ad hæredes transmittit. 243. nu. 28. ea.
V usufructuarius fructus reconditos facit suos. 264. nu. 52. q. 9.
*V*el ecclesia, vel hæres possideat, tuenda est possessio possideti. 264. nu. 2. q. ea.
*V*ide de bonis clerici, quæ vadunt ad hæredes, & quæ vadunt ad ecclesiã. 266. nu. 11. eadem.
*V*ide quando administrator præsumitur acquisisse ex industria, & quando ex administratione. 268. nu. 31. ea.
*V*na præsumptio elidit aliam. 270. nu. 38. ea.
*V*bi non apparet de tempore, & titulo acquisitionis, præsumitur pro ecclesia. 271. nu. 43. ea.
*V*ide quando legatum factum Titio episcopo, intelligatur factum contemplatione ecclesiæ, vel personæ. 276. nu. 55. ea.
*V*erbum victus, etiam vestimenta comprehendit. 278. nu. 2. ea.
*V*ide de causis suspitionum, quæ sunt. 335. nu. 25. q. 13.
*V*ide de effectu transactionis. 337. nu. 32. ea.
*V*ide de effectu exceptionis compensationis. 338. nu. 36. ea.
*V*ide de effectu, ac de privilegijs paupertatis. 340. nu. 43. ea.
*V*ucapio, & præscriptio sunt inductæ in fauorem publicum. 344. nu. 7. q. 14.
*V*erbum spectare importat principaliter. 347. nu. 18. ea.
*V*nus rei possessio, penes duos in solidum esse non potest. 350. nu. 32. ea.
*V*erbum pertinere, & spectare est vnus significati. 351. nu. 33. ea.
*V*erbum pertinere, importat dominium, & possessionem. eo. nu. 34.
*V*erbum alienationis, continet vsucapionem. 353. nu. 37. ea.
*V*erbum pertinet, importat principaliter. 358. nu. 59. ea.
*V*erbum spectasse, importat canonem late. 387. nu. 5. q. 17.
*V*erbum præsentis temporis, in dubio est canon late. 388. nu. 7. ea.
*V*bi sententia est lata a lege, non potest reuocari confessio. 394. nu. 24. ea.
*V*ide quando confessus, & conuictus pariscetur. eo. nu. 28.
*V*erbum incurrat, importat penam ipso iure. 396. nu. 33. ea.
*V*bi tractatur de salute animarum, non disputatur de apicibus iuris. 398. nume. 36. ea.
*V*aleat cõsuetudo per quam ecclesia acquirit reru dominium. 400. nu. 50. ea.
*V*aleat in fauorem Cameræ contractus factus furore iracundiæ. eo. nu. 51.
*V*erba in iudicijs interpretantur in fauorem Cameræ. 405. nu. 80.

XISTVS

X

XISTVS & alij pontifices concedunt curialibus posse disponere de rebus ecclesiæ. 125. nu. 22. q. 3.

REGISTRVM

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S V V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt quaterniones, præter † B C D E duerniones.



ROMÆ, Ex Typographia Vincentij Accolti.
M. D. LXXXV.